UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium

Alviset, Virginius

Campidonae, 1673

urn:nbn:de:hbz:466:1-62361

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N 111
xx
Th. 4786.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MURENULÆ
SACRÆ VESTIS
Sponsæ Regis Æterni Vermiculatæ

OPUS,
DE PRIVILEGIIS
ORDINUM REGULARIUM
QVADRVPLICI SECTIONE PARTITVM;

Ad Tridentini, & Conciliorum antiquiorum sensum expolitum.

SUMMORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONIBUS, ET EMINENTISSIMORVM
Cardinalium Declarationibus illustratum.

JURIS UTRIUSQUE SANCTIONIBUS FIRMATUM.

Collegii Societatis Jesu Paderborn 1675

Antiquiorum, & Modernorum Theologorum, & Juristarum Placitis assertum,

Ac ad temporis præsentis statum accommodatum.

AUCTORE
R. P. D. VIRGINIO ALVISET BISONTINO,
Monacho Ordinis S. Benedicti in sacra Insula Lerinensium.

CAMPIDONÆ,
Per RUDOLPHUM DREHER,
Anno M. DC. LXXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRAEFATIO AD LECTOREM.

INTER *Sacra ac omnino divina illa ornamenta, quibus affatim auctam, ac ditatam à dilecto suo Sponsam Canticorum, nobis Scriptura repræsentat summè sui in contemplationem, oculos pelliciunt meos clara illa ac spectatissima Murenularum ut vocat.* Imò *jam diu detentos, animum in commendationem pertrahunt.* Murenulas aureas (inquit) faciemus tibi vermiculatas argento. *Nobile certè, ac prorsus dignum ornamentum: sed & singularis opificii. Quamvis autem ad aures spectare aliqui putent: Ad collum alij. Lyran. tamen melius censet, spectare ad vestem, atque, Murenulas esse ornamenti quoddam genus, quod ad oras vestium circa collum, manusque interdum ad venustatem & gratiam maiorem apponitur. Quæ est autem vestis illa Sponsæ Divini amantis, hoc est Ecclesiæ tam digna, & Murenulis sic decorata, nisi sacri Regularium Ordines, gratiis, Privilegiis, ac favoribus nomine & auctoritate illius ab eius Vicariis Romanis Pontificibus abundè ditati? De quibus vates regius:* Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. *Quod enim vestis illa varietate decoris & ornamenti confert corpori Reginæ: hoc Ordines religiosi in sua varietate Ecclesiæ. Sed enim ait Origen. verba illa non ita propriè esse Sponsi, sed potiùs sodalium seu amicorum eius, aut etiam Sponsæ, qui non infrequenter audiuntur miscere sermonem in sacro illo Cantico: ut sensus sit, quòd tam Sponsus, quàm eius amici, aut etiam Sponsæ unanimiter ad singularis illius ornamenti compositionem suam artem contulerint, ac Sponsus quidem materiam, hoc est aurum suppeditaverit, formamque Murenularum, indiderit. Ipsæ verò Amicorum eius subtilis & ingeniosa industria vermiculatas fecerit; Quasi sit sensus, & ipsi dicant Sponsæ Murenulæ illas, quas à Sponso accepisti.* Vermiculata argento faciemus. *Id est, ut Rabbini legunt.* Cum punctis argenti. *Vel ut Origen.* Cum stigmatibus argenti. *Seu ut Ambros.* Cum distinctionibus argenti. *Aut sicut Genebrard.* Conspersas punctis argenteis. *Hîc autem mi Lector, mentem ni fallor, intelligis meam. Hîc propositum capis. En Murenulas, quibus Sponsæ vestis adornatur, placet tibi vermiculatas exhibere: hoc est privilegia, quibus Ordines religiosi decorantur sub annotationibus, & expositionibus summariis proponere: ut sicut puncta illa argentea, Murenulis Sponsæ indita, venustiores illas reddidêre, pretioque auxêre, ita & Privilegia Regularium nostris his lucubrationibus, & notis illustrata, quasi tot punctis signata: ut gratiosa lecta evadent, sic ad usum facitiora fiant. Puncta certè sunt hæ annotationes nostræ, utpote breves & compendiosæ; Sed & argentea,*

tea, quia ex probatissimorum Authorum Scriptis aut delibatæ omnes, aut saltem in illis fundatæ, & velut purissimum argentum omni erroneārum opinionum scoria expurgatæ.

Sed fortè inquis. Parum aut nihil in hoc opere defertur constitutionibus Summorum Pontificum aut Cardinalium Privilegia moderantibus. Reverentiam, Submissionem & Obedientiam omnimodam erga Sedem Apostolicam & Eminentissimos Cardinales profiteor, eorumque constitutiones omnes sapientissimas & æquissimas usque ad ultimos apices agnosco. Cæterùm sic unius Pontificis voluntati, & constitutionibus parendum semper putavi, ut eius Prædecessores iniquitatis, ignorantiæ, fraudis, & (quod horreret animus vel cogitare) errores non arguamus. Putavi, inquam, satius dicere, constitutiones alicuius Pontificis, moderativas privilegiorum cadere super aliqua tantùm aut aliquorum Ordinum tantùm; aut ob omissionem alicuius circumstantiæ non habere vim derogatoriam sufficientem: quàm dicere hos Pontifices erráse, aut nobis illusisse, qui privilegia nunquam, aut non nisi sub certa solemnitate revocanda, seu revocabilia concessêre.

Dicis, meo opiniones nimis largas adstruere. Verùm, unum te rogo, benigne Lector, nempe ut tuis propriis opinionibus, per tantillum tempus ad partem sepositis, indifferentem saltem te constituas, priusquam de meis ferre judicium instituas. Nam ut notat Asor. to. 1. inst. l. 2. c. 16. Experientiâ didicimus, ita hominum aliquos suis opinionibus adhæresce re, ac si saxo alligarentur, ac perinde ac si certa, & evidenti ratione concluderent. Quòd si tanta religione idola tua colis si inquam, tuas cogitationes, quasi revelationes, & certas demonstrationes reputas, & hìs tanquam saxo, saxeus factus adhæres: licèt quidem; nec jam mirum si sic affectus alienas opiniones reprobas. Interim autem, quod olim cuidam Boetius, hoc mihi tibi fas erit dicere: Tot esse artis hostes, quot ignorantes. Ponantur in lance æquitatis meæ opiniones, perpensis sine interesse, & passione, meis fundamentis & rationibus, & luce meridiana clarius; apparebit, nihil me temere, neque opiniones nimis largas obtrudere: bene autem favorabiles, ad removendos scrupulos, pro conscientiarum alleviatione, juxta illud Luc. 3. Erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Privilegia Ego tracto (materia super omnes favorabilis) & hìc loquor, non ut tetricus Stoicus, sed Juristas imitatus, attentis Juris regulis & principiis. Quòd si omnia Jura clamant, favores esse ampliandos, quid mirum si ego me amplio in adstruendis & manutenendis privilegiis? Sed & his meis opinionibus (quas una mecum promptissima devotione censuræ Ecclesiæ subjicio) salvum conductum merentur Doctores, qui priùs illas asseruere & eorum opera probavere. Tuo enim mi Lector (aut si non tuo, at certè non paucorum) genio servire volui in hoc opere. Videas, quibus si aliquid allegatur, statim quis hoc dicat, exquirunt, & Authores expetunt: quasi præteritorum temporum conditio, non errandi privilegium, prisco concesserit: præsentium status erroribus nos magis obnoxios genuerit. Quid quod nonnulli, hoc ipso alienа opera fastidiunt, quo Authores norunt similes illis Corinthiis qui in Paulo solam corporis infirmitatem attendentes, dona Dei nesciebant æstimare; similes inquam, illi Imperatori, qui in terra, non nisi mari longè petitos pisces: navigans, non nisi terrestrium animantium carnes sua in mensa admittebat, quasi hoc ipso, cibis sapor accresçat, quo remotiore è climate advehuntur. Authorum sententiæ sunt eò certiores, quo personæ minùs noscuntur. Horum igitur genio, quasi prægnantium seminarum inordinatis affectibus, quadam tenus deservire volens; en alienis placuit opiniones meas fulcire authoritatibus. Et hoc tam abundè, ut verè queam dicere, quia à me ipso non loquor. Et quia mea doctrina

non

non est mea. *Sed horum omnium, quos Antesignanos sequor, quos Patres veneror, quos Magistros ausculto, quibus præcinentibus accino: ut qui parat dentem Zoilus operi immittere, horum repellatur numero, authoritate terreatur. Et si non meo, illorum saltem parcat nomini. Neq; enim potest, non modò ipsum hoc meum opus, sed nec ulla in eo opinio censurari, quin simul eadem censura afficiat hos Authores, quos eruditio reddidit universæ Ecclesiæ venerabiles.*

Non omnia tamen Regularium privilegia, me relaturum profiteor. Id enim tentare quis præsumat, præstare quis sufficiat? Collectionem ipsorum vocarunt Summi Pontifices, eorum Largitores, Mare magnum. *Et haud abs re; ut enim de mari loquens Propheta ait, ibi esse* reptilia, quorum non est numerus. *Sic successu temporis, in tantum auctus est privilegiorum Regularium numerus, ut iam summum aliquam colligere cupienti mihi, visus sit imitandus Piscator Evangelicus, qui cùm missâ sagenâ in mare, cæpisset non parvam piscium copiam, non tamen omnes sibi retinuit, sed* sedens secus littus, bonos elegit in vasa, malos verò foras misit, *ut ait Scriptura. Ad cuius ego imitationem, in tam varia privilegiorum multitudine, quasi dubius, aut potiùs confusus hærens: dum ex his alia revocata audio: alia parùm necessaria adverto: alia quasi usu quotidiano, minùs æstimata video: alia demùm invidiam parare cognosco. En hæc pauca illustriora, & præsenti tempori magis accommoda selegi proponenda. In allegationibus autem meis nullum respectum habui ad dignitatem, vel merita, seu Authorum, seu Ordinum, aut Congregationum, sed ad solas opiniones, & ipsas gratias Pontificias; ut si fortè nunc unum authorem vel Ordinem priùs nòmino, nunc posteriùs, non inde putare quis debeat meæ mentis esse, quemquam alteri præferre, sed unumquemque in gradu debito relinquens pro officio suspiciens, pro Religione colens, his lucubrationibus meis omnibus prodesse cupio, nulli obesse. Accipe igitur Lector benevole, munus, & oblato gratanter gratulabundus utere.*

NOI

NOI REFORMATORI DELLO STUDIO DI PADOA.

Hauendo osseruato per fede del Padre Commissario del Sant Officio non esserui nel Libro intitolato Murenulæ Sacræ Vestis, Sponsæ Regis Æterni Vermiculatæ Auttore D. Benedetto Alviset Monaco di S. Benedetto comincia Priuilegium vt notat Baldus, finisce nobis in suis Regulis demonstrarunt, cosa contro la Santa Fede, e parimente per attestato del Segretario nõstro niente contro Papi, ò buoni costumi, concedemo licenza, che possi essere stampato douendo, osseruarsi gl ordini.

Data dal Magistr. Nostro li 28. Settembre 1661.

Gio. Donato Refor.
Battista Nani Cau. Procur. Refor.

Alemante Angelo Donini Segretario.

NOS REFORMATORES STUDII PATAVINI.

Quoniam ex Patre Commissario Sancti Officii cognovimus, quòd in Libro, cui Titulus: *Murenulæ Sacræ Vestis, Sponsæ Regis Æterni Vermiculatæ*: Auctore D. Virginio Alvisei Monacho S. Benedicti: qui incipit *Privilegium, ut notat Baldus.* & finit: *in suis Regulis demonstrarunt*, nihil sit contrarium sanctæ fidei, & juxta attestationem Secretarii Nostri nihil in eodem Libro contra Summos Pontifices ac bonos mores inveniatur, concedimus licentiam illud imprimendi &c.

Dat: à nostro Magist: 28. Septembris Anno 1661.

Joann. Donatus Reformat.
Baptista Nani Eq: Procurat. & Ref:

Alem: Angelus Donini Secretar.

SYLLA-

SYLLABUS AUTORUM

Qui magis frequenter citantur in hoc Opere, cum eorumdem notitia.

A significat Augustinianum. B. Benedictinum. C. Casuistam. C. M. Carmelitam. C. R. Clericum, seu Can. Regularem. D. Dominicanum. H. Historistam. I. Iuristam. M. Minoritam. M. M. Minimum. P. Præmonstratensem. S. I. Societatis Iesu. T. Theologum.

A.

ABbas antiquus, Aliàs Lapus de Castellione B.
Abbas. Aliàs Abbas Junior. Aliàs Panormitanus B.
Accursius I.
Adam Præmonstrat.
Adrianus, qui fuit Papa C.
Afflictitius I.
Alardus Gazæus B.
Albertus de Rosate I.
Albertinus I.
Albericus I.
Alciatus I.
Alphonsus de Leone C.R.
Alvarez D.
Alvarotus I.
Alexander I.
Alexander de Hales M.
Ancaranus I.
Andreas Siculus, Aliàs Barbatia I.
Andreas Mendo. M.
Anglez M.
Angelus. Aliàs Clavasius M.
Angelus. Alias Aretinus I.
Barthol. ab Angelo D.
S. Antoninus D.
S. Anselmus B.
Arragonius T.
Archidiaconus I.
Arrias de Valdera I.
Francisc. Arrias I.
Armilla. Aliàs Fumus. D.
Asorius S. I.
Astensis M.
Aversa C.R.
Aufrerius I.
Ausonius M. III.
Avila S. I.
Ægidius T.
Azo. I.

B.

Baldus I.
Baldellus C.
Bannez D.
Barbatia. Andr. Siculus. I.
Barbosa I.
Baronius H.
Bartholus I.
Barthol. à S. Fausto B. F.
Barthol. ab Angelo D.
Bassæus C.
Baucius C.
Bauny S. I.
Bercanus S. I.
Beia M.
Bellamera I.
Bellencinus I.
Guil. Benedicti I.
Bernard. Cõpostellanus I.
Berous I.
Paulin. Berti A.
Bertachinus I.
Bobadilla I.
Boetius Eponensis I.
Bonacina C.
Bonarcius C.
Bonus de Curtili I.
Bordonus C. R.
Barthol. Brixiensis I.
Brunus I.
Brunellus I.
Bullarium Cassinense B.
Bullarium Vallisoletanũ B.
Anton. Butrius Canonista.
Iacob. Butrius Legista.
Burgos I..
Bzovius H.D.

C.

Cabedo I.
Cajetanus D.
Calcanthus I.
Caldarius I.
Calderinus I.
Cagnacenus I.
Candidus I.
Canus.
Cannartus M.M.
Cancerus I.
Campanilis C.
Benedict. Capra I.
Capreolus D.

Capiſtranus. M.
Capuccinus. M.
Chapeavilla C.
Clarus I.
Caramuel B.
Carotius I.
Carolus Robertus. H.
Cravetta I.
Caſarubios M.
Caſſahindus M.
Caſſadorus I.
Caſſaneus I.
Cud. Caſpenſis T.
Caſtrenſis I.
A Caſtro M.
Catilius Cotta .
Cardinalis. Aliàs Zabarella. Aliàs Cardin. Florentinus I.
Cardinalis Alexandrinus. Aliàs Præpoſitus, puta Mediolani.
Celeſtinus Sueſſionenſis M.
Celloti[us] S. I.
Cenedo I.
Cepola I.
Cephalus I.
Cæſar de Graſſis I.
Cignus I.
Cyprianus Ciourcſſus. M.
Chryſoſtom. à Capite funtium. M.
Cherubinus I.
Cokier C.
Comitolus S. I.
Compendium privileg.
Auguſtinianorum.
Carnabitarum.
Ciſtercienſium.
Fulienſium.
Ord. ſancti Hieronymi.
Lateranenſium.
Societatis Ieſu.
Confettius I.
Coninchus S. I.
Corraſus I.
Corneus I.
Corduba M.
Coſcius I.
A Coſta I.
Emanuel Coſta Canoniſta.
Stephanus Coſta Legiſta.
Covarruvias I.
Crotus I.
Ludovic à Cruce C. R.
Joan. Cruc. D.
Cucchus I.
Guil. de Cunha I.
Cutillus B. G.

D.

Decius I.
Diana C. R.
Dicaſtillus S. I.
Dinus I.
Dominicus I.
Hiacinth. Donatus C. R.
Donellus I.
Driedo T.
Duardus I.
Durandus de S. Portiano. Epiſcopus Meldenſis. D.
Guil. Durandus, Epiſcopus Mimatenſis. Aliàs Speculator, quia autor Speculi juris falſo à nonnullis putatus idem qui præcedens B.

E.

Eleaſarius. Aliàs Paul. de Eleaſariis. I.
Eſcobar S. I.

F.

Fabius incarnatus C.
Fagundez C.
Farinacius I.
Feder. de Senis I.
Felinus I.
Fernandez C.
Ferretus I.
Filliucius S. I.
Florus I.
Fornarus S. I.
Francus I.
Fraxinellus C.
Fulgoſus I.
Fumus. Aliàs Armilla. D.

G.

Gabriel T.
Gabrielis ſupplementum.
Galerus C.
Gammarus I.
Garcias I.
Gavantus C. R.
Geminianus. Aliàs Dominic. de Sancto Geminiano I.
Giraſellus I.
Giſlerius. C. R.
Ludov. Gomez I.
Anton. Gomez I.
Gordonus S. I.
Gonſalvus I.
Grammaticus I.
Graphicus B.
Stephan. Gratianus I.
Gravatius I.

Guido

Guido Papæ. I.
Guaguinus H.S.T.
Gutierez S.I.
Hephtenus B.
Haii. B.
Chryſoſt. Henriguez B.C.
Henricus Henriguez. S.I.
Joannes Henriguez I.
Henriquez Gabriel I.
Hinoioſa. D.
Hipolitus Marſilius. I.
Homobonus C.R.B.
Hugo I.
Gaſpar Hurtado S.
Thomas Hurtado I.
I.
Jaſon I.
Imola I.
Iñocentius. puta Papa 4. I.
Ioannes Andreas I.
Joan. Monachus I.
Joan. de Platea I.
Joan. de ligna. Alias Lignanus I.
Joan. de Anania I.
Joan. Quintinus Hæduus I.
Joan. Valerus I.
Joſeph. de Januario C.
Iſambert. T.
Iſnerus I.
K.
Kornmannus I.
L.
Lapus. Aliàs Abbas antiq. B.
Laſana C.M.
Lairuelz. P.
Lamas B.C.
Laimann. S.I.
Conrad. Lancellottus I.
Paul. Lancellotus I.
Lancilotus M.
Guiliel. Laudunenſis. Abbas B.
Martin. Laudunenſis I.
Petr. de Ledeſma. D.
Leander à Murcia M.
Franciſcus Leo. Aliàs de Leone C.R.
Hieronim. Leo I.
Leſſius S.I.
Lopez I.
Lorca T.
Lockmayer C.
Lucas de penna I.
Franciſc. Lucas I.
Ludovic. Bolognus I.
Ludovic. de Cruce C.R.
Franciſc. Lugo C.R.
Joan. de Lugo S.I.
M.
Macchado C.
Malachias Roſental. B.C.
Major T.
Majolus C.
Mancini C.R.
Mandoſius I.
Marantha I.
Marcellin. à S. Bened. B.F.
Marchinus C.R.B.
Margarinus B.
Marſcotus I.
Marſilius I.
Marſilla I.
Petr. de Marcha I.
Martha I.
Martin. à S. Joſepho C,
Maſcardus I.
Mattheus Stephanus I.
Matthefilius I.
Matthienzo I.
Barthol. de Medina C.
Joan. de Medina I.
Michael de Medina C.
Andreas Mendo M.
Mendoca S.I.
Sebaſtian. Medices M.
Menochius I.
Merola C.R.
Milardus C.
Miranda M.
Molina S.I.
Moneta I.
Molpheſius C.
N.
Naldus C.R.
Natta I.
Martin. Navarrus C.R.
Petr. Navarra C.
Nerutius I.
Niconitius I.
Niger I.
Ninus author compendii clavis regiæ C.
Nugnus C.
O.
Occhagavia C.
Odofredus I.
Oldradus I.
P.
Caſtro Palaus S.I.
Paludanus D.
Pancirolus I.
Panormitanus. Abbas B.
Parladorus I.
Paris de puteo I.
Pariſius I.
Paſſarellus MM,

Pe-

Pelisarius S. I.
Pegius T.
Peyrinis M. M.
Peregrinus C. R.
Anton. Perez I.
Martin. Perez C.
Petr. Aurelius T.
Petr. Diaconus H. B.
Philiarchus C.
Petr. Blesensis I.
Pinellus I.
Piasecius C.
Pitigianus I.
Polancus S. I.
Basil. Pontius C.
Portelius M.
Possevinus S. I.
Præpositus puta Mediolani qui & Cardin. Alexandrinus I.

Q.

Quaranta C. R.

R.

Joan. Rebuffus I.
Petr. Rebuffus I.
Rebellus S. I.
Reginaldus S. I.
Remigius C.
Renatus Chopin I.
Repertoriũ inquisitorũ I.
Ricchardus T.
Riccius I.
Riminaldus I.
Rochus de Curtil I.
Rodolphinus I.
Emanuel Rodericus M.
Hieron Rodriquez M.
Rollandus à Valle.
Ludovic Romanus I.
Rosella. D.
Ruardus I.
Rueus I.
Ruinus I.

S.

Sà S. I.
Salas T.
Salcedo I.
Salgado I.
Samuelius I.
Sanctarellus C.
Joan. Sanchez I.
Thomas Sanchez S. I.
Saussàius C.
Sayrus. Aliàs Clavis Regia B.
Sebastian. à Bononia I.
Selva I.
Seraphinus I.
Serarius T.
Sciopius I.
Simon de Pretis I.
Marian. Socinas pater I.
Barthol. Socinas filius I.
Sorbus M.
Scorcia I.
Joan. de Soria I.
Dominic. Sotus D.
Petr. à Soto D.
Squillante C.
Speculator. Aliàs Durandus B.
Staphilæus I.
Stephan. à Gaeta I.
Suarez S. I.
Sordus I.
Summa Corona C.
Sylvester D.

T.

Tabiena D.
Ascan. Tamburinus B. V.
Tamburin. Panormit. S. I.
Tancredus I.
Bapt. Tiberius C.
Tiraquellus I.
Toletus S. I.
D. Thomas D.
Thomas à Jesu C. M.
Trullench. C.
Tuschus I.

V.

Valdensis T.
Valentia S. I.
Vanguel I.
Vaschor S. I.
Vega M. M.
Vesembecius I.
Vechius. Aliàs Barthol. de Vechis M. C.
Vera Cruz C.
Verricell. C. R.
Victoria. D.
Villalobos. M.
Vincentius I.
Vitalis de Cambanis I.
Vivaldus C. R.

Y.

Yepez H. B.

Z.

Zabarella. AliàsCardinal. Florentinus I.
Zacharias I.
Zambranus C.
Zanardus C.
Zechius I.
Zenzenlius I.
Zerola I.
Zipæus I.
Jacob. de Zochis I.

OECON.

OECONOMIA OPERIS.

Dividitur in quatuor Partes, seu Sectiones hoc Opus.

IN prima multiplici eruditione, & clarissima methodo traditur generalis doctrina circa privilegiorum naturam, differentiam, Acquisitionem, Communicationem, Extensionem, Præscriptionem, Intellectum, Vsum, & alia similia, quæ omnia applicantur Regularibus.

In secunda. Proponuntur privilegia Clericorum, Nobilium, Militum, Pauperum, Causæ piæ, & Status religiosi. Ac ostenditur, hæc omnia convenire Regularibus, & quomodo.

In tertia. Ordine alphabetico referuntur privilegia, in specie concessa cuilibet Ordini circa materias quasq; magis obvias, & communes, adjunctis cuique (quantùm opus est) variis notis, & summaria explicatione, tam ad eorundem manutentionem, intellectum & usum, quàm, ad doctrinæ ubertatem.

In quarta traduntur plenæ resolutiones diversorum dubiorum, quæ hactenus aut à nemine, aut non nisi obiter tacta sunt, circa eadem privilegia, ac specialiter ostenditur, ea omnia adhuc valere, omnes revocationes hactenus vulgatas, insufficientes esse, & absque scrupulo omnibus uti fas esse.

TITU-

TITVLI SECTIONVM.

Sectio Prima.

CAPUT 1. Quid privilegium, qua huius nominis notio. Folio 1.
Caput 2. De variis privilegiorum differentiis. 2
Caput 3. De acquisitione privileg. 7
§. 1. De Acquisitione privil. per viam concessionis. 7
§. 2. De Acquisitione privil. per viam præscriptionis. 10
§. 3. De Acquisitione privil. per viam erroris. 12
§. 4. De Acquisitione privil. per viam communicationis. 14
§. 5. De Acquisitione privil. per viam extensionis. 21
§. 6. De Acquisitione privil. per viam relationis. 23
Caput 4. De Confirmatione privileg. 24
Caput 5. De intellectu & interpret. privilegiorum. 28
Caput 6. De clausulis privlegiorum. 32
§. 1. De Clausula ad instar. 33
§. 2. De Clausula motu proprio. 34
§. 3. De Clausula certa scientia. 35
§. 4. De Clausula Plenit. Potestatis. 36
§. 5. De Clausul. supplentes. 38
§. 6. De Claus. non obstantibus. 39
Caput 7. De Usu privilegiorum. 41
Caput 8. De Amissione privil. 44
§. 1. De Capitibus ex quibus meretur privilegiatus amittere privil. 44
§. 2. De Capitibus ex quibus effectivè amittitur privilegium. 46
Articulus 1. De Amissione privil. per Revocationem. 46
Articulus 2. De Amissione privil. per Renuntiationem. 52
Artic. 3. De Amissione privil. Ob cessationem causæ. 54
Artic. 4. De Amissione privil. Per non usum. 56
Artic. 5. De Amissione privileg. Per contrarium usum. 57
Artic. 6. De Amissione privil. Per Præscriptionem. 59

Sectio Secunda.

De Privilegiis communibus Ordinum Regularium. 60
Caput 1. De privil. personarum alterius status, quibus Regulares fruuntur. 60
§. 1. De privil. Clericorum, quibus Regulares fruuntur. 61
§. 2. De privil. Nobilium, quibus Regulares fruuntur. 72
§. 3. De privil. Militum, quibus Regulares fruuntur. 74
§. 4. De privil. Pauperum, quibus Regulares fruuntur. 76
Caput 2. De privilegiis status Religiosi. 78.

Sectio

Sectio Tertia.

Deprivil. concessis in particulari cuilibet Ordini. 84
Caput 1. De Abbatibus. ibid.
Caput 2. Circa Benedictiones, & Consecrationes. 91
Caput 3. Circa bona. 96
Caput 4. Circa Confessiones passivè. 98
Caput 5. Circa Confessiones activè. 104
§. 1. De potestate Regul. ad Confessiones audiendas. ibid.
§. 2. De potestate Regul. ad absolvendũ. 110.
§. 3. De potestate Regular. ad dispensandum. 121
Caput 6. Circa contractus, & pacta. 126
Caput 7. Circa Eucharistiam administrandam & exponendam. 127
Caput 8. Circa Exemptionem. 130
§. 1. De Exemptione Regular. quantùm ad bona. 133
§. 2. De Exemptione Regul. quantùm ad domesticos. 134
§. 3. De Exemptione Regular. quantùm ad sua loca, & Monasteria. 135
§. 4. De Exemptione Regul. quantùm ad suas personas. 137
Cap. 9. Circa Festorum observantiam. 139
Caput 10. Circa Habitum. 140
Caput 11. Circa Hæreditates. 143
Caput 12. Circa Horas. 146
Caput 13. Circa Indulgentias. 156
Caput 14. Circa interdicti & aliarum censurarum observationem. 161
Caput 15. Circa librorum prohibitorum lectionem. 164
Caput 16. Circa Matrimonium. 166
Caput 17. Circa Missas. 169
§. 1. De tempore concesso ad celebrandũ. ibid.
§. 2. De loco concesso ad celebrandum. 171
§. 3. De Missis quæ ex obligatione celebrantur. 174
Caput 18. Circa Monasteria. 180
Caput 19. Circa Novitios. 181
Caput 20. Circa Ordines. 188
§. 1. De ipsorum Ordinum collatione. ibid.
§. 2. De Ordinum receptione. 192
§. 3. De Ordinum exercitio. 195
Caput 21. Circa Præcedentiam. 197
Caput 22. Circa Prædicationem. 206
Caput 23. Circa Prælatorum Jurisdictionem
§. 1. De ipsa Prælatorum Jurisdictione in se. ibid.
§. 2. De Prælatorum Jurisdictione quantùm ad Absolutiones & Dispensationes. 210
§. 3. De Prælatorum Jurisdictione quantùm ad Correctiones. 215
Caput 24. Circa Pontificalia. 221
Caput 25. Circa Regulæ observantiam. 223
Caput 26. Circa sacra. 226
Caput 27. Circa studia. ibid.
Caput 28. Circa transitum ad alium ordinem. 227

Sectio Quarta

In quare solvuntur nonnulla Dubia, circa dicta in præcedentibus.
Dubium 1. An Congreg. Cassinens. habeat Communicationem privileg. omnium Ordinum. 236
Dubium 2. An Privilegia specialia & exorbitantia communicentur. 238
Dubium 3. Quæ opinio probabilis & unde? 240
Dubium 4. An abstinendum privilegio quod aliqui affirmant revocatum. 245
Dubium 5. An Regular. conscientiæ ducere debeat si non servat constitutiones moderantes privilegia. 247
Dubium 6. An conducentes privileg. revocationes. 251
Dubium 7. An possit probabiliter sustineri nullum privilegium esse sufficienter revocatum. 257

Dubium

Dubium 8. Cui tribuendæ constitutiones editæ à Cardin. habito verborum Sanctissimo. Et quam vim habeant. 270
Dubium 9. An credibile quòd Sanctissimus vel Patres Purpurati circumventi aliquando tollant Regularibus suâ privilegia. 272
Dubium 10. An privilegia Regul. suspendantur in anno Sancto Jubilæi, vel per Bullam cruciatæ. 273
Dubium 11. An Eremitæ sint Religiosi, & gaudeant cõmunibus Relig. privilegiis. 275
Dubium 12. An Regul. possit absolvi à casu reservato suo Superiori sine eius licentia. 276
Dubium 13. An Vicarius Prælati possit absolvere pœnitentem à non reservatis, & pro reservatis expectare absentiam Prælati. 277
Dubium 14. An Abbates habentes proprium territorium, possint approbare ad Confessiones. 278
Dubium 15. An graduati in Theologia vel Canonibus, vel harum facultatum Lectores, debeant approbari ad confessiones. 279
Dubium 16. An approbatus in una Diœcesi, censeatur approbatus quoad omnes. 280
Dubium 17. An Regularis approbatus sine licentia sui Prælati validè absolvat. 238
Dubium 18. An Regular. prohibitus à suo Superiore audire Confessiones validè absolvat. 284
Dubium 19. An Regulares possint absolvere à Duello. 285
Dubium 20. Quomodo intelligenda casuum reservatio. 287
Dubium 21. In quibus casibus Regulares subjiciantur Episcopis. 288
Dubium 22. An decreta derogantia exemptioni regularium æqualiter omnes respiciant. 229
Dubium 23. An professus ad chorum sed sacris non initiatus, teneatur ad Horas. 295
Dubium 24. An revocentur in Trid. privilegia, quæ aliquid concedunt regularibus tempore interdicti. 299
Dubium 25. Quæ sint requisita ad sacrificiũ Missæ. 300
Dubium 26. An inducentes vel admittentes pueros in Monasterium alterius sexus peccent, & incurrant Censuras. 304
Dubium 27. An iustum & tolerandum ut in quibusdam Monasteriis non recipiantur nisi nobiles. 306
Dubium 28. An Monasterium succedat novitio morienti & professio ante tempus. 315
Dubium 29. An Abbas Cassin. debeat præcedere omnes Abbates Ordinis Sancti Benedicti. 317
Dubium 30. Monachum factum Episcopum an liceat eligere in Prælatum regul. 330
Dubium 31. An Prælatus regul. factus Episcopus retineat in suo Monasterio Jurisdictionem. 335
Dubium 32. An pœna verborum iusta & tolerandæ inter regulares. 336
Dubium 33. An Prælatus incidat in pœnam si quis suadente, aut aliàs si excedit in correctione. 340
Dubium 34. An Religiosus vivens in Monasterio relaxato, sit tutus in conscientia. 343
Dubium 35. An Religiosi relaxati possint obligari ad Reformationem. 345

SECT.

SECTIO PRIMA
IN QUA TRADITUR DOCTRINA GENERALIS DE PRIVILEGIIS
CAPVT I.
Quid Privilegium? Quæ hujus Nominis notio?

SUMMARIUM.

1. Privilegium est quælibet concessio Principis.
2. Magis propriè quæ contra jus.
3. Effectus Privilegii.
4. Beneficium quid.
5. Privilegium constituit privatam legem.
6. Differt à lege, ut species à genere.
7. Tollit obligationem legis.
8. Non potest esse conforme juri, sed necesse, ut semper differat.
9. Aliqua Privilegia concedunt tantùm id, quod jure communi licet.
10. Aliqua minus quare dantur 12.
11. Privilegium dicitur quod confert novum titulum.
13. Quomodo differt Privilegium, à dispensatione.
14. Facilius præsumitur falsitas in Privilegio.
15. Qualis funiculus in bullis.

PRIVILEGIUM, 1
ut notat Bald. *l. fin ff. de const.* Jason. *in usib. feud.* & Reduff. *in prax. ben. tit. de pap. provis.* potest dici quælibet supremi principis cõcessio. Sed magis propriè ea tantũ sic dicitur, in qua aliquid 2
contra jus commune conceditur, ut cum cõmuni docet Sylu. *v. privil. n. 1.* quia effectus privilegii est, derogare juri cõmuni, 3
ut monet Bon. *p. 4. de priv. §. 1. prop. 2.* Unde Panor. *in c. olim de ver. sign. nu. 7.* & Ancar. *c. beneficium de reg. iur in 6.* dicit, quòd Privilegium, est concessio contra jus, ut si aliquid non contra, sed præter illud indulgeat, non jam Privilegium, sed potiùs 4
beneficium appellari debeat, ex doctrina

Panor. *loco cit.* Sylv. *loco itē cit.* & Ang. *eod. v.*

Et dicitur Privilegium, quasi privatū legium. *c. fin. 25. q. 1.* quia scilicet constituit
5 privatam legē, *ut ibi dicitur*, & notat Azo. *c. ideo 1. 2. q. 6.* Ut privilegium sonet idem quod *privum legium* inquit Rebuff. *loco cit.* id est quod lex privata, quia respicit privatam utilitatem, illius cui conceditur, ut monet Marscot. *c. licet de const. in 6. n. 188.* & ob id privatam, & specialem legem
6 constituit, à communi lege differentem, sicut à specie genus, secundum Calder. *c. postulasti de penit. n. 62* Jacobum de Zoch *c. omnis eod. n. 339* & Belvis. *c. romana de for. com. in 6. §. contrahentes n. 159.* Seu sonet idē quod privans legem, ut putat Panor. *c. Abbate de verb. sign. n. 7.* Nimirū (inquit) & cum ipso Burgos *c. sicut romana de rescrip.* quia habet aliquid contra legem, hoc est quia jus cōmune privat in aliquo, ut explicat Archid. & Hugo *c. privilegia d. 3.* & post ipsos Riminal. *c. canonū de const.* Puta
7 vi, & efficacia, seu potestate obligandi illum, qui habet privilegium. Unde *ib.* Bene
8 infert idē Riminald. Quod privilegium, non potest esse conforme juri communi. Secundum quod Panor. *in his de privil.* concludit sic semper esse privilegiū interpretandum, ut aliquid addat juri communi. Ut in hoc quod addit, & quo, ab ipso jure communi differt, consistat natura privilegii, si propriè loqui volumus.

9 Aliàs tamen notant DD. nonnunquam inveni i privilegia, quæ non plùs contineant, quàm jure cōmuni conceditur, ut *in c. quia in causis de procur.* Quin etiā Limas *in meth. p. 1 c. 5 § 5.* Et Diāa *tr. 2. dub. reg. res. 2.* advertūt, quòd inter privilegia regulariū,
10 nonnulla reperire est, per quę, minùs ipsis cōceditur, quàm jure ipso cōmuni liceat, quo casu appellabimus ejusmodi concessiones, nomine privilegiorum, in largiori significatione, nimirū quia saltē novum
11 titulum conferunt, quod secundū Bonac. *supra citat.* Sufficit ad privilegium, puta in largiori significatione sumptum.

Sed neq; etiam frustra dātur ejusmodi 12 privilegia, tum quia serviunt ad tollēdos scrupulos dum id quod aliàs de jure est licitum, usurpamus tanquā per privilegiū concessum, ut notat Coninch. *d. 83. de Sacr. dub. 7. n. 55.* Tum quia ut monet Syl. *v. privil. n. 4.* Solet magis timeri quod specialiter præcipitur, quàm quod generaliter, & solicitius observari, quod specialiter quàm quod generaliter cavetur. Tum quia inveniuntur qui magis cupiunt scire privilegia, quàm jura. Ac demum, quia cùm jura plerumque malè serventur, per hæc privilegia innovantur. Causa etiam taliū privilegiorum potest esse simplicitas aliquorum regularium qui cùm ignorarent, aliqua de jure licita petierūt super his privilegia, Papa autē concedit quod petitur.

Differt verò privilegium à dispensatio- 13 ne, in duob⁹ præcipuè, nempe primò quòd dispensatio, sit juris relaxatio, privilegiū autē concessio contra jus ipsum, ut notat Zach. *c. olim de v. sign.* Et secundò quòd privilegiū, datur ex gratia; dispensatio, ex causa, secundū Crot. *in rubr. de res. in 6. n. 12.* & Reb. *in pra. ben. tit. de pap prov. n. 36.* Unde 14 facilius prę sumitur fallitas in privilegiis, quàm in aliis rescriptis, ut monet Panor. *c. ex literis de fid instr. Inoc. c. Episc. de reb Eccl. non alienā. & c. accedēs de crim sal.* Et Barbat. *in rubr. de res. in clem.* Ipsa vero bulla in privilegiis, ligatur cum funiculo ex serico, & pro aliis rescriptis, cum funiculo de canabe, ut advertunt Cignus *l. rescripta C. de prec. imp. offf.* Felin. *c. postulasti de res.* Et alii *in c. licet, & cap. quam gravi de crim. sal.*

CAPUT II.

De variis Privilegiorum differentiis.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium insertum juri, est ejusdem naturæ ac ius ipsum.*

Pri-

2. Privilegium insertum juri, extendendum, & quomodo, & 3.
4. Concessum Studenti Theologiæ, extenditur ad Studentem Canonibus.
5. Insertum iuri, operatur tres effectus.
6. Quando et derogatum censeatur.
7. Requiritur expressa eius mentio.
8. Non potest retorqueri.
9. Privilegium reale, cum ipsa re transit.
10. Fallit in quibusdam casibus.
11. Locale reale, extra locum non extenditur.
12. Locus destructus, aut desolatus retinet privilegia sua.
13. Secus si authoritate Superioris destruatur.
14. Quibus licitum uti privilegio mixto.
15. Quid privilegium singulare.
16. Quibus eius usus licitus.
17. Privilegium collegiale, dicitur duobus modis.
18. Quis possit uti tali privilegio.
19. Qui non exercet artem collegij, nõ potest uti eius privilegiis.
20. Scholaris non Studens, non gaudet privil. universitatis.
21. Regularis factus Episcopus, non gaudet privilegijs sui ordinis.
22. Miles reversus ab expeditione, non gaudet privilegijs militum.
23. Fallentiæ tres ad supradicta.
24. In dubio, privilegium præsumitur concessum favore artis.
25. Possunt notari in privil. variæ differentiæ aliæ.

PLures Privilegiorum possunt assignari differentiæ ex quibus etiam non parum discriminis licet inter illa advertere. Primam autem differentiamego pono, inter illa quæ sunt inserta corpori juris, & illa quæ extra vagantur inter quæ, hoc interest, quòd vagantia, seu non inserta, manent in sua natura communi Privilegio- 1
rum, inserta verò transeunt in jus ipsum commune, & fiunt illius, secundùm Host. *c.i loco, & c. super de sepult.* Ut illorum dispositio, non tam Privilegium, quàm jus commune dicatur, ut notat Barbos. in *collect. ad auth. qua in prov. C. ubi de crim. agi opor.* Ex quo inferunt Covar. 4. *decret. p. 2. c. 8.* Salas *de legib. d. 20.* Et alii, quòd ejusmodi privilegia nõ sunt strictè interpretanda, sed instar juris communis extenden- 2
da Et sic v.g. dicunt, quòd privilegiũ concessum, uni Ecclesię, & juri insertum, debet per extensionem cõmunicari aliis (etiam non nominatis) quia, jam non est Privilegium, sed jus commune, & consequenter omnibus per æquè communicandum.

Verùm, hoc non admittunt Glossa *in proem. decr. greg. v. iudicijs.* Burgos. *eod.* Et plures alii per *c. cum ordinem. de rescr. c. con-* 3
stitutionem de reg iur. in 6. Gloss. *c. qui autem eod. & in clem. dudum de sepultur.* Quos Ferret. volens conciliare in *proem. cit.* cum Host. dicit quòd si privilegium, habet rationem specialem, non potest extendi instar juris, etiamsi sit illi insertum, in quem sensum loquitur *c. sanè. de privil.* ubi Gloss. & alii *c. ea quæ de reg. iur in 6.* Et *l. 1 ff. de cõst. v. planè* Sed si habet rationem juris, secus, quia tunc potest instar illius extendi & res, persona, vel locus ibi nominatus, censetur, exempli causâ tantùm, nominatus, & non ad restrictionem, itaque probant text. & Gloss. *c. 1. de jur. cal.* ubi Abb. & rursus Gloss. *c. privilegium de reg jur in 6.* Gemin. Et alii *c. ignorãtia d 38.* Ubi Decius addit, quòd similiter instar juris extenduntur privilegia, illi inserta, quando sunt concessa ad ipsius obsservantiam, vel ut vult Berous in *c. canonum de const.* Quando continent aliquid quod sit secundum ipsum. Seu ut putat Burg. *eod.* Ob identitatem rationis, quo casu non fit propriè extensio, sed intensio, eo modo, quo de penalibus loquimur. Et ita declarat Abb. in *c. fin de jur. cal.* Ad quod facit, quòd privilegium cõcessum Studiosis Theologiæ,

extenditur, ad studiosos canonum, ob rationis indentitatem, putâ, quia utrique laborant in vinea Domini ut ait Burg. *loco supra citat.* de quo infra.

Et ulteriùs procedens Ferrer. ac pleniùs exponens, quo sensu privilegia inserta corpori juris transeant in jus commune, ad distinctionem extravagantium, 5 ait id contingere in tribus casibus, & insertionem operari jus commune. Primo inter privilegiatos quātùm ad hoc, quòd privilegium insertum, non præjudicat adversario, nisi post duos menses, à publicatione, sicut Gloss. in *proem clem.* dicit de jure communi, quoad vim obligandi. Secundo operatur, quòd sicut in privilegio, nō est opus facere mentionem juris communis contrarii, ita nec privilegii inserti, quando aliud conceditur contra ipsum. Et ita etiam docet Joan. andr. *cap. 1. de rescr.* & Bellam. in *proem. clem.* Tertio quòd sicut tollitur jus primum, per posterius, etiamsi de illo, non fiat mentio *c. 1. de constit. in 6.* ita & privilegium illi insertum. Gloss. & Felin. *cap. 1. de rescrip.* & Gemin. *cap. ignorantiæ d. 38.*

Sed quoad tertium casum, meritò ab 6 illis dissensit Burg. in *cap. sicut romana de rescrip.* ubi multis probat, quòd quinimo nunquam censetur derogatū privilegio inserto juri per secundum nisi in isto secundo fiat expressa mentio, illius primi; & multò minùs per legem generalem. Et ita cum Burg. *cit.* tenet Gloss. C. *de silent. lib. 12 l. decurionibus* Bald. *l. non plus eodem de sacros Eccles.* Barbos. *auth. qua in provincia eod. ubi de crim. agi opor.* & Ruin. *cons. 89. vol. 1.* Quin etiam Barth. *authorit. cit. qua in prov.* Andr. ab ea *c. 1. de const.* Felin. *cap fin. de for. comp.* Et Vital. de Camban. *in tr. claus. v. non obstantibus* docent, quòd neque etiam per hanc clausulam illis derogatur. Unde restat semper esse necessariam illorum expressionem ad hoc ut illis derogetur, 7 ut volunt Crot. *capit. quoniam de jur. patr.* Gloss. *l. 2 ff. de judic* & Barth. *aut cit.* Quod secus est de privilegiis extravagantibus quia (nisi aliud obstet) regulariter tolluntur per legem contrariam, cum clausula non obstantibus. ut ait Steph. Costa *c. alma mater. de sent. ex § in festivitatibus.* In quo tamen ego nonnihil difficultatis patior, propter *c. 1. cit. de constit. in 6* & plura alia dicēda in *sect. 4.* Ad quod etiam videri potest Gloss. 25. *qu. 2.* in initio. Aliud discrimen, privilegii inserti corpori juris, & & extra illud vagantis, ut notat Burg. in *rubr. de rescr.* & Barth. *in auth. quas actiones C. de sacros. Eccles.* Est quòd insertum, non potest retorqueri; vagans autem sic, quæ est notabilis differentia, de qua nos infra *cap. 3 § 5.*

Ego secundò divido privilegiū in *reale, & locale.* Illud appello quod rei tribuitur, & quasi ei affigitur v.g. rei sacræ. Et hoc 9 semper illi inhæret, & cum ipsa transit, ad quamcunque personam devenire contingat, ut docent Bellam. *clem Religiosi. de decim* Angel. in *sum. v. privilegium* Et Sylv. *eod v.* fallit tamen, vel ubi jus aliter disponit, vel quando res ipsa destruitur, quantùm ad speciem, seu moralem, seu physicam, ut si calix polluitur, vel frangitur. 10

Locale dico, quod loco alicui determinato conceditur, ut Ecclesię, Altari, Civitati *&c.* Et hoc rursus est duplex, nempe locale commune, & locale proprium, seu ut alii loquuntur *locale reale.* Et *locale personale.* Illud est quod loco primariò tribuitur pro dignitate, & reverentia ipsius, Personis verò in illo cōmorantibus, secundariò tantùm, & intuitu ipsius. Istud autem è contra, quod personis tribuitur, absque respectu loci, vel si is intercedit, id fit tantùm accessoriè, & per modum causæ impulsivæ, non motivæ. De quibus ego id juris statuo. Quòd

Quòd locale reale, debet censeri affixum quasi ipsi loco, extra quem non extendatur, neque communicetur. ita Panor. *c. cum capella de privil.* Franc. Arrias *c. porro de sent. excom.* Suar. *lib 8. de leg. c. 26.* & alii. Et semper durat, ac perseverat, circunq; Domino cõtingat talem locum accrescere, uniri aut subiici. Et competit omnibus existentibus in tali loco, sed non extra. Ancar. *cap. canonum. de constitut.* & Panor. *cap. quoniam de privil.* Imò etiamsi locus, destituatur personis, aut desoletur, seu casu, seu injuria, retinet semper suum privilegium, potestque ad illud re-
12 dire, si restaurari contingat. arg. *cap. pastoralis 7. quæst. 1. & cap. quæ semel 19. quæst. 3.* Et ita inter alios docet Panor. *cap. 2 de postul. prælat. & cap Abbate de verb sign.* ubi addit, quòd nec tollitur aut amittitur privilegium, concessum v. g. Monasterio, aut ejus possessionibus, etiamsi ordo cujus est, extinguatur, uti nec si Monasterium fiat alterius ordinis, ut ibi addit postilla, & docent Innoc. *c. 2 de nov. op. nunt.* Laudun. *in proem. clem.* Sylv. *v. civitas num. 2.* Et *v. collegium numer. 5.* Ac fusiùs disserit Sciop. in *astro inextincto. quæst. 1. ad primum* Roman. Hali *eod. l.* Super quo, anno 1621. *die 26 April.* emanavit à S. Cardin. Congr. decisio, quam inter alios refert Barbos. *in collect. bull. v. collegiata.*

n Dixi si locus casu aut jnjuria destruatur. At secus est si per viam juris, seu auctoritate Superioris, quia tunc non dicitur propriè desolatus, sed extinctus, in qua extinctione omnia ejus privilegia, simul cum ipso intereunt. *arg. cap. placuit. 1. de cons. & cap. dicimus 16. quæst. 7.*

At verò privilegium locale personale censetur affixum, seu concessum personis loci, ut qui casu, ad illum accesserit, & non sit de tali loco, nec etiam possit gaudere tali privilegio, Cùm è contra personæ illius loci, & in ipso, & in quovis alio, illo fruantur, ita Calder. *cap. pastorali de pen. & rem.* Aliquando tamen contingit, privilegium esse mixtum, seu lo- 14
cale simul, & personale, ut si erigatur certum Altare Privilegiatum, in Ecclesia, pro solis Capellanis illius, tunc enim illi soli possunt uti privilegio, & in illo solo loco, seu Altari. Et sic de pluribus aliis.

Sed & tertiò ego divido Privilegium, 15
in singulare, & collegiale. Illud apello quod personæ alicui in individuo conceditur, aut etiam pluribus, sed expressis illorum nominibus, & tanquam singularibus seu sub nomine proprio, & individuo cujusque, ut Socrati, Sempronio, Platoni, *&c.* Seu sub nomine Gentilitio, & familiæ, ut Scipionum, Torquatorum, *&c.* Seu sub nomine collectivo, personarum, certæ conditionis aut status, ut feminis, pupillis, minoribus, militibus, agricolis, *&c.* Vel certæ artis, & professionis, ut Typographis, *&c.* Vel demum certæ gentis, & nationis, ut Romanis, Britannis, *&c.* Seu quod conceditur pro certo casu, vel actu, & illum celebrantibus, ut pro his qui accipiunt cruciatam, vel qui concionantur, confessiones audiunt, *&c.* De quibus omnibus, id juris, venit statuendum, quòd 16
ejusmodi privilegia, non extenduntur, de persona, neque de casu ad casum, nec quisquam illis participat; (etiam subsistente simili ratione) nisi comprehendatur sub nomine expresso in tenore concessionis, secundùm ea quæ dicemus *cap. sequ. §. 4.* Ita Roch. *in rubr. de jur. patr.* Panormit. *cap. sanè. de privil.* Gammar. *in rubr. de rer perm. in 6.* Lud. Gomez, *cap. statutum de reser. eod.* Bellam *clem. Religiosi. de decim.* Et communiter alii Canonistę. *cap. sanè cit.* quos sequuntur Suar. *lib 8. de leg. cap. 3* Salas *d. 20. sect. 17.* Et Molphes. *in sum. tract. 9.*

tractat. 9 cap. 12. Collegiale verò Privilegium dicitur, quod alicui collegio, communitati, vel societati, conceditur, quod
17 quidem potest fieri duobus modis, puta vel sub nomine collectivo, & expresso ipsius collegij, & directè, & immediatè illius corpori v. g. universitati Bononiensi, vel personis quæ sunt ex tali collegio, & illud componunt, ut studiosis Universitatis Bonon. Et tunc id juris statuitur quòd Privilegium concessum primo modo, censetur concessum Collegio, secundum quod civiliter facit unum corpus, non verò personis singularibus, ex quibus tale corpus componitur (qua singularibus) ita quòd non possint uti
18 suo Privilegio, quà tales, sed tunc tantùm cùm suum corpus, collegialiter repræsentant, sive interim omnes simul, sive major pars, aut aliquot, ad repræsentandum, delegatæ reperiantur.

At verò, quando Privilegium conceditur secundo modo, possunt illo uti singulares personæ, independenter una ab altera, sufficitque esse incorporatas tali collegio. Ita Gemin. *c. Religioso de sent. ex in 6.* ubi addit, id etiam locum habere, antequam persona solemniter incorporetur collegio, si de licentia Superiorum illius permittitur exercere artem, ad quàm fundatum est, & officio socii artis fungi, quod satis probabile mihi videtur, quia talis licentia, resolvitur in tacitam receptionem, & incorporationem.

19 Econtra verò, is qui se dicit de aliquo collegio, imò, & qui fortè olim fuit illi immatriculatus, sed non exercet artem ad quam fuit institutum, non potest ejus Privilegiis gaudere, ut docet Barth. *l. semper ff. de jur. immun.* Sylv. *v. argumentatio num. 4.* Et Angel. *eod. v. num 3.* Circa quod videri possunt notata à Gloss. *l. unic. C. de stud. lib. urbis. rom. lib. 11.* Et à DD. *l. advocati eod. de adv. diu. cap. generaliter 16. qu. 1. §. negotiatores, c. 1. & c. clerici de jud. cap. dilecti, & c. venerabilis de excep.* Et sic secundùm hanc doctrinam Panor. *in c. quod vult deo. de judic.* Joann. deligna *in proem. clem.* Et 20 communiter alii dicunt v. g. Quòd studiosi intrantes scholam, sed non studentes, non gaudent privilegiis scholarium. Et similiter Portel. *in sum qq. reg v. Episcopus num. 4.* Roder. *tom. 2. qu. 58. à 4.* Et Barth. à sancto Fausto in *Thes. lib. 6. q. 191* docent, Religiosum, factum Episcopum, non gaudere ampliùs Privilegiis Regularium, aut sui Ordinis. Super quo lector 21 curiosus, poterit videre motum Sixti V. apud Roder. *loco citat.* & Quarant. *in sum. bull.* Idemque proportione dico, de illo qui quidem exercuit artem, aut functus est, officio habente Privilegium annexum, sed jam abdicavit, aut ita se gerit, ut abdicasse meritò reputetur, tunc enim non gaudet ampliùs Privilegio. Et hac ratione v. g. miles reversus ab expeditione, non fruitur amplius militum Privile 22 giis. Nec Clericus minorum Ordinum, Privilegiis Clericorum, si nubit, vel incedit, sine habitu, & tonsura.

Fallit tamen hæc doctrina, ubi aliter, 23 in jure cavetur, aut consuetudine permittitur, vel quando Privilegium aliquod inveniretur concessum Collegio ex sola gratia Principis, non in favorem artis. Verùm in dubio, præsumi debet pro arte 24 & concessum favore ipsius, non solius collegii.

Quartò dividi potest Privilegium, in 25 limitatu, & incircumscriptum. Illud est, quo certo loco tẽpore, casu, aut circumstantia uti conceditur. Istud, quo ubique & indifferenter sine ulla restrictione. Et in hunc modum, possunt diversæ aliæ divisiones fieri, ex diversis circumstantiis, materiæ, personarum, locorum, & simi-

libus

libus, quas ad alia properans, & velut explicatione minùs indigentes omitto.

CAPUT III.

De Acquisitione Privilegiorum.

ACquiruntur autem Privilegia, sex modis, seu viis puta concessione, communicatione, extensione, relatione, errore & præscriptione, de quibus omnibus, seriatim agere habemus, per subsequentes paragraphos.

§. I.

De Acquisitione Privilegiorum per viam Concessionis.

SUMMARIUM.

1. *Qui potest legem ferre, & Privilegium dare.*
2. *Non subditis, non potest dari Privilegium.*
3. *Princeps temporalis, non potest includere Ecclesiam, sive lege, sive Privilegio. Et contra 5.*
4. *Privilegium favorabile, admittitur, hoc ipso, quod non reijcitur.*
6. *Privilegia non conceduntur, nisi cum causa, quæ est triplex, & 7.*
8. *Sola voluntas in Principe, causa sufficiens Privilegij.*
9. *Regularibus quare concessa Privilegia.*
10. *Quale potestas data regularibus per Privilegia.*
11. *Quando potestas extinguitur morte concedentis.*
12. *An regulares possint delegare, in Privilegijs.*
13. *Quomodo intelligendum Privilegium, datum contra substantiam actus exercendi.*

ET quidem quod attinet ad primum modum, illius est dare seu concedere Privi- 1
legium, cujus legem ferre, ut docent Beluis. *c. romana de for. com. §. contrahentes.* Calder. *c. postulasti de pen. & rem* Jacob. de Zoch. *c. omnis eod.* Angel. *in sum. v. Privilegium* Sylu. *eod. v.* Asor. *1. p. inst. lib. 5. cap. 22.* Reg. *in pra. lib. 13. num. 23.* Ut quicunque potest legem ferre, possit & Privilegium concedere, circa eandem legem, & eandem materiam, quam lex respicit, illis iisdem personis, quas per legem obligavit, puta subditis, aliis verò, non nisi eo modo, quo infra dicemus, *Ratio est,* quia Pri- 2
vilegia sunt leges. *c Privilegia d. 3. & § fin. 25. qu. 1.* Adeò ut Privilegium non differat à lege, nisi sicut species à genere, ut in Superioribus notavi. At non potest quis sua lege obligare non subditum. Ergo nec suo Privilegio illi favere, quia ex quo removeturgenus, & quælibet ejus species. *l. Aquilius ff de dol. & l. fide iussor eod. quis satis d. cog.* Et sicv. g. quemadmodum Princeps temporalis, non potest sua lege Ec- 3
clesiam ligare sic neque suo Privilegio includere, quòd quantùmcunq; sit favorabile, nunquam tamen valebit, nisi Ecclesia acceptaverit. Uti docent Belvis. Calder. & Azoch. *Supra cit. per c. Ecclesia sanctæ Mariæ de const.* Et per notata ab Innocent. *c auditis de restitution. in integro.* Ad quod & facit. *c. bene quidem d 96.* Ubi statutum laici præsidis, quamvis Ecclesiæ favorabile, declaratur non valere. Acceptari tamen 4
censetur ab Ecclesia, hoc ipso quòd non reiicitur, siquidem fuerit, simpliciter favorabile, hoc est si continet simplicem concessionem gratiæ, sed si est præceptivum, hoc est concessum per legem seu statutum, aliquid imperans, necessè est expressè admitti. Ita Panor. *c. cit. Ecclesia.* & Zachar. ejus Glossator. *c. quæ in Ecclesiarum eod.*

Et quod de Ecclesia, hoc eadem pro- 5
portione, dico, de Clericis, Religiosis, & quibusvis aliis, qui non sunt subditi Principi concedenti Privilegium. Ac vice versa, de Laicis respectu Papæ & Prælatorum, Ecclesiast corum. Hoc est non posse eos, ut nec legem ponere Laicis circa

ca temporalia, sic nec circa eadem, Privilegia illis concedere, saltem directè, & potestate ordinaria, quidquid sit de extraordinaria, & absoluta, in qua adstruenda, multæ plerumq; adstruuntur adulationes, & falsitates.

Et quia Privilegia, sunt lèges privatæ, à jure communi discrepantes, & aliàs non receditur à jure sine causa *c fin d.14. c.necessaria 1 qu.7.cap.non debet de consang. & Aff.rebus ff de const. l.minimeff. de leg.* Ideo &
6 non solent Privilegia concedi, sine causa quæ est triplex ut notatur in *c.valet. 25.*
7 *qu.1.* Puta, vel intuitu Religionis, hoc est in gratiam, & favorem ipsius. Aut propter necessitatè quę supervenit. Aut propter officia impensa. Addunt non pauci,
8 voluntatem & beneplacitum concedentis Privilegiũ esse causam sufficientem, quia in Principe, sola voluntas, dicitur justa causa ad faciendum quod facit ut docent Gloss. *si eo tempore. de elect. in 6.cap. si gratiosè eod. de rescrip. & c. non est extra. de voto.* Jason *l.si testamentum C.de testa.* Rom. *cons 307.* & DD. *c. cit. non est & l. relegati. ff. de pen.* Ad quod facit *c.proposuit. de concess. præ.* Quæ omnes causæ, verificantur maximè in Privilegiis regularium.

9 Primò enim concessa sunt ipsis, ad honorem & commendationem, status Religiosi, cujus dignitas & excellentia, meritò videtur exigere, ut aliquid plùs concedatur, quàm simplicibus aliis Sacerdotibus, aut Parochis *c.religiosam 12.quæst 2. arg. c. v. Apostolicæ de Privil in 6.* Secundò propter benemerita, & officia impensa Sedi Apostolicæ, summis Pontificibus, Prælatis Ecclesiasticis. Imò & toti ipsi Ecclesiæ licèt enim à solo Deo, qui est communis omnium nostrûm merces, debeant regulares, suorum laborum prę-mium expectare, attento tamen, quòd horum major pars (ne dicam omnes) Sedi Apostolicæ, & universali Ecclesiæ impenduntur, tot gentium conversione, libris, concionibus, ac bonis operibus. Imò quod ipsi summi Pontifices, aliique Episcopi & Ecclesiarum Prælati, in suis persequutionibus, non habuerunt securiorem asilum, quàm apud regulares, & præcipuè apud Monachos, à quibus non tantùm locorum securitate, aut officiis personalibus, sed etiam opibus largissimè semper fuere adjuti, & strenuissimè defensi. (a) Certè congruum erat, ut & ipsi, gratum animum, erga tam fideles filios exhiberẽt, & munere aliquo demonstrarent, accepta sibi esse eorum officia, *arg.c. communis d. 23.c. sicut nonnulli 1. qu.1.l. honoresff. de decur & l fin.C.de stat.& imagin.* Tertiò concessa fuere regularibus sua privilegia ob necessitatem, & ad subleyandos, in suis curis & laboribus Episcopos & Parochos, ipsosque summos Pontifices, qui tot absolutionibus, dispensationibus, benedictionibus, aliisque ejusmodi, jam ubique dilatata Ecclesia, pro tempore necessariis, & concedendis, vix possent sufficere *arg.cap.petitio de procur.& cap. licet de off. vicar. in 6.* (b) Tum etiam quartò ob necessitatem & utilitatem fidelium, quibus plerumq; non suppetunt media recurrendi ad Papam, nec expedit accedere ad Episcopos, eorumvé Vicarios generales, aut Parochos. *arg. cap quædam lex 35.quæst.5* Et sic quia Papa, & Prælati Ecclesiarum, coguntur frequentissimè vices suas aliis demandare, in his quæ spectant ad jurisdictionem, certè non videtur quibus potiùs eas demandare debeant, quàm regularibus, quos vitę integri-

(a) Steph 3 refugium habuit in Monasterio sancti Dionisii Parisiensis Gregorius 7. in Cavensi, Gelsius 2. in Cluniacensi S. T. Cantuariens. in Pontiniacensi S Lambert. traject. in Stabulensi, &c.

(b) Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione varientur. Leo Papa ad anathol. epist.

tas,

tas, eruditio, Animarum zelus, à terrenis abſtractio, ſimileſque dotes (in illis præſumptæ,) vel maximè aptos reddunt, ad ejuſmodi delegationes, & privilegia. Et his maximè temporibus, quibus Clerus ſæcularis, magua ex parte ſe diſtinet, curis, & occupationibus longè diverſis. Ut nemo propterea, debeat invidere regularibus ſua privilegia tot in titulis fundata, tot & tam juſtis de cauſis conceſſa, Ac per quorum uſum ſupplent quotidie, cum Apoſtolo, ea quæ deſunt Paſſionibus Chriſti.

10. Qualis autem poteſtas, cenſeatur data regularibus per privilegia. Golſſ. *in extrav. ſuper cathedram de ſepult. v. impendant.* videtur illam facere ordinariam, Molina verò *tract. 1. de juſt. d. 20. num. 5.* ad delegatam potiùs referendam putat. Rem autem propius expendenti mihi, videtur neque eſſe ordinariam, neque delegatam. Ita Vanguel. *in clement. dudum de ſepult. concluſ. ult.* Non inquam eſt ordinaria quia hæc obligat habentem ad miniſtrandum, & ſubditum ad accipiendum ab ipſo, Regulares autem voluntariè tantùm utuntur privilegiis, ut & voluntariè fideles ad ipſos accedunt pro eorum uſu, ſed neque etiam delegata, quia hæc ſimiliter imponit ſubditis obligationem, ſeu ipſos fideles reddit ſubditos habenti delegationem, obligatque eos ad accedendum ad delegatum, quod non operantur privilegia. Unde relinquitur, ut juriſdictio collata regularibus per privilegia, dicatur ſimpliciter extraordinaria, & gratioſa, ut ait Vanguel. *citatus.*

Quia tamen non ſunt juriſdictionis niſi illa duo membra, ad alterutram erit referenda, pro ratione reſpectus, & tituli ſub quo de illa loquemur. Poteſt enim dici ordinaria, quia eſt à lege, ſaltem in non paucis, & perpetua in omnibus, delegata vero quia non annexa ſtatui, ſed à Papa accepta. Quòd ſi obiiciatur poteſtatem delegatam expirare morte cõcedentis, privilegia verò regularium, non extingui morte Pontificum, qui illa conceſſere. Reſpond. per diſtinctionem, quam Bonif. VIII. facit in *cap ſi gratioſe de reſcrip. in 6.* Illa cum Pontifice extingui, quæ ſunt ab ipſo conceſſa tanquam à privato Pontifice non autẽ quæ ſunt cõceſſa nomine, & authoritate ſuę Sedis, quia illa non moritur, & talia ſunt privilegia regularium. 11

An verò illi poſſint ſubdelegare ſua privilegia, ſicut jura concedunt communiter ordinariis, ſeu delegatis à Papa, & ſupremo Principe *cap. 3. & fin. de offic. del. & leg. à judice* C. *de judic.* ita ſentire videtur Navarr. *in Man. cap. 27 nu 45.* ubi ait quòd ſimplex miniſterii v. g. abſolutionis poteſt ſubdelegari à delegato ordinarii, aut ſubdelegato delegati Papæ, licèt non poſſit ille delegare ſuam juriſdictionem, ratione cujus hoc ipſi competit per Gloſſ. *cap. final. de off. ord. & cap. ſuper quæſtion. de off. del.* ubi Felin. Sed hoc ego non admitto, quia quando Papa dedit regularibus privilegia ad abſolvendum, aut ad ſimiles actus, cenſetur elegiſſe perſonarum induſtriam, in quo caſu delegatus non poteſt ſubdelegare *cap fin. de off del.* Quantũ verò ad diſtinctionem, quam facit Navarr. juriſdictionis, & ſimplicis ejus miniſterii ego illam reiicio hac in parte, ad entia rationis vide tamen dicenda *ſectione tertia cap. 22. Paragrapho primo de Prælatorum juriſdictione.* 12

Porrò quando contingit aliquod privilegium concedi, quod videtur eſſe contra ſubſtantiam actus ad quem conceditur tunc cenſetur Papa, ſeu Princeps potiùs diſpenſaſſe, in quem ſenſum ego verbi gratia explico privilegium minorum, de recitanda ſolùm mentaliter aliqua parte 13

horarum, posito quòd prolatio vocalis, sit illarum essentia, de quo, suo loco ubi de horis.

§. II.

De Acquisitione Privilegiorum per viam Præscriptionis.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium adversatur præscriptioni fallit in quibusdam casibus 4. & 5.*
2. *Impetratio privilegii generat præsumptionem malæ fidei, in eo qui rem præscripsit.*
3. *Quod meum est, non potest iterum fieri meum.*
6. *Quid sit præscriptio.*
7. *Quidquid potest concedi, potest & præscribi.*
8. *Requisita ad præscriptionem, & seq.*
9. *Quæ sunt iurisdictionis, possunt præscribi, non quæ ordinis.*
10. *Potest præscribi libertas in his quæ secundùm se non præscribuntur.*
11. *Præscriptio privilegii debet fieri secundùm formam concessibilem.*
12. *Privilegium debet præscribi ab eo qui sit capax illius.*
13. *Ad præscribendum privilegium requiritur titulus.*
14. *Bona fides, causatur ex privilegio, & iure dubio.*
15. *Regularibus potest sufficere probabilis opinio, ad continuandum in usu alicuius iuris, vel privilegii.*
16. *Quantum temporis requiratur ad præscriptionẽ.*
17. *Ad præscribendum in præiudicium alterius, requiritur eius notitia, & patientia.*
18. *Præscriptio æquiparatur privilegio, iudicatis, & transactis.*
19. *Præscriptio facit in conscientia tutum.*
20. *Sufficit præscriptio, ad continuandum usum privilegii, etiam post errorem detectum.*
21. *Præscriptio non extenditur.*
22. *Qui præscripsit ius ferendi unam censuram, non potest ferre alias.*
23. *Qui præscripsit decimas, nõ potest petere novalia.*

NOmine Privilegii (quod ad præsens institutum attinet) duo possumus intelligere, nempe aut concessionem ipsius facultatis, ad aliquid faciendum, vel jus ipsum faciendi concessum, quo secundo modo hîc de privilegiis agitur, quando dicuntur posse acquiri per præscriptionem. Nam in primo sensu, privilegium opponitur præscriptioni, tanquam quid contrarium, adeò ut simul haberi non possint, sed ad alterutrius ingressum, aliud excludatur, ut notat Gloss. *c. veniens de præscri.* Juxta quam Panor. *ibi* dicit, impetrationem privilegii, causare malam fidem, respectu juris, priùs possessi per præscriptionem, tunc enim videtur impetrans agnoscere, se non habuisse jus, adeò ut si postea privilegium repudietur, nec etiam possit se præscriptione tueri, utpote quæ in illa impetratione censetur cessasse, & sublata esse. Quod verùm est etiam secluso usu talis privilegii. Quidquid in contrarium dicant *Innoc. & Ioann. andr. in c. cit. veniens.* Quia sola impetratio videtur sufficiens, ad inducendam præsumptionem renuntiationis. Quod enim meum est, non potest iterum fieri meum, ut notat Gloss. *in c. Abbate de verb. sign.* Sicque privilegium, & præscriptio, non possunt concurrere, respectu ejusdem juris quærendi, dico quærendi, nam si ageretur de jam quæsito, & privilegium foret simpliciter confirmatorium juris, priùs per præscriptionem quæsiti, vel si concederetur ad cautelam vel in augmentum, per modum novi tituli, tunc bene possent se invicem compati. Et ita tenent Pan. Paris Imol. Felin. & communiter alii in *c. cit. veniens.* Quia licèt jus jam quæsitum non possit de novo quæri, potest tamen novo titulo retineri, ut docent Joan. Monarch. & Joan. Andr. *c. cum personæ de privil. in 6.* Præscriptionem verò & præscribere ego hîc

hîc appello, quando, bona fide, quis & probabili aliqua motus ratione, putans sibi, suæ familiæ, aut societati, jus aliquod competere, & perseverans in ejusmodi bona fide ac credulitate, illo utitur. Postquàm enim usus est per certum tempus, à legibus determinatum, censetur sibi acquisivisse jus illud, & ex tunc per ipsas leges, illi conceditur & fit proprium ita quòd successivis temporibus possit perseverare in illius usu, ac si verè ab initio fuisset illi concessum, nec jam teneatur intermittere, quamvis fortè contingat detegi deceptionem, & cognoscat, se in rei veritate, non habuisse tale jus, nec ab initio potuisse illud usurpare.

7 Atque his hunc in modum præmissis, quando dicuntur privilegia acquiri præscriptione, ego sic explico, ut ea omnia jura, facultates, exemptiones *&c.* quas posset aliquis per privilegium, & gratiosam Superioris concessionem obtinere, has omnes possit per præscriptionem sibi acquirere secundùm dicta, & infra dicenda Gloss. *c. quia d 64.* Paul de Eleasar. *c. nullus de elect.* Panor. *c causam de præscr.* Paris. *c. auditis eod.* Host. & alii passim per *c conquestus 9. q 3. c. veniens cit c olim. eod. c. duo simul de off. ord c. cum dilectus de rel. dom. & cap cum personæ de præb. l. in 6.*

8 Requisita verò, ad hoc ut præscriptione acquiratur aliquod privilegium, sunt,
9 ut 1. id quòd præscribitur, sit suâ naturâ tale, quod aliàs potuisset concedi. Et sic v.g. quia illa quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, possunt concedi, non verò ea quæ sunt ordinis: ideo illa possunt præscribi, non autem ista, ut inter alios notat Panor. *c. cum non liceat & c. cum olim de præscrip.* Quamvis possit quis, in eis præ-
10 scribere libertatem: ut non teneatur illa petere ab hoc vel illo, sed ab alio, vel à quo maluerit secundùm eundem Panor. *c. venien. eod.* Et quando non potest præscribi principale, nec accessorium, ex eodem *c. cum ex Officii eod.*

Requiritur secundò ad præscriptio- 11
nem privilegii, ut illa fiat secundùm formam concessibilem, id est, ut qui illud præscribit, seu illius usum eo modo illo utatur, & sub illa forma, sub qua aliàs solet concedi, aut potuisset. Ita Eleasar. *c. nullus de elect.* Et sic qui v. g. præscribit usum benedicendi ornamenta Ecclesiæ, visitandi aliquam Ecclesiam *&c* debet benedicere, & visitare, non ad placitum, sed secundùm formam in Pontificali expressam, quia sub illa forma expedienda, illi concederetur.

Requiritur tertiò ut præscriptio fiat à 12
persona secundùm se capaci illius juris & privilegii, quod præscribit; & sic v.g. potest una Ecclesia vel persona Ecclesiastica præscribere decimas aut alia jura spiritualia, non autem Laicus, vel femina. Eleasar. *loc. supra cit.* Panormi. *ad aures, de præscrip* & passim alii.

Requiritur quartò titulus, seu verus, 13
seu saltem coloratus, aut certè loco tituli possessio seu usus à tempore immemoriali, siquidem præscriptio est contra jus commune, secus si præter. Ita Panor. *c. de quarta & c. ad aures de præscr* Sufficiens autem titulus, secundùm ipsum erit, v.g. Opinio fundata in dicto viri alicujus gravis, aut fama, quamvis fortè nullũ instrumentum reperiatur, eo quòd ex eadẽ fama dicitur tempore belli vel in incendio periisse per *l quod vulgo ff pro emp.* Et sic ut
notat idem Panor. in *c. cum dilectus de cons.* 14
& c. auditis de præscr potest causari titulus seu bona fides, ex privilegio dubio. Et ut addit Paris. in *c auditis cit* possunt acquiri jura certa per privilegium incertum. Pro quo faciunt notata *ibid* ab Host. domin. *c. de decim. in 6.* Barth. *l. celsus ff. de usu cap.* & Au-

frer. *in tract. de pot. sæculo in Eccl. fall. 12.* Ubi ait Imol. & Zabar. ita etiam tenere. Quorum doctrina aprime valet pro defendendis pluribus usibus & privilegiis antiquiorũ Monasteriorum, quæ vix possent aliquo instrumento probari, sufficit enim, ad cõtinuandum, in eorum usu communis opinio, & quasi traditio accepta à senioribus, quòd tale jus habeant, quòd recordentur, se vidisse aliquos ex suis antecessoribus, illo utentes, quòd audiverint aliquem Abbatem cõmendatarium, vel ejus factores expilasse suum archivium, chartas transportasse *&c.* Tunc enim possunt, absque ullo animi scrupulo, retinere usum talium privilegiorum, modò aliud non obstet.

16 Sed & 5. loco requiritur ad præscriptionem, lapsus temporis à jure præfixi, & ut privilegiatus, per illud totum usus sit suo privilegio, absque ulla contractione. Est autem tempus illud diversum, pro diversitate rerũ & præscriptionum: Nam pro jure seu privilegio habente causam continuam, aut quasi, quale est v.g. jus eligendi, percipiendi decimas *&c.* requiritur spatium 10. annorum inter præsentes. Et 20. inter absentes. *l. 2. C. de servit. & l. fin. eod. de præs. longi temp.* Respectu verò illorum, qui fuere partim præsentes, & partim absentes, duplicatur illud tempus per *auth. quod si quibusdam eod.* Quod si tale aliquod jus quæritur contra Ecclesiam requiritur lapsus 40. Annorum. *c. de quarta. c. ad aures c. illud & c. quia de præscr.* Si contra Regulares, prout dicetur *sectione tertia, ubi de bonis.* Ad præscribendũ verò jus quod non habet causam perpetuam, ut est servitus viæ, præstationes extraordinariæ, & ejusmodi. Requiritur tempus, cujus initii memoria non extet, secundùm notat. à Gloss. & DD. *c. contra morem. d. 100. c. quia cognovimus 10. q. 3. c. super quibusdam de verb. sign. l. 1. & 2. ff. de aqua plu. arc. & l. hoc iure eod. de aqua quot. & æst.* Addunt Innoc. *c. conquerente de off. ordin. c. bonæ de p. st. præl. 17 & c. 2. de in int. rest.* Felin. *cap. de quarta de præsc.* & Panor. *Et cap. placuit eod.* Gloss. & Barth. *l. 2. C. de servit. & aqua.* Quòd in præscribendis ejusmodi juribus privilegialibus, requiritur scientia, & patientia, seu taciturnitas illius, contra quem præscribuntur, sin aliàs nunquam compleri præscriptionem, aut certè dari illi restitutionem in integrum.

Atque hunc in modum completa præ- 18
scriptio, æquiparatur reali privilegio, & ut docet Barth. *l. omnes, ff. de iust. & iur.* ac- 19
censetur judicatis & transactis, & hunc qui præscripsit facit tutum in cõscientia, secundùm Angel. *v. præscriptio nu. 47.* Rebuff. *cap. postulasti de Cler. ex. nu. 299.* Gloss. Host. Tancredi Vincent Joan. Andr. *c. possessor de reg iur. in 6.* Panorm. Bald. Felin. Imol. Et alios *c. vigilanti extra de præscript.* Ubi Parif. ait esse communem. Ita quòd 20
possit se ex sola præscriptione tueri in usu sui privilegii (etiam Religiosi) & etiam si posteà detegatur error, secundùm quod in initio dixi.

Præscriptio tamen non potest extendi 21
de casu ad casum (etiam similem) ut monet Panor. *in cap cum olim de præsc.* Unde *ibi* benè infert quòd qui præscripsit v. g. potestatem excommunicandi, non potest virtute hujus juris suspendere, vel interdicere. Et similiter Gloss. *in c cum contingat* 22
de for. comp. & de decim. ait hunc qui præscripsit decimas, non censeri præscripsisse 23
novalia, nec posse illa percipere, & sic de aliis.

§. III.

De Acquisitione Privilegiorum per viam erroris, & deceptionis.

SUMMARIUM.

1. *Quomodo intelligendum, per errorem acquiri Privilegia.*

2. *Er-*

1. *Error inducit ius.*
3. *Gesta per errorem valent, & 6.*
4. *Princeps dispensat, vel concurrit cum errantibus.*
5. *In Principe voluntas universalis.*
7. *Requisita ut error tribuat ius.*
8. *Notitia privata, non impedit publicam, licèt solùm putativam.*
9. *Vana opinio non sufficit ad iustum titulum.*
10. *Error qui versatur circa impedimentum iuris positivi, tribuit ius non si versatur circa imped. iuris naturalis, aut divini.*
11. *Vt error tribuat ius requiritur adesse simul titulum.*
12. *Gesta per intrusum nunquam validantur.*
13. *Error tribuit ius, & validat acta, solùm cùm agitur de utilitate publica.*

1 HIc paragraphus spectat ad duos præcedentes, & quasi pro complemento eorumdem hîc ponitur. Dicitur enim quis per errorem acquirere privilegium, seu jus aliquod, vel quando Princeps hoc illi concedit, cujus tamen est incapax, propter impedimentum occultum, quo laborat, vel quando incipit se ipso præscribere privilegium, vel jus, & illo uti, putans sibi competere, cùm tamen non competat. Postquam enim sic concesso, vel usurpato, usus est per tempus legitimum, tunc dicitur illud fecisse suum, & sibi præscripsisse erroremque ortum tali privilegio dedisse, est enim regula recepta, quòd error inducit jus, & tribuit ju-
2 risdictionem. *cap 1.3.q 7.l.1 Cod. de testam. & l barbacius ff. de off. præ.* Et quòd in consequentiam hujus erroris, & juris sic per
3 errorem, & deceptionem usurpati gestũ est, æque valet, & tenet, atq; si error non interessisset, quia Princeps, censetur quà talis, & voluntate universali, quam fictione juris ei DD. attribuunt, vel dispensare cum eo qui sic operatur, & omnes defectus supplere, vel concurrere cum ipso in omnibus quæ agit, & illa validare; Attento enim quòd homines possunt infinitis modis decipi, seu in communicanda, seu in exercenda jurisdictione, ideò DD. at- 5
tribuunt Supremis Principibus, illam voluntatẽ generalem, pro bono status publici, & ad vitanda plura ac gravissima incommoda quæ quotidie orirentur, si hæc quæ fiunt per errorem modo explicato vellent semper esse nulla & invalida, Gloss. *c.1.3.q.7.c. ad probandum de sent. & reiud & l.3.ff. de supel. leg.* Abb. *c.l. sciscitatus de resc.* Mascard. *concl. 648. de prob.* Nald. *v. confessio* Angel. *v. errore.* Heniriq. *lib.13.c 7.* A Castro *de leg pen. lib. 2.c.vet.* Palud. *in 4. d.17.q 6.a.2.* Suar. *de cens. d.2. sect.4.* Less. *de iust. lib.2 c.29. dub 8* & Joann. de Lugo *de iust. to.2.d.36. sect 3.* Et sic v.g. si Religiosus aliqua ratione probabili motus putat suo 6
ordini datum esse aliquod privilegium, valida sunt omnia, quę virtute illius agit, quamvis interim deceptus esset, & in veritate nunquam fuerit illud privilegium concessũ vel sit revocatum. Sic si Sacerdos excommunicatus approbatur ad audiendas confessiones in loco, in quo ignoratur ejus censura, validè absoluit. Sic Prælatus cujus electio est nulla, & invalida propter defectũ occultum, validè administrat, post confirmationem, *&c.*

Sunt tamen aliqua necessaria ad hoc 7
ut error hac ratione tribuat jus, & primò quidem ut ille sit communis, id est ita vulgaris, ut faciat rem probabilem, instar opinionis cõmunis, & consequenter oportet ut non sciatur à majori parte communitatis, sin autem error fuerit paucorum tantùm nullum jus tribuit. Addit Decius *cons. 407. nu. 2.* & Marlil. *in pra. §. aggredior. num. 32.* Errorem ejusmodi nullum jus tribuere respectu illorũ, qui ejus sunt conscii, nec acta favorem illorum validare, sed ego hanc restrictionem non admit- 8
to,

to, quia ubi notitia publica, etiam putativa validat actum, non potest impediri à notitia privata, quamvis aliàs certa, per proportionem ad doctrinam cõmunem, teneri judicem condemnare reum in judicio convictum, quamvis notitia privata sciat illum esse innocentem, ita Lugo *supra cit.* & Laym. *in theol. mor. lib. primo tr. 4. cap. 22. num. 9.* Requiritur secundò ad hoc ut error tribuat jus, ut fundamento aliquo probabili, seu apparenti nitatur, eo modo quo supra dictum est, sic nimirum ut creet opinionem probabilem, aliàs autem, non sufficeret, si in vana & stulta aliqua opinione fundaretur. Ita Cardin. *cons. 114.* & Feder. 137.

10 Tertiò ut error, seu deceptio verseretur circa impedimentum, seu defectum, qui sit juris positivi tantùm, Abb. *cap secundo de præscr. non bapt.* Et Nald. *supra cit.* Et sic v. g. si Sacerdos qui communiter putatur Parochus assistat Matrimonio, tenet Matrimonium, è contra verò, si is qui non est Sacerdos consecrat, nihil facit, etiamsi ab omnibus putetur esse Sacerdos, *&c.*

11 Quartò ut cum errore adsit aliquis titulus reddens rem probabilem sicut dixi superiùs, aut certè expressa delegatio Superioris, licèt fortè non fuisset delegaturus, si meliùs fuisset informatus. Et sic v.g. dixi superiùs validè absolvere hunc qui est approbatus in censura, quamvis aliàs non debuisset approbari. At secus est de illo qui sine approbatione & nullo probabili fundamento absolvit, licèt interim putetur ab omnibus approbatus, quia tunc dicitur propriè intrusus, acta
12 autem intrusi, nunquam in jure validantur. Ita Abb. *cap 2 de in int. rest.* Alex. *cons. 138. vol. 1. & 93. vol.* Tusch. *v error. concl. 330.* & plures alii apud ipsos.

13 Addit Tusch. requiri item ut concurrat utilitas publica, id est quòd tunc tantùm censetur error tribuere jus, cùm jus ita exigit bonum publicum, quòd aliàs impediretur, hoc non tolerato. Addit item requiri, ut error sit tantùm facti, non autem juris. Sed ego puto cum Laym. *supra citat.* non referre, sive sit facti, sive etiam juris, modò sit justus secundùm dicta in Superioribus.

Quibus observatis, & concurrentibus circumstantiis assignatis, error seu opinio communis ita facit jus, & jurisdictionem tribuit, ut licèt postmodum detegatur deceptio, nulla sit opus iteratione, aut confirmatione gestorum. Quin etiam sic tenet, & valent, ut nec rescindi possunt, aut revocari, ut docet Lap. *alleg. 89.*

§. IV.

De Acquisitione Privilegiorum per viam communicationis.

SUMMARIUM.

1. *Quid sit communicatio privilegii, & à quo facienda.*
2. *Vis cõmunicationis privilegii consistit in duobus.*
3. *Quando communicatur privil. censetur gratia ipsa communicatio, absque respectu admodum utentium.*
4. *In communicatione non conceditur plus, vel minùs, quàm in orginali habeatur.*
5. *Conceduntur etiam præscripta.*
6. *Inter regulares duplex communicatio.*
7. *Concessa uni provinciæ, extenduntur ad omnes alias.*
8. *Concessa uni Monasterio, extenduntur ad omnia alia.*
9. *Omnia privilegia communia omnibus, & 26.*
10. *Cassinensium privilegia quibus concessa.*
11. *Camald. privilegia quibus concessa.*
12. *Lateranensium quibus.*
13. *Societ. Jesu quibus.*

19. Men-

13 *Mendicantium quibus.*
14. *Congregatio Portugal. ſancti Benedicti quam communic. habeat.*
15. *Quam Fulienſes.*
16. *Quam Celeſtini, & 20.*
17. *Quam Capuccini.*
18. *Quam Auguſtiniani, & 20.*
19. *Quam Camaldulenſes.*
20 *Quam Congreg. ſancti Mauri.*
Quam Carthuſiani ibid.
Quam Trinitarii ibid.
Quam Cruciferi ibid.
Quam Hieronymitanii ibid.
Quam Clerici Miniſtr. Infirmis, ibidem.
Quam Canonici de Alga ibid.
Quam Servitæ ibid.
Quam Theatini ibid.
Quam Minores ibid.
Quam Carmelitæ ibid.
Quam Minimi ibid
21. *Communicatio extenditur ad concedenda.*
22. *Etiam ad illa, quæ ſpecialem requirunt mentionem.*
24. *Etiam illa quæ prohibentur communicari.*
25. *Singulares clauſulæ ſub quibus facta eſt communic. Ciſterc. in Italia.*
27. *Et Camaldulenſibus, & Congregat. ſancti Mauri.*
27. *Quomodo intelligenda communicatio.*
28. *Non habet locum, ubi agitur de damno tertii.*
30. *Neque in his quæ repugnant ſtatui.*
32. *Neque ubi ſequeretur abſurditas.*
34. *Neq; in his quæ non ſunt conceſſa intuitu Religionis.*
29. *Minimi an ſint exempti à ſolutione quartæ.*
31. *Mendicantes non poſſunt uti Pontificalibus.*
33 *Abbates non ſunt omnes æquales, & 39.*
36. *Vſus privil. pro partibus infid. lium, illicitus ubi Eccleſia floret.*
37. *Privilegia Dominicanorum ad quos extenſa.*
40. *Minorum ad quos ibidem.*
38. *Trinitariorum ad quos.*
39. *Minimorum ad quos.*

HAc via acquiruntur privilegia, quando hæc, quæ primitus uni conceſſa fuere, iterum alteri conceduntur. Et debet communicatio fieri non ab illo, cui ſunt conceſſa, ſed ab illo, qui conceſſit, quia communicatio non eſt aliud, quàm nova, & iterata conceſſio, ſeu conceſſionis extenſio, ad nova ſubjecta, quæ ſicut in ſua origine, ſic & in extenſione pendet à concedente. 1

Vis autem communicationis conſiſtit in hoc, quòd primò privilegium communicatum, ſit commune illi, cui fuit originariè conceſſum, & cui cōmunicatur, ut quantùm ad uſum poſſint ambo independenter unus ab altero illo gaudere. Ita quòd etiamſi fortè is cui fuit primò conceſſum, illud amittat, aut illi reſtringatur, is tamen cui fuit communicatum, poſſit illo uti, juxta originariam, & primariam conceſſionem, ſecundùm quam 3 emanavit à Principe. Nam (quod eſt ſecundùm in quo conſiſtit vis communicationis) quando communicatur aliquod privilegium (& aliud Princeps non declarat) cenſetur omnis, & tota gratia cōmunicata, in ſuo fonte, hoc eſt ſecundùm illum modum, & latitudinem, quàm reperitur habere ex ſua origine abſque reſpectu ad illum modum privatum, ſub quo illo fortè utitur, is cui primùm fuit conceſſum. Et ratio eſt, quia hoc communicatur quod præexiſtit, & actualiter conceſſum fuit, privilegium autem exiſtit in voluntate non utentium, ſed Principis, & conceſſum fuit non ſub modo ſpeciali ſub quo fortè aliqui illo utuntur, ſed juxta conceptum Principis. Ergo & communicatur ſecundùm illum eundem conceptum, ſecundùm quem originariè conceſſum fuit. Vide dicenda *c. 1. ubi de uſu privil. v. 8.*

Nihil tamen novi in communicatione indul-

indulgeat, neque plùs, neq; minùs, quàm primitus datũ fuit. Unde intelliges, quòd communicatio ſemper præſupponit, tanquàm jam exiſtens, id quòd communicatur, & hoc ipſum non communicari, niſi ſecundùm quod præexiſtit. Ex quo fit quòd ſi fortè privilegium erat reſtrictũ à Principe, antequam illud communicaret, nec cenſebitur etiam communicatum, niſi ſub illa reſtrictione, ſecus ſi poſt communicationem reſtringatur pro uno aut altero utentiũ, tunc enim is cui communicatum fuit, non tenebitur ſe conformare reſtrictioni, ſed poterit uti privilegio ſecundùm ſuam primariam conceſſionem, imò etiamſi reſtrictio facta ſit pro illo, cui originariè fuit conceſſum, & idem per proportionem dico, ſi privilegium tollatur, uni utentium.

5 An verò concedantur acquiſita per præſcriptionem, vel errorem (ſecundùm dicta in ſuperioribus paragraphis) in communicatione privilegiorum, poteſt in utramque partem diſputari. Poſſet enim non malè aliquis id negare, quia communicatio debet fieri à Principe, & Princeps non communicat niſi hæc, quæ conceſſit. Sed pars affirmativa longè mihi ſemper probabilior viſa eſt, & tenenda, privilegia enim præſcripta ſunt verè privilegia, communicatio autem eſt abſoluta & generaliter concedit privilegia, nec diſtinguit in modo quo ſunt acquiſita. Ergo complectitur præſcripta peræque ac conceſſa; deinde etiamſi præſcripta, non ſint conceſſa expreſsè à Principe, ſunt tamen conceſſa à jure, quòd approbat & permittit præſcriptionem: & conſequenter implicitè à Principe, à quo eſt omne jus, & qui omnia jura tenet in ſcrinio pectoris. Et cùm aliàs privilegia præſcripta ſint verè privilegia, & comnunicatio generalis, hæc ideò cenſeri debent per illam conceſſa.

Propius autem accedendo ad noſtrum 6
inſtitutum, quòd attinet ad communicationem privilegiorum inter regulares, hæc inſtar proceſſionum divinarum, poteſt intelligi fieri vel ad intra, vel ad extra. Et quidem ad intra, hoc ego primò invenio, quòd conceſſa uni Provinciæ extenduntur ad omnes alias ejuſdem ordinis, uti Anno 1505. die 15. April. pro minoribus ſancivit Jul. II. Bul. quæ incipit. *Exponi nobis fecit.*

Et ſecundò quòd conceſſa uni Mona- 8
ſterio, extenduntur ad omnia alia ejuſdem congregationis, provinciæ, vel ordinis. Quòd Eugen. IV. Anno 1434. die 23. Febr. conceſſit Caſſinenſ. B. quæ incipit. *Et ſi ex debito.* Et rurſus Alexand. VI. An. 1501. *ſext. Cal April.* B. quæ incipit *Inter cæteras.* Et tertiò Leo X. Anno 1519. die 2. April. B. quæ incipit. *dum ſacræ.* Ac rurſus Clem. VII. Anno. 1531. die 27. Novemb. B. quæ incipit. *Benignitas.*

Item & Congregationi Valliſoleti primò Eugen. IV. Anno 1446. 13. *Cal.* Jan. B. quæ incipit. *Sedis Apoſtolicæ.* Verùm ſub limitatione, & pro iis tantùm Monaſteriis, in quibus eſſent duodecim Monachi, ſed ſecundo loco ſine hac reſtrictione Nicolaus Francus cum Nomine Sixti IV. legatione fungeretur in Regnis Hiſpaniarum. Ac tertiò Ludovic. Tit. S. Marcelli Præsbiter Cardinalis cùm item in iiſdem Regnis legatione fungeretur Nomine Julii II. Et Quartò Leo X. An. 1515. die 1. Decemb. B. quæ incipit *Vacantium ſub Religionis obſervantia.* Tum V. Clem. VIII. An. 1582. die 30. Septemb. B. quæ incipit. *Romanus Pontifex.*

Item & Carthuſianis hoc conceſſit primò Pius II. Ac deinde Gregor. XI. voluit ſpecialiter, ut conceſſa Monaſt. majoris Carthuſiæ, extenderentur ad omnia alia per totum ordinem ut refert Chaſſaing.

Item

Item & Præmonſtratenſ. hoc idem conceſsit Clem. VIII. Anno 1582. die 30. Septemb. Bul. quæ incipit *Romanus Pontif.*

Ordini S. Hieronymi in Regnis Hiſp. Pius IV. ad inſtantiam Philippi II. Regis De quo in ejus compend.

Eremitis Auguſtin. Jul. II. Anno 1507. die 7. Jul. B. quæ incipit. *Dum fructus uberes.*

Ac demum Minimis idem Jul. II. eodem 1507. die 29. Mart. Bul. quæ incipit. *Alias venerabilem.* Quantum verò ad communicationem, quæ ſit ad extra; hæc ab initio fuit conceſſa, ſub multiplici diffe-
9 rentia, majori aut minori liberalitate Romanorum Pont. licèt per neceſſariam conſequentiam nunc ſit æqualis omnibus. Nam quibuſdam ordinibus, & Congregat. fuerunt interdum communicata privil. unius aut alterius ordinis tantum. Interdum plurium, ſimilium vel diſſimilium, aut certi generis. Ac demum aliis omnium licèt (ut dictum eſt) omnia ſint jam omnibus communia.

10 Et primò quod attinet ad privilegium Congregat. Caſſinenſ. hæc fuerunt communicata Baſilianis primò conceſſione Gregor. XIII. Anno 1577. die 25. Maij, ac deinde confirmatione Pauli V. ſub Anno 1606. & die 17. Mart. Item & Congreg. Valliſoleti ab Eugen. IV. Montis Oliveti à Pio II. paucis quibuſdam exceptis. Vallis Umbroſæ à Jul. II. Later. & Hoſpitali S. Spiritus de Urbe Roma à Sixto IV.

11 Privilegia Camaldulenſiũ conceſſa ſunt Monachis Congregat. Montis Virginis, benignitate Pauli V. ſub Anno 1611. & die 15. Maij.

12 Congregationis Lateranenſis, Theatinis à Clem. VII. Anno 1524. die 24. Jun. B. quæ incipit. *Expon: nobis* apud Bzov. *To. 19. annal.* Et ſub his clauſulis, ut ejuſmodi communicatio *complectatur cõceſſa & concedenda, & fiat mutatis ſolùm nominibus, invocatio-nibus & diebus; poſſintque Theatini uti ejuſmodi privilegiis perinde ac ſi ſingula per eorum tenorem, & de verbo ad verbũ expreſſionem, & inſertionẽ forent illis cõceſſa. Imo & illis, quæ ſpecialiter, & de verbo ad verbũ eſſent aliàs exprimẽda.*

Societ. Jeſu conceſſa ſunt Cruciferis à 13 Greg. XIV. B. quæ incipit. *Illius qui pro gregis.* Clericis Schola piæ ab Urbano VIII. Conſt. XV. apud Laert. *to. 4. Bullar.*

Fuêre ſecundò conceſſa aliquando uni 14 Ordini vel Cong. privilegia plurium aliorum licèt non omnium. Nam Cong. Portugal. Ordinis S. Bened. habet cõmunicationem privilegiorũ Cong. Caſſinenſis, primò à Jul. II. Ac iterũ à Sixto IV. de An. 1587. Sept. *Cal.* Decemb. Simulq; Congr. Valliſol. Ciſterc. & S. Hieronymi Hiſpaniarum, & ſub hac clauſula. *Etiamſi talia forent, quæ ſpecialem requirant mentionem.*

Item privil. Ord. Ciſterc. & omnium 15 Monachalium conceſſa ſunt Fulienſib. à Paul. V. Anno 1506. Id. Jul. Et Cæleſt. ab Urb. VIII. Anno 1624. die 14. Aug.

Item privilegia Camald. & Minorum 17 conceſſa ſunt Capuccinis à Clem. VIII. Anno 1529. 5. Nonas Jul.

Item Auguſt. Eremitæ habent commu- 18 nicationem privilegiorum omnium Ordinum, qui ſuis communicant, indulto Alex. VI. ſub Anno 1497. die 8. Mart.

Item privil. ordinum Mendicantium, 19 conceſſa ſunt Dominicanis à Leone X. Ann. 1518. die 21. Jun. B. quæ incipit. *Inter cætera.* Minoribus ab Alex. VI. Jul. II. & Leone X. An. 1514. die 16. Febr. B. quæ incipit *Affectu benevolentia* Profeſſoribus triũ regularum S. Franciſci duplici cõceſſione prædicti Leonis, quarum 1. emanavit An. 1517. die 27. Maij, & incipit. *Dudum Felicis* Altera, die ult. Aug. ejuſd. Anni, quæ incipit. *Ea quæ per ſedẽ.* Ordini S. Trinitatis à Greg. XIII Ann. 1575. die 18. Novemb. B. quæ incipit, *Regimini militantis.* Sylve-

strinis à Paulo V. Anno 1616 die 23. Nov. B. quæ incipit *Religiosorũ*. Fulienſ. à Sixto V. An. 1607. die 21. Nov. Bul. quæ incipit. *In ſupereminentia*. Societ. Jeſu à Pio V. An. 1571. die 7. Jul. Bul. quæ incipit. *Dum indefeſſæ*. Minimis à Jul. II. Sixto IV. & Pio V. Ac demum ſimul Congr. ſeu Ordinibus. Caſſin. Camald. Vallis umbr. Montis Oliveti Ciſterc. Cel. Præmonſt. Lat. S. Crucis Conimbric. S. Salvatoris Boron. Crucif. Militiæ Chriſti in Hiſpan. S. Hier. item de Hiſp. De Piſis & Feſulani, à Pio V. una & eadem B. quæ incipit. *Ex ſupernæ diſpoſitionis arbitrio* Sub Anno 1567. 17. *Cal.* Sept.

20 Demum 3. privil. omnium Ordinum, tam Mendicantium, quàm nõ mendicantium conceſſa ſunt Camaldulenſibus primò à Clem. VII. & Paulo III. Anno 1534. tertio Non. Nov. Ac ſecundò à Gregor. XIV. An. 1591. die 24. Sept. Cæleſtinis ab Urb. VIII. An. 1624. die 14. Aug. Congr. S. Mauri in Gallia ab eodẽ Urb. An. 1627. 12. *Cal.* Febr. Carthuſianis à Gregor. XV. An. 1623. die 3. Febr. Trinitariis à Greg. XIII. An. 1575. die 18. Nov. Et Urban. VIII. An. 1634. die 28. Mart. Cruciferis à Greg. XIV. An. 1591. die 12. Jun. Congregationi S. Hieronymi Feſulani ab Alex. VI. Anno 1496. die 30. April. Clericis Regularibus miniſtrantibus Infirmis à Cregor. XIV. an. 1591. diei Oct. Canonicis S. Georgii in Alga à Pio V. An. 1569. die 5. Dec. Servitis à Jul. III. An. 1551. die 10 April. Theatinis ab eodem Pio, & eodẽ Anno die 13. Febr. Minoribus de Obſervantia primò à Clem. VII. Anno 1527. die 30. Maii Ac deinde à Sixto V. An. 1587. die 3. Oct. Carmelitis à Clem. VII. An. 1530. die 12. Aug. Eremitis Auguſtin. à Leone X. An. 1513. die 10. Jun. Ac iterũ à Clem. VII. An. 1523. die 31. Oct. Minimis à Greg. XIII. Anno. 1575. die 10. Octob. Et Urban. VIII. Anno 1624. die 28. Jun.

Atque hæc quidem quoad materialem (ſi ita licet dicere) cõmunicationem privilegiorum inter regulares, Cæterum pro pleniori inſtructione placet adnotare quaſdam clauſulas ſub quibus ejuſmodi communicatio facta eſt nonnullis ordinibus, & congregationibus. Nam primò 21 hæc complectitur non tantùm conceſſa, ſed etiam concedenda, ut ſupra notavi Clem. VII. Sanxiſſe pro Theatinis quoad privilegia Lateranenſium. Quod item plures alii Pontifices Sanxere pro diverſis aliis ordinibus, & referre ſuperſedeo.

Secundò in eadem communicatione, 23 quam idem Clem. conceſſit Theatinis. Et Sixt. V. Congreg. Portug. Ord. S. Benedict. de qua item ſupra, voluit comprehendi omnia omnino privilegia, etiam illa quæ aliàs ſpecialem mentionem, & inſertionem exigunt.

Tertiò Greg. XIV fecit cõmunicatio- 23 nem Cong. S. Bernardi in Italia, ſub hac amplitudine, ut potiatur omnibus privilegiis Abbatis, & Monaſterii Ciſterc. Clareval. Pontiniac. Morimonten. omnium Congreg. Ciſterc. Benedictinorum. Ac quorumcunq; aliorũ ordinum, ſimilium, vel diſſimilium, ſub quibuſuis regulis militantium, in quibuſuis mundi partibus. Quomodocunq; cõceſſis. Aut ad cujuſuis inſtantiam. Et etiamſi talia ſint, quæ ſpecialem requirant mentionẽ, & inſertionem. B. quæ incipit *Romanus Pontifex* ſub dato Anno 1591. die 28 Jun.

Quartò Idem Greg. XIV Cong. S. Ber- 24 nardi in Hiſpania, conceſſit communicationem privilegiorum omniũ Ordinum ſub hac clauſula. *Non obſtantibus quibuſcunq;, in contrarium facientibus etiam communicationis prohibitivis*. Marcellin. à ſancto Benedicto *in comp. priv. fulien. v. ord. t. 5.*

Quintò Clemens VII. Et (cùm is mortepraeventus, non expediviſſet, & Bulla)

ejus

ejus ſucceſſor Paul. III. per B. quę incipit. *Rationi congruit.* expeditam pro Calmald. ſub dato Anno 1534 tertiò Nonas Nov. quæ habetur ad calcē conſtitutionum impreſſarum Romæ An. 1639. Et Urb. VIII. pro Congregat. S. Mauri in Gallia per B. quæ incipit. *In ſupereminenti* Sub dato An. 1627. 12. *Cal.* Februar. Et publicatam Pariſiis à Vicario Generali Illuſtriſ. Domini Archiepiſcopi An 1629 die 16. Maii Conceſſit dictis Cong. Camald. & S. Mauri cōmunicationem privilegiorū omnium Ordinum regularium etiam Militarium, Hoſpitalium, ac piorum locorum. Et ſub his clauſulis, ut nunquam revocētur nec cenſeantur comprehendi ſub ullis futurorum Pontificum revocationibus, aut derogatoriarum derogatariis. Quin imò cenſeantur ſemper in illis excipi. Et toties in priſtinum ſtatum reſtitui, redintegrari, ac de novo concedi, quoties contigerit, aliquam revocationem fieri.

26 Ex quibus omnibus ego infero, communia eſſe omnibus ordinibus privilegia omnia, adeò ut non modò antiqua, ſed etiam, dum aliquod de novo alicui conceditur ſeu ordini, ſeu etiam Monaſterio, ſtatim ad omnes alios Ordines aliavè Monaſteria derivetur. Imò etiamſi concedatur ſub clauſula ne alii communicent. Patet *ex dictis* & *ita tenent.* Eman Roder. *tomo primo qq. regul. 55. a. 17.* & *tomo 2. qu. 23. a. 5.* Hieronym. Rodriq. *reſolut. 106.* Portel. *in ſum. qq reg. v. communicatio privil.* Miranda *in man. tomo 2 qu. 46. a. 7.* Joan Cruz *in comp. privil. lib. 2. cap. 4.* Marchin. *de ſacr. ord. tract. 1. part. 7. cap 2. & 7.* Diana *tract. 2. dub. regul. reſolut. 81. & 112.* Tambur. *de iur. Abb. tomo primo d. 17. quæſt. 2. & d. 25. quæſt. 9.* Donat. *in prax regul. tomo primo tract. 7. q. 8.* Fit verò communicatio ejuſmodi inter ordines regulares hac lege, & ratione,

27 ut conceſſa uni cenſeantur conceſſa alteri. Quæ Generali Præſidenti, Privinciali, Abbati, Priori, Cōfeſſariis, Novitiis, Oblatis, *&c.* unius. Hæc omnia eadem intelligantur conceſſa Generali, Præſidenti, Provinciali, Abbati alterius. Quæ indulgentiæ ſunt conceſſæ pro Beatis unius, Hæ ſimiliter ſint conceſſæ pro Beatis alterius. Quæ gratiæ datæ pro famulis, ſyndicis, aut familiaribus unius, illæ itidem ſint propriæ famulis, ſyndicis, & familiaribus alterius. Et ita An. 1509. die 1 Jun. Sancivit Jul. II B. quæ incipit. *Chariſſimi in Chriſto.* Ac iterum declaravit Leo X per Oraculum, cujus inter alios meminere Caſarub. *v. communicatio §. 13.* & Roder. *to. 1. qq. regul. 55 art. 20.*

Fallit tamen hæc doctrina, & com- 28
municatio non habet locum primò in privilegiis, quæ ſunt contra jus tertii. Quia Princeps nunquam cenſetur velle derogare juri alieno ut pleniùs dicetur infra, ubi de intellectu privilegiorū. Unde quantamcunq; cōmunicationem concedat, non tamen cenſetur communicare privilegia quæ lædunt jus tertii Et ſic verbi gratia licèt Minimi habeant privilegia Dominicanorum non tamen propterea ſunt exempti à ſolutione quartæ Funera- 29
lis, ut Dominicani, quia hoc eſt contra jus Eccleſiarum Parochialium. Quidquid in contrarium dicat Tambur. *tomo 1 de iu. Abb. d. 15. qu. 17.* Nam etiam ipſe *ibi* agnoſcit, Rotam Romanam ſuper hac difficultate interdum variaſſe. Et inſuper extant duæ Cardinalium declarationes Quarum inter alios meminit Barb. *in tr. de of. & por. p. c. 25. nu. 9.* pro eadem parte negativa. Et per quas Minimi declarantur non eſſe exempti à prædicta quarta, non obſtante, quòd Dominicani illam non ſolvant, & ipſi gaudeant privilegiis Dominicanorum Idemque dico per proportionem de decimis, oblationibus & ſimilibus aliis.

Fallit secundò doctrina prædicta, & communicationi non est locus respectu illorum privilegiorum, quæ habent repugnantiam cum statu alicujus Ordinis, qui ideo censetur illorum incapax, quia Papa semper præsumitur sic suas gratias temperare, vel indulgere ut statum cujusque servet in suo esse illæsum, nam si non præsumitur velle lædere jus tertii, in communicatione ejusmodi privilegiorum multominùs certè jus & statum illius
31 cui hæc communicat. Et sic v. g. licèt Mendicantes habeant privilegia nõ mendicantium, non tamèn possunt celebrare divina Pontificaliter nõ Ordines conferre *&c.* quia hęc repugnant illorum statui.
32 Tertiò fallit quoad illa privilegia, ex quorum communicatione sequeretur absurditas rerum Ecclesiasticarum, & per ejusmodi privilegia, & communicationem concessam minor æstimatio, aut quorum communicatio repugnat ipsi rationi, & æquitati naturali. Et sic v. g. licèt aliqui Abbates Monasteriorum quorumdam
33 majorum, & magis celebrium, possint in diebus solemnibus portare cappam, & uti caudatario, erigere super suam Sedem umbellam *&c.* vix tamen puto id quisquam rationabiliter extẽdat ad quoscunque Abbates Monasteriorum tenuiorum, & obscuri nominis, quia videtur repugnare rationi, ut parva, & ignobilia æquiparentur magnis, & nobilibus. De-
34 mum fallit respectu eorum privilegiorum, quæ non sunt concessa intuitu & favore Religionis vel Ordinis, sed ob singularem aliquam prærogativam alicujus loci, Ecclesiæ, vel Monasterii, qua alia carent, vel ob necessitatem, quæ alibi tanta non reperitur. Et sic v. g. licèt aliqui Ab-
35 bates habeant Sedem fixam ad Altare propter jurisdictionem Episcopalem, & diœcesim, suo Monasterio annexam, non possunt alii carentes tali jurisdictione talem Sedem habere. Sic licèt in Indiis, & partibus infideliũ vel hæreticorum pos-36 sint simplices Sacerdotes & Regulares interdum confirmare, aut in impedimentis Matrimonii dispensare, non tamen in aliis partibus, ubi Ecclesia floret, *&c.*

Porrò multis modis ampliata est ex-37 tensa, concessa Regularibus privilegiorũ communicatio. Nam primò Sixt. IV. omnia privilegia, gratias, & indulta, concessa Dominicanis, & Minoribus, eorum syndicis procuratoribꝰ & oblatis eorundem Ordinum monialiũ tertiariarũ communicavit in Bulla aurea quæ incipit *Sacri Prædicatorum*, sub dato An. 1479. die 21. Jul.

Secundò Adria. 6. in Bulla Maris ma-38 gni Ord SS. Trinit. quę incipit *hodie à nobis* sub dato Anno 1222. prid. *Cal.* Sept. concedit ut omnibus ejusdem Ordinis privilegiis, gratiis, indultis, indulgẽtiis, exemptionibus *&c.* uti & frui possint, hi qui taxandam ab aliquo Provinciali ejusdem Ordinis, eleëmosinam dederint Aut in ejus Ecclesiis sepulturam elegerint, vel qui Scapulare Ordinis de manu alicujus Prælati susceperint, etiam absque ullius voti nuncupatione. Verùm quia indulgentiæ quæstuosæ, aut lucrum sapientes, fuere revocatæ (ut suo loco dicemus) ideo & privilegium quoad hanc partẽ cessat, nisi recurratur ad hęc, quę dicemus *sect. 4. d 7.*

Tertiò Refert. Cannart. *in sum. privil.* 39 *passar.* Et Calar. *v. communicatio §. 31. Et v. familiares 7* Jul. II. ea omnia supramemorata concessisse Minimis pro fundatricibus suis, famulis habitum Ordinis portantibus, aut in Ecclesiis suis sepulturam eligentibus. Sed in eorum mari magno non inveni nisi participationem bonorum operum. Tenor privilegii sic habet *Quodque dicti Ordinis Fundatores, & Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices Tutores,*

Tatores, & tutrices, utriusque sexus liberi. Nec non dicti ordinis conservatores, præsentes, & futuri. Omnium, & singularum missarum, jejuniorum, orationum, & sacrificiorum, ac quorumcunque aliorum bonorum in toto ejusmodi ordine Minimorum, de cætero faciendorum, & recitandorum, participes fore, & illis communicata sint, & esse debeant.

40 Demùm quarto Clem. VII. an. 1529. die 17. April. uni Syndico seu Procuratori, cujuslibet conventus trium regularum Ordinis Minorum. Ejusdem Syndici, seu procuratoris uxori, & liberis, communicavit omnes indulgentias, favores, & peccatorum remissiones, quibus ipsi Minores gaudent. Et insuper statuit, ut idem Syndicus, seu Procurator, non possit conveniri nisi coram judice conservatore conventus cui servit, pro quacunque causa, seu civili, seu criminali B. quæ incipit. *Dum consideramus.* Verùm ad hoc ut illustri hoc privilegio aliquis gaudeat, ego arbitror, illum debere servire gratis, aliàs autem si pro pretio, potest illi dici, recepisti mercedem tuam. Et ita videtur satis innui in præfatione Bullæ. Quantum verò ad posteriorem partem privilegii, & exemptionem, attendendum erit ad praxim, & satis dubito, an hæc illi locum dederit.

§. V.

De Acquisitione privilegiorum per viam Extensionis.

SUMMARIUM.

1. Hæc via fit ex tribus Capitibus, scilicet 1. dispositione Juris. 2. Significationis. 3 Connexionis materiæ, rei, causæ, personæ.

2. Ex 1. capite ad quas personas fiat extensio, num. 3. 4. 5. 6.

3. Ex 2. capite ad quas. & num. 8. usque ad 14.

15. ex 3. capite ad quas personas extenditur usque ad num. 20.

21. Exceptio horum, usque ad finem.

HAc via acquiruntur privilegia, ex tribus capitibus, nempe, aut propter dispositionem juris. Aut propter 1
vocis significationem. Aut propter materiæ, rei personæ, seu causæ connexionem. Propter dispositionem inquam juris. Puta in illis casibus, pro quibus ita in jure cavetur, ut v.g. in matrimonio cujus favore, extenduntur privilegia viri ad uxorem *l. 1. & l. feminæ ff. de senat. l. fin. C. de incol. lib. 10. & l. mulieres eod. de dignit lib. 12.* Sic ex ejusdem juris dispositione privilegia concessa nuptis, & nubentibus, extenduntur ad virgines, & Christo nubentes, ut notant Gloss & Bald. *l. imperialis C. de nupt.* Kornman. *in sibill. trigand. c. 57.* Et alii per *cap. cùm inter Canonicos. de elect. c. fin & penul de transl. & auth. nisi rogati C. ad trebell.* Unde bene inferunt. Aret. *c. in præsentia de prob.* Ferret. Felin & alii Canonistæ. *eod.* Cancer. 3. *p. var. resol. 11 num. 207.* & Sanch. *lib 1. de matrim dis. 33.* Quod legatum relictum puellæ si nubat, ei debetur, si monasterio pro servan- 4
da virginitate ingrediatur. Sic ex ejusdē juris dispositione privilegium fori, quo gaudent Clerici, extenditur ad ipsorum familiam, & domesticos. *can. clericum. 1.* 5
qu. 1. cap. eos. dis. 22. & c judicatum. dis. 89. Quod licèt de solis domesticis perpetuis, & perpetuo Ecclesiæ servitio addictis intelligat Archid. *cit. can. Clericum.* Panor. & Aretin. *cap. 2. de foro comp.* Socin. tamen *ib. d.* ait dispositionem habere locum etiam in non perpetuis familiaribus, si modò per annum serviunt, aut per aliquod tempus simile, & non sint dictim conducti. Quod est indubitatum saltem pro domesticis Episcoporum, per *cap. si ex ira, & cap fin. de offic. arch.* uti & docent Imol. & Felin. *cap. 2. de for. comp.* Abb. & Joan.

& Joan. Andr. *eod. cap. cum non ab homine. de judic.* Host. *eod.* Et alii plures quos citat & sequitur Joan. Ant. de Nigris *in extravag unic. de vit & hon. Cler. n. 89.* Quin
6 etiam nonnulli volunt hanc dispositionem habere locum nedum in domesticis Clericorum, sed etiam Laicorum, & eorum privilegia pari ratione extendi ad ipsorum famulos per *c. ad liberandum. de Judæ.* In quibus omnibus tamen attendenda erit praxis singul rum locorum legitima.

Acquiruntur secundò privilegia per extensionem, propter significationem vo-
7 cis, quando scilicet hæc quæ inveniuntur concessa sub certo nomine expresso, trahuntur ad omnes personas, quæ aliquo modo, & analogicè comprehenduntur sub tali nomine, seu vi, & significatione ipsa vocis, seu ex communi usu loquendi, seu etiam ex dispositione juris. Et sic *v. g.* notabam superiùs, quòd privilegia
8 maritarum extenduntur ad virgines, & in Domino nubentes, quia nimirum nomine matrimonii æquo jure intelligitur spirituale ac carnale, ut inter alios docet
9 Natta *cap. quamvis de pact. in 6. nu. 193.* Sic privilegia concessa filiis extenduntur ad nepotes, secundùm Anchar. *cap. 1. de*
10 *const. num. 422.* Militum, ad Clericos, & Doctores. Clericorum ad Regulares. Regularium ad ipsorum Novi-
11 tios, & Oblatos. Ac Regularium virorum ad eorum moniales, ut specialiter
12 pro Cistercien sibus decrevit Vrban. IV. Pro Cassia Paul. IV. Pro Augustin. Leo X. Pro Minoribus Sixt. IV. Bonifac. VIII. Jul. II. & Leo X. Et pro Carmelitis Gregor XV. Ut vice versa Leo X. extendit privilegia Clarissarum ad suos Minoritas. Sic Clem. VII. extendit privilegia
13 concessa uni ordini Sancti Augustin. & Sancti Francisci ad duos alios ut sic Professores primę, secundæ, & tertiæ Regulę cujusque Ordinis, iisdem privilegiis cõmuniter gaudeant. Quin etiam eorumdẽ Oblati indulto Eugen. IV. & Sixti IV. pro
14 Carmel. & August. Imò & illæ Tertiariæ, quæ vitam cœlibem voverunt, etiamsi habitent in propriis domibus, & non sub clausura, concessione Leon. X. facta Minoribus. Quorum omnium (præter voluntatem, & beneplacitum Summorum Pontificum, qui illa concesserunt) ratio est, quia illæ omnes personæ comprehenduntur sub nomine regularium, seu fratrum, quamvis aliquæ magis propriæ, aliæ minùs.

Sed & tertiò acquiruntur privilegia
15 per viam extensionis propter connexionem, (ut dictum est) materiæ, causæ, rei, vel personæ. Quod contingit, quando persona non posset uti suo jure & privilegio (saltem commodè) nisi facta illius extensione ad aliquas alias, quibus tamen non fuit concessum. Et ita admittunt Niconit. *cap. quoniam. de prob. num. 646. & seq.* Panor. *c. quam sit de judæ.* Jas. *l. scrimarios. Cod. de mil. test.* Barth. *in tract. repræsal q. 6. Septimæ q. principalis.* Angel. *v privil. num. 7.* Sylvest. *eod. v. num 6.* & communiter alii. Quia non est inconveniens, ut quis ex persona alterius consequatur, quod non habet ex sua, ut notat Gloss. *c. ex litteris. de jur. patr. cap. quærela de sim. leg. Aristot ff. quæ res pign. oblig. possit l. quædam. cod. de acquir. rer. dom. l. in modicis eod. de contr. empt. & l. si is qui duos eod. de lib leg.* Et sic v. g. privilegium ingregiendi monasterium cõcessum reginæ, vel fundatrici, extenditur ad
16 ejus Ephebos, Puellas, & totum Gynicæũ sine quo non solet aut decet esse. Sic cum Domino habente privilegium, interessendi divinis tempore interdicti, admittuntur & famuli. Sic privilegium hospitalis extenditur ad eius ministros. Principalis

palis seu principaliter obligati ad fidejussorem, ut monet Carot. *cap. cum quid de reg. iur. in 6. qu. 4. nu. 7.* Antecedentis ad suum consequens. Et rei principalis ad suum adjunctum, vel accessorium, ut docet Abb. *cap 1. locati* Et Oldrad. *cons. 11.*
20. Fallit tamen, & locum non habet hæc doctrina in duobus casibus, nempe primo quando agitur de damno tertii, quod ex tali extensione resultaret, tunc enim privilegium non extenditur sed coarctatur, ad vitandum illud damnũ. Et sic *v.g.* notat Panor. *c. ex ore de privil.* Quòd quãdo eximitur monasterium non potest tamen exemptio extendi ad membra talis monasterii propter præjudicium jurisdictionis
21 Episcopi. Fallit secundò hæc doctrina respectu futurorum & posthumorũ, quia privilegium rei principalis non extenditur ad illa quæ post concessionem privilegii tali rei accesserunt, sed ad illa solùm, quæ tempore concessionis comprobantur fuisse adjuncta. Et sic *v.g.* Host. Panor.
22 Joan. Andre. & Alii *in c. cum capella. de privil.* dicunt, quòd privilegium concessum monasterio, & ejus capellis, seu Ecclesiis, intelligitur de præsentibus tempore con-
23 cessionis, non de ædificatis, seu quovis modo posteà acquisitis. Sic *in c nuper Abbates. de decim.* statuitur, quòd privilegium
24 percipiendi decimas, non extenditur ad novalia. Sic denique privilegium concessum Principi, nominandi ad beneficia, intelligi debet de existentibus, intra limites regni, prout circumscribebatur, tempore factæ concessionis, non de fundatis postea, vel existentibus in aliis Provinciis, quas postea seu jure belli, seu successione, donatione, aut quovis alio titu-
25 lo acquisivit, & suæ coronæ univit. *argum. l. fina. ff. de aur. & argum. l.* Ubi dicitur, quòd si testator legat vestem, vel argentum suum, id solum venit quod aderat, tempore facti testamenti. Et *l. cum ratio de eod. de bon. damnat.* Ubi bona ac- 26
quisita post confiscationem bonorum non addicuntur fisco. vide etiam ad hoc *l si mandavero. ff. mand.* &c.

§. VI.

De Acquisitione Privilegiorum per viam Relationis.

SUMMARIUM.

1. Privilegia possunt in allegantem retorqueri, & quo jure & 2.
3. In præscriptione habet locum retorquutio.
4. In actore & reo de quo exempla 5. & 6.
7. Retorquutio non habet locum respectu causæ piæ.
8. Neg. in privil. insertis corpori iuris.
9. Neg. in concessis motu proprio.

HAnc viam agnoscunt, & pro re- 1
gula tradunt Burg. *in rubr. de rescr n. 39.* Nicolit. *c. quoniam de prob. p. 2. num. 633. & seq.* Jas. *auth. quas actiones. C. de sacros. Eccl. quæst 2.* Barth. & Fulgos. *eod.* & communiter alii in *l. 3. ff. quod quis iur.* Ea autem utimur, quando privilegium quod quis contra nos allegat, nobis simul ven- 2
dicamus, & contra illum vicaria relatione retorquemus. Quod licitũ faciunt DD. ad servandam æquitatem naturalem, quæ sanè videtur exigere, ut dum quis habet privilegium ad aliquid faciendum, vel ne alius aliquid ipsi inferat, etiam ipse prohibeatur hoc inferre alteri, de quo plura exempla congerunt supra cit. DD. *locis cit.* ut Ecclesiæ Non ante lanæ, quæ quia ha- 3
bet privilegium, ne quis cõtra illam præscribat minori spacio quàm 100. annorum, etiam potest per retorquutionem privilegii, prohiberi præscribere minori termino contra privatum. Sic quia actor & reus sunt correlata, qui in omni materia æqui-

æquiparantur per modum regulæ. *c in judiciis de reg.jur.in 6. l. non debet ff.eod. & l.fin. C de fruct. & ex.lit.* Ideo nihil debet licere actori, quod reo non permittatur, ut docet Gomez *c.1.de iudic.in 6.n. 24.* Unde *v. g.* si causæ detur privilegium ne appelletur, etiam & appellatio prohiberi debebit in reconventione, secundùm Gloss. *clem. sæpe de verb. sign.* Ancar. *c.1.de const.* Bald. *c. à nobis. de excep* Socin. *in rubr. ff. de acquir. poss.*
6 & Jas. *l qui cõdemnare. eod de re iud.* Sic si actor producit instrumenta minùs authentica, & hæc admittantur, potest reus iisdem uti contra ipsum & similia producere, quæ similiter erunt admittenda secundùm Bald. *l. si quis testibus. C. de test.* & Jas. *l. 1 ff de edend. Et sic de pluribus aliis.*

7 Et licèt Bald. Castrens. & nõnulli alii in *auth. quas actiones C. de sacros. Eccl.* hanc doctrinam non admittant, possunt tamen conciliari cum supra relatis auctoribus per sequentes exceptiones & fallentias, quas ego addo eorum doctrinæ, fallit enim primò respectu Dei, seu causæ piæ, quia privilegia cõcessa in favorem ipsius, nõ sunt retorquibilia, ut etiam concedit Burg. *loco supr. cit. n. 41* Vbi hanc fallentiam appellat valde notabilem, & ait cõtinere singularem limitationem *l 3. cit. quod quis*
8 *iur.* Sed & fallit secundò doctrina in initio tradita, respectu privilegiorum quæ sunt inserta corpori juris, uti Burgos. *loco cit* & Batth. *auth cit. quas action* agnoscunt, Et ratio est, quia illa privilegia reputantur concessa motu proprio, hæc autem
9 nõ sunt retorquibilia. *l penul. C. de sent. & int. om. iud. Et auth. eod.* Vnde & tertiam fallentiam possumus addere pro prædictis privilegiis concessis motu proprio. Qualia sunt omnia regularium, aut saltem major eorum pars, atque ideo irretorquibilia dici debent.

CAPVT IV.

De Confirmatione Privilegiorum.

SUMMARIUM.

1. Confirmatio dicitur duobus modis, & 2.
3. Ex Confirmatione privilegii, arguitur cõcessio.
4. Ad probandum privilegium, an sufficiat exhibere confirmationem.
5. Confirmatio sit duobus modis, & quæ inter hos diversitas 6. & 7.
8. Motus proprius non operatur, ubi defectus contingit in his quæ sunt iuris naturalis.
9. Omnia regul. privilegia sunt confirmata motu proprio.
10. Et sub aliis clausulis efficacioribus.
11. Etiam illa quæ specialem expressionem requirunt.
12. Omnia privil. regul. revixerunt virtute confirmationis.
13. Vt privilegium dicatur esse in usu, quid requiritur.
14. Non est credibile, usum cuiusquam esse universaliter intermissum in omnibus ordinibus.
15. Privilegia contraria cuicunque concilio, adhuc valent.
16. Quomodo Trident. & quo casu, illa irritet.
17. Quomodo, & qui Canones.
18. Scriptura non est de substantia actus.
19. Privil. per oraculum concessa sunt æquè bona, ac concessa per bullam.
20. Oracula omnia sunt confirmata.
21. Et habent naturam constitutionum.

Confirmatio est juris prius habiti corroboratio. *c. inter dilectos. de fid. inst.* Et
1 hoc propriè contingit, quando superior approbat factum inferioris, præbendo illi suam auctoritatem, & faciendo ut subsistat. Verùm in præsenti ego nõ sumo nomen confirmationis in tam stricta significatione, sed prout denotat quandam innovationem ejus quod iam legitimè factum

ctum est. Nam quando Princeps confirmat factum sui Antecessoris, non est propriè confirmatio, cùm non sit ei superior, sed potiùs innovatio, & nova concessio ejus, quòd priùs ille concesserat, ut bene discurrunt Panor. *c. 1. de locat.* Hostien. *eod.* Angel. & Sylv. *v. confirmatio.*

3 Et est proprium omni confirmationi, ut arguat concessionem illius quod confirmatur, ut notant Glossa *c. 2 de transf.* & alii DD. quos sequitur Decius *cons. 262 volum 2.* Verùm, si de ipsa concessione originaria motum fuerit dubium, non satis erit exhibere confirmationem, sed ipsa originalis concessio erit exhibenda, secundùm Specul. *in rubric. de instr. ed. §. 11. lib. 2. per authentic. si quis in aliquo. Cod. de eden. cap. 1. de fid. instr. & de conf. util. & cap. cum dilecta eod.* Sed Odofred. putat non esse necesse per alia jura, quæ *ibi* allegat.

5 Solet verò confirmatio expediri aut in forma communi, aut sub clausulis, motu proprio. Ex certa scientia, & aliis efficacioribus. Circa quas formas nō parum discriminis notāt DD. Quia si primo modo expedita fuerit, solùm jus antiquum con-
6 servat, & id præcisè quod jam concessum erat, illúdq; relinquit in statu in quo est, quando datur confirmatio absq; ulla mutatione Gloss. *c. 1. de conf. util. cap. quia diversitatem de concess. preb. cap. ex parte, & cap. quia intentionis de privil.* Panormit. *eod.* Angel. Sylv. & alii communiter. Unde talis cōfirmatio non modò nihil addit privilegio, seu actui confirmato, sed etiam si fuit
7 invalidus, & invalida erit confirmatio, neque actus, aut privilegii usum reddet licitum.

7 At verò si confirmatio facta est secundo modo, & fortè invalidum erat privilegium propter aliquem defectum juris positivi, aut si fortè erat revocatum, aut antiquatum, validatur virtute talis confirmationis, revivíscit, usúsque illius incepisse de novo dicitur, aliàs enim nihil operarentur illæ clausulæ, quòd maximè abhorrent jura. Ita Panormit. *cap. cùm propter de caus. prop. & poss.* Deligna. *eod.* Angel. & Sylv. *v. confirmatio.* Tambur. *tomo 1. de iur. Abb. d. 18. qu. 4. & 5.* & nonnulli Canonistæ alii per *cap. 1. de concess. præb.*

Dico autem *propter defectum iuris positivi*, nam si aliquod privilegium, aliquísve actus esset nullus propter defectum juris naturalis, non validaretur per ullam con- 8
firmationem, sub quibusvis terminis cōceptam, & similiter si defectus teneret se ex parte substantialium. Quia à primordio tituli formatur eventus posterior *l. 1. Codice de impon. lucr. descr. lib. 10.* Ita Innocent. *cap. inter dilectos de fid. instr.* Panor. & Felin. *eod.* Marsil. *cap. at si Clerici de iudic.* Oldrad. *consil. 164.* & communiter omnes.

Atque his sic in communi præmissis 9
quod attinet ad privilegia regularium. Ea omnia fuêre confirmata, & de novo concessa, sub prædictis clausulis, motus proprii, & certæ scientiæ à Pio IV. anno 1561. Pio IV. anno 1567. Gregor. XIII. anno 157 5. & 78. Sixto V anno 1587. & 89. Clem. VIII. an. 1597. & 1609. Paulo V. anno 1620. & Vrbano V I I I. anno 1633. His additis, quatenus sunt in usu, & non adversantur Tridentino, vel Sacris Canonibus. Circa quas confirmationes, & clausulas placet addere sequentes notas.

Et primò quidem quod præter il- 10
las clausulas motus proprii, & certæ scientiæ sub quibus Summi Pontifices concessere Regularibus generales privilegiorum confirmationes, multas alias nonnulli eorum adhuc efficaciores addiderunt, & cum majori efficacia, in specialibus confirmationibus, quas fecerunt,

busdam ordinibus, seu congregationibus. Nam v. g. Pius V. anno 1567. Nono Cal. Jun. Pro Congreg. Vallisoletana confirmavit omnia privilegia, quo-
11 modolibet concessa. *Etiam si talia, & multa sint, quæ sub generali appellatione non veniunt, sed speciali expressione indigent.* Bul. quæ incipit: *Regimini.* & est 94. in Bullar. prædictæ Congregationis. Similiter Eugen. IV. pro Congreg. Cassin. Aliique Pontifices usi sunt terminis supra modum extraordinariis, & efficacibus in suis concessionibus, & confirmationibus, ut videbimus in diversis locis hujus libri. Ex quibus ego

12 Adverto secundò, quòd si tempore Pontificum supra nominatorum aliquod privilegium jacebat antiquatum, aut non erat in usu, cœpit revivíscere, & iterum valere virtute confirmationum. Et ita evidenter inferendum est ex doctrina Panormit. Lign. Tambur. Angel. & Sylv. imò & communi, quam supra retuli. Et expressè tenent Casar. *v. privilegia §. 15.* ubi testatur multos, & famosos Doctores Academ. Salmanticensis super hoc consultos, ita respondisse. Ita etiam Roder. *to. 1. qq. regul. 8. t 4.* qui scripsit sub Pōtificatu Pauli V. Confett. *in sum. Mar. mag. to. 1. cap. 4.* qui sub Clemente VIII. Mirand. *in man. tomo 2. qu. 42.* qui item sub Paulo V. Cellot. *lib. 5. de Regul. in Hier. iurisd. cap. 22.* qui sub finem Pontificatus Urbani VIII. & Chassaing. *tract. 1. cap. 2. prop 2.* qui sub finem Pontificatus Innocent. X. vide dicenda infra *c 6. §. 2. & 2.*

13 Circa illam clausulam: *quatenus sunt in usu.* Quod ut aliquod privilegium dicatur esse in usu, non est opus, esse in usu in omnibus Ordinibus, aut Ordinum Monasteriis, sed satis esse si in aliquo. Et cùm non sit credibile, aut saltem nō constet, usum alicuius fuisse in omnibus extinctum, ideo omnium usus est licitus, quia certi sumus de concessione, præsumptio autem stat pro perennitate, & vigore donec de contrario constet. Adde quod Jul. III. & post ipsum Paul. IV. ejusdem Julii intentioni serviens, confirmavit privilegia Casinensium, sine illa limitatione an. 1555. die 26. Maii Bul. quæ incipit: *Ratione congruit.* Et Urban. VIII. Mare magnum Dominicanorum. Bul. quæ incipit: *In plenitudinem.* expedita anno 1625. tertio Idus Maii. Et sic prædicta limitatio nihil officit privilegiis Regularium, aut eorum revalidationi, quantùm ad ea quæ fortè fuêre antiquata, sed ad illa poterunt Regulares redire virtute ejusmodi confirmationum.

Quartò quantùm ad illam aliam limitationem: *modo non sint contraria Tridentino.* Quod contraria cuicunq; alteri Concilio etiā Lateranensi, aut Viennensi revalidantur per hanc confirmationem, nam cùm excipiantur illa sola, quæ sunt contra Trident. relinquitur, ut contraria cuicunque alteri, maneant in suo robore. Et quia de Lateranensi major poterat esse difficultas, Gregorius XIII. confirmationem edidit, cum clausula: *non obstantia.* Const. Apostol. Et etiam prædicti Concil. Lateran. ut post Passar. Peyrin. & Cruz refert Tamburin. *tomo 1. der iur. Abb. q. 3. d. 18.* Quin etiam Leo X. reconcessit Dominicanis pro utroque foro privilegia in prædicto Concil. Lateran. illis revocata, teste Casar. *v communia privil. § 20.* & pro Casinensib. idem Leo X. expressè declaravit, eorum privilegia nō comprehendi sub revocationibus prædicti Concil. Bul. quæ incipit: *Dum Sacræ.* Ac similiter pro Canonic. Congreg. Lateran. Bul. quæ incipit: *decet Romanum Pontificem.* 16

Sed & quantùm ad ipsum Concil. Tridentin. neque officit privilegiis Regularium,

rium in prouinciis, in quibus non fuit receptum, quia illa exceptio appoſita in cõfirmationibus fuit, ad illius manutentionem, manuteneri autem non oportet, quod non exiſtit. Imò etiam ſi in aliqua Diœceſi, vel Monaſterio conetur Epiſcopus, aut Abbas introducere Tridentinũ, & ſe illius diſpoſitionibus conformare, nihil adhuc oberit prædicta limitatio, & clauſula privilegiis, quia privata voluntas particularis Prælati, non facit concilium eſſe receptum. Quòd ſi inveniatur alicubi receptum quoad aliquid, valebit quoad hoc limitatio, ſed non quoad alia.

17 Quintò circa illam aliam clauſulam: *aut ſacris Canonibus.* Quod debet limitari, & referri ad præcedentem, ita ſcil. quòd intelligatur non univerſaliter de omnibus Canonibus contentis in jure, ſed de contentis in Tridentin. Et adhuc non de omnibus in illo contentis. Sed de his ſolùm, in quibus additur clauſula: *non obſtante.* Aliis verò non obſtet, quin potiùs adhuc valeant, & cenſeantur confirmata. Ita Roder. *ſupra citatus a. 8.* Conſet. *in ſum. privil. cap. 3. & 4.* Paſſar. *in ſchol.* Celeſtin. Sneſs. *in Theol. mor. tr. 9. cap. 8.* & paſſim alii. Vide dicenda *ſect. 4 dub 7.*

18 Quia verò ſcriptura non eſt de ſubſtantia actus, aut conceſſionis *l. non figura ff. de act. & oblig. l. cum te C. de tranſact. l. cum res eod. de probat. l. inſtrumentis, & ſeq. eod. de fide. inſtr.* Bald. *l. fin. eod. ſi cert. pet.* Abb. *cap. in noſtra de reſcr.* Archid. *cap. licet de for. compet. & in proem. 6.* Et ibi Joan. Andr. Ideo & Oracula Sum. Pontificum ſunt æqualis virtutis, & efficaciæ, atque conſtitutiones ſcriptæ quantùm ad vim conceſſivam. (*a*) Quod Jul. II. favore Auguſtin. declaravit anno 1508. die 24. Septemb. B. quæ incipit. *Nihil eſt quod ſæpiùs.* Et favore Minorum Leo X teſte Caſar. *v. oracula & v. privilegia.* Et Roder. *in Bullar. tom. 1. in orac. eiuſd. Leonis.* Unde quando prænominati Summi Pontifices generaliter confirmaverunt privilegia Regulariũ, ſine dubio oracula ſimul cum aliis confirmaſſe cenſendi ſunt, Privilegium enim conceſſum per oraculum, æquè eſt privilegium atque conceſſum per conſtitutionem ſcriptam. Quin etiam in ſpecie omnia oracula Auguſt. fuerunt ipſis confirmata à Jul. II. per Bullam propriè dictam, quæ incipit: *Religionem.* 20 ſub dato anno 1508. die 30. Junii Minimorum, à Gregor. XIII anno 1575. die 10 Octob. B quæ incipit: *Regimini.* Sanctæ Trinitatis ab eod. Greg. & eod. año die 18. Novemb. B. quæ incipit eod. modo: *Regimini* Minorũ à Sixto V. an. 1587. die 3. Octob: B. quæ incipit: *Etſi mendicantium.* Et Congr. Valliſoletanæ primò ab Inoc. VIII. anno 1489. die 14. Calend. April- B. quæ incipit: *Inter curas.* In qua confirmat ſimiliter quævis conceſſa à Legatis Apoſtolicis eidem Congreg. ac ſecundò à Clemente VIII. an. 1592. B. quæ incipit: *Cùm inter alias.* quæ eſt 124. in Bullario ejuſdem Congreg. & in qua confirmat illi omnia ſua privilegia quomodolibet conceſſa. Ex quibus omnibus ego infero, quòd vitalium confirmationum, cepe- 21 runt Oracula valere uſque ad Clementem VIII. nõ iam ut oracula nuda, ſed ut conſtitutiones propriè dictæ. Et iam non eſſe vocanda oracula, ſed conſtitutiones, ſiquidem per conſtitutiones ſcriptas fuerunt innovata, & confirmata. Ita Peyrin. *tomo 3. in conſt. 18. Vrban VIII.* Auſon. *in ſum.* Diana *v. privilegium nu. 15.* & plures alii. Quod adnotaſſe operæ pretium erit propter dicenda *cap. 8. §. 2. a. 1* ubi de revocatione privilegiorum.

(*a*) Can. ſatisfactionibus. 7. 25. qu. 2.

CAPUT V.

De intellectu, & interpretatione Privilegiorum.

SUMMARIUM.

1. *Duo abhorrent iura in omni scriptura.*
2. *Interpretatio facienda in verbis, ad vitandam nullitatem.*
3. *Item ad vitandam eorundem verborum superfluitatem.*
4. *Interpretatio fit duobus modis.*
5. *Iuridica quam vim habeat.*
6. *Amplior ipso textu, potest rejici.*
7. *Item si verbis non quadrat.*
8. *Privata Doctorum, cuius sit virtutis.*
9. *Regulæ secundæ, in interpretando privilegio & seq.*
10. *Privileg. semper addit aliquid supra ius commune.*
11. *Odiosum semper restringitur.*
12. *Quid si est contrarium privato statuto, aut consuetudini.*
13. *Princeps, nunquam creditur velle derogare iuri tertii.*
14. *Secus, in quibusdam casibus.*
15. *Principis voluntas præsumitur talis, qualis debet esse.*
16. *Falsitas causæ impulsivæ, vitiat quodvis rescriptum.*
17. *Favorabile privilegium latè explicatur.*
18. *Privil. etiam favorab. non extenditur ad aliam personam.*
19. *Neque in præiudicium tertii, aut Reipub. 19. & 20.*
21. *Circumstantiæ attendendæ in interpretatione cuiusvis privil.*
22. *Privil. interpretandum, secundùm forum concedentis.*
23. *Et secundùm materiam propriam.*
24. *Privileg. concessum à principe temporali circa res Ecclesiasticas, quomodo interpretandum.*
25. *Regular. privilegia solus Papa potest interpretari.*
26. *Dominicanorum privilegia potest Generalis interpretari.*
27. *Cassinensium interpretanda non secundùm rigorem.*
28. *Privilegia non facilè astruenda.*

DUo sunt, quæ iura maximè refugiunt, & semper annituntur vitare 1
in omni actu, lege, privilegio, vel scriptura, nullitatem scilicet, & verborum superfluitatem, unde volunt ut semper fiat interpretatio, ad vitandam primò nul- 2
litatem, id est, quando actus privilegiū, lex, vel scriptura foret aliàs frustranea, & inutilis. Est enim generale in jure, Scripturam debere nos interpretari, ut potiùs valeat, quàm ut pereat. *c. Abbate, de verb. sig. c. licet. de privil. in 6. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. si quando. eod. de legat. primo.* Et ita docent Panor. *c. Abbate cit.* Gloss. *c. inter dilectos. de fid. instr. & l. quoties. ff. de verb. oblig.* Et communiter Canonistæ *c. dilecti de for. comp.* Quos sequitur Cruz. *in epit. privil. lib. 2. cap. 2. dub. 3.* Angel. *v. interpretatio 2.* & Sylv. *eod. v. 4. & 6.* Sed & secundò volunt jura fieri interpretationem, ut vitetur superfluitat, id est, quando aliàs, & non adhibita 3
interpretatione invenirentur in Scriptura verba, & clausulæ, quæ nihil operarentur, seu disponerent. *c. Abbate. & l. si quando. citatis.*

Et potest fieri interpretatio duobus 4
modis, puta, vel juridicè, & authoritativè, quod facit solus Princeps, quia ad illum pertinet legem interpretari, ad quem constituere *c. inter alia de sent. ex. l. in prætoriis. ff. de pret. stipul. & l. 1. ac fin. C. de legib.* Et tunc interpretatio est ejusdē auctoritatis, cujus ipsa scriptura legis aut privilegii, uti notāt Archid. & Dominic. *c. ignorātiam. d. 28* Felin. *in rubr. de reser.* & Roman *cons. 260.* Sed nihil novi operatur, nec cōcedit. *l. adeo ff. de acquir. rer. dom.*

Etiam

Etiam sub quibuscunque verbis concepta, quia tales interpretationes dicuntur potiùs declarationes, & explicationes, qui autem declarat, nihil dat, aut ponit, sed datum significat, aut factum demonstrat *l. sed & si quæratur ff. si servit. vindic. l. heredes palam à de testam.* Panor. *c. quoniam fin. de const.* & Gloss. *c. per tuas de donat. Et in clem. exivi. de verb. signif.* Imò si fieret declaratio amplior. Et in qua declararentur aliqua, quæ non essent in scriptura hæc
6 posset reiici, nec tolleret jus priùs quæsitum, quia jam non diceretur interpretatio, sed jus novum, & nova constitutio, ut bene inter alios advertit Rebuff. *in pra. ben. p. 1. tit. de nõ toll. ius. tert. Gloss 5* Quia qui addit, jus novum efficit. *l ius. autẽ ff. de iust.*
7 *& iur* Idemque dico de interpretatione, quæ verbis non quadraret. In ejusmodi enim casibus præsumitur Princeps deceptus, & omnia per subreptionem ab ipso obtenta, ut post Felin. & Calder. subdit. Rebuff. *loco cit.*

8 Sed est aliud genus interpretationis, de quo solùm hîc loquimur, quando nimirum, seu à privato aliquo doctore, seu etiam à pluribus, sed privata auctoritate, scriptura aliqua explicatur, tradendo sensum verborum, & mentem Principis, per eorumdem verborum explicationem, extensionem, vel restrictionem, & talis interpretatio nõ habet aliam vim, quàm opinionis probabilis. Ad quod ego subiitio sequentes regulas pro privilegiis.

9 Prima est, quòd interpretatio cujuscunque privilegii, sic debet semper fieri, ut
10 scriptura addat aliquid supra jus cõmune Patet ex dictis *ubi quid privil.* Et ita docet Crot. *c. super eo de usur.* & Rebuff. *in pra. ben. tit. de pap. provis. per c. fin. 25. quæst. 1.*

11 Secunda, quando privilegium est odiosum, debet intelligi, & interpretari strictè, ut quàm minùs potest fieri derogat juri communi aut tertii *c. fin. de transs. c. quod dilectio de consang. l. cum quidam ff. de lib. & posth.* Joann. Andr. *c. olim de ver. sign.* Barth. & Castr. *l. fin ff. de const.* Cruz. *in epit. privil. l. 2. c. 2. dub. 3.* Conrad. Lancel. *in temp. om. iud. lib. 1. c. 1 §. 4.* Angel & Sylv. *v. interpretatio.* Quibus consentit Decius *in c. ordinem de resc.* 12 Si privilegium fuerit contra jus commune, secus si contra statutum tantùm, vel consuetudinem particularem, quia tunc etiam vult esse latè interpretandum. Quòd tamen Rebuff. *in pra tit. de provis. pap nu. 10.* non admittit, sed ait ea omnia esse strictè interpretanda, quæ inveniuntur esse contra statuta, licèt particularia.

Conciliando tamen utramque opinionem per doctrinam Panorm. *in c. olim cit.* Puto ego, quòd dum invenitur aliquod privilegium contrarium statuto, seu consuetudinj particulari, sed conforme juri communi, tunc erit latè interpretandum, & dandus locus opinioni Decii. Sed si simpliciter adversatur consuetudini, seu statuto, & nec reducit ad jus commune, nec ad illud inclinat tunc audiendus erit Rebuff. & secundùm ejus mentem strictè erit interpretandum.

Ratio autem regulæ positæ est, quia 13
Princeps non præsumitur unquam velle derogare juri tertii, ita quòd quidquid concedit, intelligi semper debeat concessum illo salvo. Ita Panor. *c. cum ad hoc de cler. non resid. & cap. suggestum. de dec.* Ubi 14
D D. Quia Principis voluntas semper præsumitur esse talis, qualis debet esse de jure, quod exigit & dictat, ne alii fiat læsio. Ita Bald. *c. licet in corrigendis de off. ord. &* 15
l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Unde si Princeps quidpiam concederet alicui, in alteriùs detrimentum, necesse esset in tenore concessionis exprimere læsionem, si esset enormis, secundùm Panor. *c. cum*

ad

ad hoc de cler. non resid. Angel. *v. privilegium.* Sylv. *eod. v.* Cruz *in epit. privileg. lib. 2. c. 2. dub. 3* Et Barbos. *in tractat. de off & pot. Par. c. 25. n. 8.* Et addere clausulam motûs proprii, ac certæ scientiæ secundùm Bald. *c. licet causam de prob.* Sin autem reputabuntur omnia obtenta per subreptionem & non fuisse menti Principis illa concedere *l. 1. C. de fund. limitr. & l. 1. eod. de pet. bon.* Verùm si Princeps sciret, non posse verificari gratiam nisi cum præjudicio juris alieni, & nihilominùs illam concederet, censeretur per necessarium antecedens, velle illi præjudicare. Ita Decius *cons. 113.* Consalv. *ad reg. 8. cancel. Gloss 36.* Cassador. *decis. 35. de privil* Ferentill. *in addit. ad decis. burati 577.* & Tambur. *to. 1. de jur. Abb. d. 15. qu. 4. fol. 141.* Ubi plures pro hoc Rotæ decisiones allegat in diversis materiis, pensionis, dotis, decimarum, usus fructus, & beneficiorum, sed hæc scientia erit verificanda in Principe, & simul qualitatis læsionis quam per privilegium suum infert alteri. Quòd si fortè ille in concessione exciperet unum casum, respectu cujus diceret se non velle derogare juri alieno, censeretur habuisse voluntatem derogandi in omnibus aliis, & privilegio locus esset respectu omnium aliorum, quia exceptio firmat regulam. Ita Dec. *l. 1 ff. de reg. iur.* Alexand. *cons. 216. vol. 2* & communiter alii.

Addit Angel. *v. privilegium* causam etiam esse exprimendam, simul & verificandam in ejusmodi læsivis, & hoc cum tanto rigore, ut similiter veniant de subreptione notanda, si vel causa impulsiva
16 inveniatur falsa. Nam falsitas hujus causæ sufficit ad vitandas litteras beneficiales *c. postulasti de rescr.* Ubi Abb. & Felin. Quæ autem falsitas vel subreptio sufficit ad vitiandas litteras beneficiales, ea etiam videtur sufficere ad vitianda privilegia secundùm eundem Abb. *c. ad audientiam eod. & c. quod super de fid. instr.* Et ita tenet Casar. *v. interdictum 1.* & Angel. *v privilegium & v. rescriptum* vide dicta supra *cap 3. §. 4. verb. fallit* tamen. Et infra dicenda *c 8. §. 2. art. 3.*

Tertia Regula pro intelligendis & ex-17 plicandis privilegiis est quod quando aliquod invenitur simpliciter favorabile, interpretandum est largissimè, quantum fieri potest, in favorem utentis *c. cum dilectus de donat. l. beneficia ff. de cõst.* Et *ibi* Barth. Panor. *c. quia circa de privil. & c. olim de verb. sign.* Joa. Andr. & Butr. *eod* Angel. & Sylv. *v. privilegium* Cruz & Lancell. *supra citat.* Et hoc quantùm patitur qualitas personæ, & verborum potestas ut voluntBurg. *c. cum accessissent de const.* Butr. *c. maioribus de præben.* Imol. *eod* & Panor. *c quanto de censib.* Sed tamen non potest extendi ad aliam 18 personam, etiam militante eâdem ratione *c hinc est 16. quæst. 1.* Gloss. *c. 1. 25. quæst. 2.* Gomez *c statutum de rescr.* Roch. *in rubr. de iur. pat.* Et communiter DD. in *c sane de* 19 *privil.* Neque in præjudicium tertii, nisi sublius concedentis. Panor. Barth. Cruz & Sylv. *supra cit.* Et multò minùs Reipubli-20 cæ *L jubemus C. de Sacros Eccl.* Contra quam si rescriptum contineret aliquid, esset ipso iure nullum secundùm Bald. quem citat & sequitur Sylv. item citatus.

Quarta Regula. In interpretatione 21 privilegiorum, seu strictè, seu latè faciendæ, attendendæ sunt præcipuè sequentes circumstantiæ ut secundùm ipsas interpretationem moderemur. Et primò quidem attendendum erit tempus, seu in quo privilegium fuit concessum, seu in quo illud ad usum debet adduci Burg *c. cum accessissent de const.* Secundò causa, seu motiva seu impulsiva, tacita vel expressa. Idem *ibid.* Tertiò qualitas seu conditio personę, cui privilegium loquitur, vel

quæ

quæ illud conceſſit, Gloſſ. *c. deinde d. 16.* Bald. & Barth. *l. ex militari ff. de mil. teſt.* Angel. & Sylv. *v. interpretatio & v. privilegium.* Quartò. Attendere debemus ad materiam ſubjectam *l. ſi uno Anno ff Locat.* Et Cruz *dub. 3. citat.* Quintò ad obſervantiam ſubſecutam. Socin. *conſ. 111. vol. 1.* Corneus *conſ. 193. vol. 2.* & Barboſ. *in praxi exig. penſ. quæſt. 6. num. 51.* Sextò ad proemium ſcripturæ Bald. *l. fin. ff. de hæred. inſt.* Barth. *l. cum hi ff. de Tranſact.* Socin. Cruz & alii citati. Septimò ad communem uſum loquendi ſecundùm quem verba ſolent intelligi. Innocent. & Panor. *c. nonnulli de reſcr.* Octavò ad poſtulata. Jaſ. *l. 1. C. de div. reſcr.* Bald. *l. eam quam eod. de fidei com. & c. in et de fid. inſtr.* Alex. *conſ. 84. vol. 1.* Marant. *in ſpec. aur. p. 4. d. 9* Rebuff. *in pra. p. 2. tit. de forma ſignat ſimpl.* & Cruz *ſupra cit.* Quia concedens præſumitur ſe conformare intentioni ſeu menti ſupplicantis *c. inter dilectos de fid. inſ.* ubi Gloſſa. Nonò ad rationem naturalem, quæ ex ipſis verbis notari poteſt. Panor. *c. ſuggeſtum. & c. ſecundo requiris de apell.* Cign. & Bald. *l. non dubium C. de leg.* Angel. & Sylv. *v. interpretatio* de quo eſt caſus in *c. final. de tranſ. l. ex facto §. 2. ff. de vulg. & pupil. & l. ſire oportet eod. de excuſ. tut. §. ſufficit* Decimò ad conjecturas, & veriſimilitudines. Panor. *c. cit. ſecundo requiris* Bald. & Cign. *quos ibi* citat. Undecimò. Unum privilegium poteſt per aliud explicari, unus articulus per alium, ſequentia per præcedentia, aut contra *l. ſciendum ff. quis ſatisd. cog. & ib.* Gloſſ. Et *in auth. offeratur C. de Lit. cont.* Bald. *l. fin. eod. de hæred. inſt.* Et Barth. *l. ſervum ff. de per. hæred.* Demum Duodecimum poſſumus uti in ejuſmodi interpretationibus opinione communi ſecundùm dicenda in ſequentibus.

Sexta Regula. Quia in hoc Mundo duplici jure, ſeu poteſtate regimur, Eccleſiaſtica ſcilicet, & Civili. Et res omnes ſunt fori Civilis vel Eccleſiaſtici. Ideò & omne privilegium venit interpretandum conformiter ad forum concedendis, & ad ejus leges Bald. *l. ſi quando 1. C. de bon. vacant. lib. 10.* Barth. *eod.* Aufrer. *Clem. ut Clericorum de off. ordin.* Et quos *ibi* citat Imol. Laudun. Zenſel. & Bernard. Et ſimiliter quando privilegium verſatur circa materiam fori Eccleſiaſtici, utimur Canonibus ad illud explicandum, vel legibus, ſi verſatur circa materiam fori civilis. Panor. *c. canonum de conſt.* Imol. *c. 1. de prob.* Gloſſ. *l. 1. C. de ſum trin.* & Barth. *eod.* At ſi privilegium emanaret à Principe temporali circa materiam Eccleſiaſticam, vel contra, quid juris! R. hoc non poſſe contingere (ſaltem directè, & propriè loquendo,) Nam ut ſuo loco dictum eſt, non poteſt quis dare privilegium, niſi ſuper materia, ſuper quam poteſt legem ferre, Princeps autem temporalis non poteſt diſponere nec ferre leges ſuper rebus Eccleſiaſticis, & contra. Quòd ſi hoc contingeret, & Eccleſia acceptaret privilegium, arbitrarer tunc fore explicandum non ſecundùm leges, ſed ſecundùm Canones, quia per acceptationem fecit illud ſuum, & irrevocabile, & ideo de illo erit judicandum, ut de aliis juribus Eccleſiaſticis. Idemque dico per proportionem de jure conceſſo Laicis ab Eccleſia, pro ea quæ dicit Benedict. *in repet. c. Raynutius v. ſi abſque liberis p. 2. num. 40. & ſeq.* Cæterùm quod attinet ad privilegia Regularium Clem. VII. diſtrictè prohibuit quibuſvis Eccleſiarum Prælatis, ne ullo modo interpretentur privilegia Minorum, ſed hoc Sedi Apoſtolicæ reſervavit, ut refert Tambur. *tomo primo d. 15. quæſt. 6. de jur. Abbat.* Pro Dominicanis verò Provinciæ Hiſp. Innocent. VIII. ſancivit ut Generalis adjuncta ſibi perſonâ Eccleſiaſticâ,

22

23

24

25

26

siastica, cum duobus jurisperitis in simul possint sua privilegia interpretari, fratresque eorum interpretationi acquiescere. Roder. *tomo primo bull. in or. ac. eiusdem Innocent.* & Casar. *v. privilegia §. 5. & 13.* Ac demum pro Congregat. Cassinensi Eugen. IV Alexand VI. Jul. II. Leo X.
27 Clem. VII. & Paul. III. voluere, ut quid-quid dubii emerserit circa ejus privilegia, hoc secundùm bonam æquitatem, favore animarum, & Monasteriorum, non secundùm rigorem, aut apices juris explicetur. Margar. *in bull. cassin.* & Pancirol. *cons. 9. n. 7.* Et quia prædicti Pontifices non exprimunt à quo, aut quibus debeat fieri hæc explicatio. Relinquitur ut quisque Monachus prædictæ Congreg. in contingentia casus, possit sic favorabiliter sua privilegia interpretari. Quin etiam, seclusis prædictis constitutionibus id cuique licitum facit Barth. *l. in his ff. de cond. & dem.*
28 Pro coronide verò hujus capitis ego hoc monuero, quòd licèt possimus uti epicheja, & regulis supra relatis, in explicandis privilegiis, non tamen illis adstruendis, aut negandis. Quando enim non constat de reali alicujus concessione, secundùm dicta superioribus, non possumus illo uti, sicut nec abstinere tenemur, si similiter non constat de reali extinctione.

CAPUT VI.

De quibusdam clausulis, sub quibus solent Privilegia concedi vel confirmari.

SUMMARIUM.

1 *In privilegiis habetur ratio clausularum.*
2 *Clausula insueta reddit scripturam suspectam.*
3 *Qui talem allegat, & non probat, punitur de falso.*
4 *Ad quid referenda clausula, si plura puncta sunt in scriptura.*
5 *Ad quid, si uni articulo ex pluribus adiungitur.*
6 *Ad quid, si singuli articuli habent proprias.*
7 *Quando potest referri ad omnes articulos.*
8 *Ad quid referenda, si est in principio scripturæ.*
9 *Ad quid, si in medio.*
10 *Ad quid, si in fine.*

UT in cæteris scripturis & instrumentis, sic vel maximè in privilegiis habetur ratio clausularum sub quibus expediuntur, de quibus in communi id dixero. Quòd primò quando invenitur privilegium cum clausulis, contra solitum morem, vel stilum Curiæ, aut rationem, hoc ipso habetur pro suspecto per *c. causam. de testib. c. ex parte. de capell. mon. & c. quam gravi. de crim. fals.* Adeò ut qui clausulam insuetam & non bene probatam allegat, possit puniri tanquam de falso per *c. porrectum. de conf. ut.* Quòd si secundò nulla clausula talis invenitur, quæ instrumentum in suspicionem adducat, tum sub distinctione loquendum erit.

Nam vel in tenore scripturæ inveniuntur plura puncta sub eadē dispositione, & tunc ubicunque clausula fuerit apposita, hæc referri debet ad præsentia tantùm, per *c. inquisitioni. de appell.* Sic tamen, ut extendatur ad omnia, etiam in odiosis, si non repugnat aliquid speciale, aut aliud non cōstat de mente disponentis *arg. l. 1. C. de lib. præt. & l. fin. ff. de reb. dub.* Quando verò scriptura non habet nisi unū punctum, sed plures articulos, tunc si clausula apposita est in cōtextu unius, respicit illum solum & censetur pars illius per *l. 3. ff de lib. & posth. § filius.* At si apposita est, seu in principio, seu in fine, & alii articuli habent suas proprias determinationes & clausulas, tunc ista ad illos non extenditur,

ditur, sed tantùm ad proximè positum *c. cum dilecti. de dol. l. si quis legata ff. de cond. & dem & l. si pro parte. eod. de in rem verſ.* Sed si non habent articuli suas determinationes, & non apparet ratio, quare clausula attribuatur uni potiùs quàm alteri, nec aliàs consurgit inconveniens, siomnibus tribuatur, tunc ad omnes debet applicari. de quo est casus in *c. secundo requiris. de appell.*

8 Rursus quando in Scriptura, non est nisi unum punctum, sine ullis articulis disparatis. Et clausula ponitur in principio, tunc refertur ad omnia, si ejus natura hoc patitur, & aliud non constat de
9 mente disponentis *c. Apostolus. 33. quæst. 6. & l si quis in principio. ff. de leg. 3.* Quòd si ponitur in medio, tunc nec præcedentia respicit, nec sequentia, sed debet intelligi secundùm suum ordinem. *c. causam quæ.*
10 *de restr.* Quod si denique ponitur in fine, tunc refertur ad omnia præcedentia. *c. olim. eod.* Vide Panor. *c. cit. secundo requiris.* Et Specul. *lib. 2. tit. de instr. edit. §. 11. & tit. de disp. & alleg. §. 4.*

11 Porrò clausulæ sub quibus expediuntur privilegia frequentius, aut etiam confirmantur, sunt istæ: *Ad instar. Motu proprio. Ex certa scientia, de plenitudine potestatis. Supplentes omnem defectum, & non obstantibus quibuscunque*, de quibus in sequentibus.

§. I.

De Clausula: *Ad instar.*

SUMMARIUM.

1. Clausula: Ad instar, sonat æquiparationem.
2 Supponit existentiam illius ad instar cuius est.
3. Quid, si de illius existentia dubitetur.
4. Effectus huius clausulæ.
5. Aucto, vel minuto priori Privil non augetur nec minuitur concessum ad instar.

HÆc clausula suâ naturâ sonat æ- 1
quiparationem quamdam, & relationem similitudinariam unius ad alterum, ad instar cujus dicitur esse vel fieri. Et sic quando datur privilegium 2
cum clausula: *ad instar.* Supponit illud aliud ad cujus instar datur, sicut exemplatum exemplar. Unde bene Panor. in 3
c. inter dilectos. de fide instr. monet, quòd quando aliquis se fundat in privilegio dato, *ad instar.* tenetur docere de prima concessione, & probare illud priùs ad cujus instar suum esse dicit. Verùm si in privilegio exprimeretur aliquis favor determinatus, quem Princeps diceret se concedere *ad instar.* (v. g. sic *concedimus hoc ad instar talis*) & postea nullum inveniretur exemplar, non desineret valere concessio quoad expressa, quia error in demonstratione non vitiat dispositionem, dum aliàs constat de mente disponentis ut hîc suppono. Et ita tenent Suar. Rodriq. & Mirand. quos citat, & sequitur Bonac. *d. 1. de leg. q. 3 p. 7. §. 1. prop. 2.*

Virtus verò clausulæ: *ad instar*, in hoc 4
constitit, quòd in secundo privilegio, censentur concedi omnia quæ continentur in primo, sub eadem omnino extensione, vel restrictione respectivè. Innocent. *c. cit. inter dilectos.* Bald. *l. omnia. C. de Ep. & Cler.* & Navarr. *in com. de jubil. notab. 26.*

Verùm si contingat augeri exemplar, 5
seu primum privilegium, non augebitur propterea aliud, quod est ad instar illius concessum, nec valebit quantùm ad illud augmentum. Idémq; per proportionem dico, si adhibeatur illi restrictio, aut quavis alia ratione alteretur. *Et ratio est*, quia is qui concedit privilegium ad instar non dirigit suam mentem, nisi ad id, quod invenitur actu fuisse prius concessum, non autem ad futura.

§. II.

De Clausula : *Motu proprio.*

SUMMARIUM.

1. *Omnia rescripta expediuntur duabus viis.*
2. *Motus proprius in rescripto nunquam præsumitur.*
3. *Effectus Motus proprii.*
4. *Princeps agens Motu proprio, an censeatur de plenitudine Pot. egisse.*
5. *In quibus Motus proprius non habet effectum & 7.*
6. *Motus proprius non inducit dispensationem.*
8. *Privileg. concessum ad Instantiam, interpretandum conformiter ad petitionem.*
9. *Privileg. concessum ad Instantiam, & Motu proprio, quomodo intelligendum.*
10. *Quomodo, si concessum fuit Motu proprio, & ad instantiam reformatum.*

1 OMnia, seu privilegia, seu rescripta, expediuntur duabus viis, nempe vel Motu proprio concedentis, vel ad petitionem, & instantiam partis; Et quidem
2 prima nunquam præsumitur *cap. si motu proprio. de præb. in 6.* Gloss. *cap. si pluribus. eod.* Rebuff. *in rom. ad concor. tit. de for.*
3 *man.* Verùm, si id Princeps expresserit hæc clausula operatur primò: Quòd gratiâ reputatur magis spontanea, & ob id plenior, atque latè interpretanda. secundò: Quòd probentur vera, quæ narrata sunt à Principe. Et justa causa in illo præsumatur. tertiò: Habet vim specialis expressionis, & sic purgat vitium subreptionis. *cap. cit. si motu proprio, & clem si Romanus. eod.* quartò: Operatur idem quod clausula: *ex certa scientia, & non obstantibus*, de quibus infra. quintò: Tollit defectum personæ. Gloss. & DD. *cap. cit. si motu, & clem. item cu. si Romanus.* Panor. *cap. causam de testi.* Ang. *l. imperialis. C. de nupt.* Lancel. *in temp. lib. 1. cap. 1. §. 4.* & Rebuff. *in Prax. Ben. tit. de non toll. jus tert. & Rom. cit.* An autem cen- 4
seatur ex plenitudine potestatis facere, qui motu proprio? in utramque partem pugnant DD. Et ego sto pro negantibus, quia sunt termini nimis disparati. Et unus potest bene subsistere sine alio.

Non operatur verò, nec valet Motus 5
proprius, in præjudicium tertii. Panor. *c. cit. causam. & cap. primo de sent. & rejud.* Bald. *c. ad aures. de rescr.* Dec. *cons. 544. vol. 3.* Vital. de Camban. *in tract. de claus.* & alii. Neque tollit qualitates intrinsecas secundùm eundem Vital *ibid.* Neque extenditur ad insolita, secundùm Rebuff. *cit.* Neque ultra intentionem concedentis, secundum Panor. *cap. causam cit.* Unde bene Franc. *cap. si motu cit.* & Cardin. 6
cons. 96. inferunt, quòd *v. g.* non inducit dispensationem. Et à fortiori idem dico, 7
& hanc clausulam nihil operari, ubi commissa est subreptio seu error in expressione falsæ causæ, aut inhabilitate personæ. ut notat Barb. *claus. 78.* & Sanch. *lib. 3. de matr. d. 21.*

Quòd si privilegium fuit concessum 8
ad instantiam, simpliciter erit explicandum, & conformiter ad petita, iuxta illa quæ in superioribus dixi. Verùm si simul adjungatur motus proprius, dicendo *v. g.* sic *Talis supplicavit nobis, cui Motu proprio annuimus.* Tunc privilegium debet intelligi tanquam concessum solo 9
motu proprio, & Principem fuisse motum ad concedendam gratiam à seipso absque ullo respectu ad rationes sibi propositas, quamvis tamen nihil repugnet utroque modo moveri, ut docent Bald. *c. nisi specialis. de off leg.* & Paris. *cap. accedentes. de præscr.*

Quando verò prima concessio signa- 10
tur

tur: *Motu proprio.* Et posteà reformatur, cum clausula: *concessum*, ut petitur, vel simpliciter *in forma communi.* Tunc reformatio intelligitur facta similiter Motu proprio, quia relatio debet fieri ad primam concessionem. secundùm quam ista posterior venit regulanda. Ita Rebuff. *in Pra. Ben. tit. quæ cont. bul. opp. poss per l. asse toto ff. de hæred. inst. & l. ait prætor. ff. de re jud.*

§. III.

De Clausula: *ex certa scientia.*

SUMMARIUM.

1. Ex certa scientia aliquid fit duobus modis.
2. Certa scientia non facilè præsumitur.
3. Conjecturæ certæ scientiæ.
4. An probari possit per testes.
5. Effectus certæ scientiæ.
6. Non æquivalet claus. plenit. potestatis.
7. An validet revocata à iure, vel consilio.

1 DVobus modis potest intelligi aliquid fieri ex certa scientia. Primò quidē quando ita exprimitur in instrumento, & secundò, quando talia verba talesq; clausulæ apponuntur in instrumēto, vel cum talibus circumstantiis expeditur, ut ex his quasi per necessariam consequentiam colligatur, hunc qui in tali instrumento disposuit, certum omnino fuisse, & optimè instructum de omni negotio, de quo disposuit. Ita Panor. *c. ad hæc. & cap. nonnulli de rescr.* Felin. *c. inter. de except.* Innoc. *c. statutum. de reser. in 6.* & Jas. *l. si quis iniquum. ff. de iur. om iud.* 2 Tales autem conjecturæ inducentes præsumptionem certæ scientiæ, sunt *v. g.* quando Princeps ait se disponere cum cognitione causæ, ut vult Roman. *cons.* 327. (Nam hanc cognitionem esse necessariam ad hoc, ut clausula certæ scientiæ sortiatur suos effectus, docent Gloss. *cap. 2. de schis.* Joan. Andr. & Imol. *eod.* Innoc. *cap. veniens. de fil. præs.* & alii per *cap. nihil. de elect. & l. 1. C. si serv. aut lib. ad decur.*) Vel quando in confirmatione inseritur tenor rei confirmatæ. Panor. *c. cùm Venerabilis de const.* Vel quando super eadem re conficitur duplex rescriptum. Butr. *cap. porrecta. eod. & cap. quæ in Ecclesiarū de const.* vel quando Princeps facit actum super eo quod est juris. Alex. *cons. 133. vol. 5. cap. 1.* Unde quod Gloss. in *cap. ex multiplici. de decim. & Clem. etsi principalis. de rescrip.* ait scientiam non præsumi, intelligi debet de facili, & ex levibus indiciis, secus autem si adsint violenta, qualia sunt supra relata, & plura alia, per quam distinctionem ego illam concilio cum Doctoribus in superioribus citatis. An verò scientia probetur per testes negat Alex. *cons. 11. l. 7.* Quod ego intelligo de testibus posthumis, nam si adsint qui dicant, & probent se fuisse præsentes principi asserenti se ex certa scientia disponere, non video cur illis fides sit neganda, nisi fortè ex tenore scripturæ, & aliis circumstantiis convincantur mentiri. 3 4

Effectus verò hujus clausulæ sunt, quòd primò æquivalet clausulæ: *Non obstantibus l. item Vlpianus. ff. de ex. tut.* Et etiam clausulæ. *de plenitudine potestatis*, secundùm Gloss. & Panor. *c. ad hæc. de rescr.* Innocent. *c innotuit. de elect.* Card. *cons 4.* Roman. *cons. 336. & 369.* & Vital. de Camban. *in tract. claus.* Quamvis contrarium sit probabilius, & inferendum ex dictis, in præced. §. Secundò: Quòd per illam censetur Princeps derogare nedum legi, sed etiam consuetudini. Casan. *in cap. 5. cons. 24.* Tertiò: Quòd censetur operatus, & gratiam contulisse ex causa, quæ semper justa in illo reputatur. *l. relegati. ff. de pœn.* Quartò: Quòd excludit erro- 5 6

rem, ignorantiam deceptionem, & sic purgat vitium subreptionis, adeò ut nemo sit audiendus contra id, quod Princeps ait, se ex certa scientia fecisse. Bald. *in extrav. imperialis.* Quintò, Supplet defectum solemnitatum, non quidem essentialium, sed accidentalium. Rota *decis. 234. in novis. l. si quis. ff. de legat. 3.* Sextò facit reviviscere Privilegia antiquata, etiam per Bullam revocata, adeò ut non sit opus facere mentionem talis Bullæ, aut illi derogare, quia hæc clausula habet vim novæ concessionis, & revalidandi invalida. Gloss. *c. sicut grave, & c. veniens. de transl.* & *c. quia diversitas. de conc. præb.* Rosell. *v absolutio.* Portel. *v. privil. confir.* Sigis. à Bonon. *in tract. de elect. p. 2. p. 2. c. 4. dub. 76.* Junipar. *in d. ff. iur. pont. d. 2. q. 2. c. 3.* Mirand. *in man. to. quæst. 45. art. primo.* Donat. *rer. regul. to. 1. tract. 11. quæstion. 3.* Bordon *in const. regul. to. 2. res. 52* Marcellin. à Sancto Benedict. *in comp. privil. Ful. v privilegia. in notab.* & Chassaing. 7 *p. 1 tract. 1. c. 2. prop. 4.* Fallit tamen secundùm aliquos ipsorum, si privilegium foret revocatũ per jus commune, vel per concilium generale. Quamvis alii velint etiam hoc casu clausulam operari.

§. IV.

De Clausula: *ex Plenitudine Potestatis.*

SUMMARIUM.

1. *Plenitudo potestatis quibus tribuitur.*
2. *Eius effectus, & seqq.*
6. *De potestate Principis dubitare nefas.*
7. *Nemo potest ei dicere, cur ita facis.*
8. *In Principe semper præsumitur iusta causa.*
9. *Non potest contra Principem præscribi plenit. potestatis.*
10. *Nec potest ille à se abdicare, aut exhaurire.*
11. *Privilegium concessum sub claus. de plenit. pot. est superlativum.*
12. *Per hanc clausulam censetur Princeps dispensare.*
13. *Nihil potest opponi, ubi reperitur.*
14. *Tollit omnia contraria.*
15. *Purgat vitium subreptionis.*
16. *Nunquã præsumitur Princeps uti hac potestate.*
17. *Ea non potest uti indifferenter.*
18. *Peccat, & tenetur ad restitutionem, si ad arbitrium utitur.*
19. *Quomodo intelligendum, quòd possit rem suam alicui tollere.*

PLenitudo potestatis adscribitur omni Principi non recognoscenti in suo statu superiorem, & aliàs appellatur summum jus, seu absoluta, vel extraordinaria potestas, absoluta inquam, quia ab omni legum obligatione libera, & exempta, à nullo dependens, supra omnia jura, ad omne quod non sit intrinsecè malum se extendens, & omnia potens, etiam quadrata æquare rotundis, inquit Host. in *cap. novit & c. cum venissent. de iudic. & cap. quanto de transl.* Panorm. *cap. cum venissent. cit.* Gammar. *ea. licet de rer. permut. in 6.* Et Franc. *eod. in rubr. de testa.* Per hanc potestatem Princeps jura condit, interpretatur, & mutat, ut fusè tractant DD. *cap. quæ in Ecclesiarum, de const. & fin. C. si cont. ius vel ut. pub.* Per hanc retractat, & mutat quod priùs fecit. Felin. *cap. novit. cit.* & Bald. *l. 2. C. de servit. & aqua.* Per hanc aufert uni jus suum, & rem suam, & alteri donat. *l. item si verberatum. ff. de rei vend. l. quæris. ff. de nat. rest.* Legistæ *l. fin C. si cont. ius vel ut. pub. & l. quoties. eod. de prec. imp. off.* Gloss. *clem. sæpe. de verb. sign. §. nunc ostendendum.* Per hanc demum dispensat, & privilegia indulget. *capit. proposuit. de conc. præb.* Et adeò Religiosè offertur Principibus Supremis hæc potestas, ut com-

6 communi voce omnia jura clament, esse instar sacrilegii, dubitare de Principis
7 potestate *l.2 C.de crim.sacr.* Nec quisquam possit ei dicere cur ita facis. Jason. *l. rescripta C.de prec.imp. off.* Quia semper præ-
8 sumitur justa causa motus. Gloss. *c non est de vot. & l. relegati ff de pœn.* Cign. & Aretin. *l.cit. rescripta* Panor. *c. quæ in Ecclesiarum de const. & c.cum venissent de iudic.* & à nemine potest tolli à Principe, aut contra il-
9 lam præscribi. Innocent. *cap. bonæ 2 de post. præl* Panor *c.omnis de cens.* Et legistæ *l.com-*
10 *perit ff de præscr.30. an.* Sicut nec ipse potest illam abdicare, aut exhaurire, quia non potest unquam tantùm per illam concedere, quin adhuc plus sibi retineat. *c. dudum de præb in 6.*

11 Atque ex hoc quod hæc potestas est talis & tanta, rectè inferunt Bald. *in cap. quoniam de off del.* Et Corras. *in tract. de privil.* Quòd quando privilegium aliquod datur sub ista clausula, sine dubio designatur aliqua gratia superlativa, & singula-
12 ris. Adeò ut virtute illius censeatur Princeps dispensare supra jus commune si o-
13 pus sit, ut notat Guid. Pap. *in tract. de rescrip.* Et ubi reperitur inserta, nihil possit opponi, quominùs rescriptum effectum sortiatur Marsil. *l. unoquoque ff. de re iudic.* Bald *l 2 C.de servit. & aqua.* Alciat. & Dec. *ead.* & alii quos citat & sequitur Barbos. *in tract. de clauss. 41.* Et aufert omnes defe-
14 ctus, secundùm Alexand. *lib 2.cons. 195* Et tollit ac removet omnia contraria absque alia derogatione, & sine clausula: *non*
15 *obstantibus* secundùm Bald. *cons. 253. lib.10.* Ac demum vitium subreptionis purgat, secundù Rodolphin. *c.5 de abiol. princ pot.*
16 Verum, quia hæc clausula operatur tam extraordinarios effectus, ideo nunquam præsumitur. Neque Principe voluisse uti absoluta potestate, nisi in eo actu, qui de ordinaria sustineri non potest, & qui sit factus ex certa scientia, ut docent Felin *c.1.de const.* Innocent *c.innotuit de elect.* Et Conrad Lancell. *in temp. c. 1.lib.1.§.3.* Et maximè in præjudicium tertii, ut notat Rodolphin. *supra cit.c.6.* Imò optimè monent Innocent *cap cit innotuit.* & post ipsum Panor. *in cap ad hæc de reser.* non posse Principem uti plenitudine po- 17
testatis sine causa. Et hunc usum ipsi esse licitum, solummodò, cùm per potestatem ordinariam non posset sufficienter suis subditis providere, sin minùs illum 18
peccare, & iniquè agere tenerique ad restitutionem illis, quos sic agendo lædit. 19
Quòd verò communiter allegatur, & nos superiùs notavimus, posse Principem de absoluta potestate alicui rem suam tollere, debet semper intelligi, non tantùm cum causa, ut dicunt Innoc. *c. quæ in Ecclesiarum de const.* Panor. *eod* Et *c.cum venissent de iudic. c. sua nobis de cons & c.cum dilectus de jur. pat.* Sed etiam sic quòd teneatur personæ læsæ providere de re æquali, & ei compensare omne damnum, quòd ex suæ rei ablatione patitur, ut volunt Gloss. *l si locus ff. quem ad servit. amit. & cap. unic. de de allod. in usib. feud.* ubi Bald. Isner. & Aflict. *c.1.de pace ten.* Rolland. *cons. 69. vol. 2.* Et alii *in l.2. C. quib ex. caus fer. pro prem lib. accip.* Contra Alber. & Castr. *l. si locus cit at.* Surd. *cons. 313* & Cæpol. *in tractat de servit. urb. præd.* Quorum opinio posset fortè admitti in casu *l.cit. si locus.* Sed non tamen ad alias materias trahi. Ad quod ita loquitur Rebuff. *in præben. p. 1. tit. de non toll. iur. quæs. Gloss 8 num. 35. Ista potestas absoluta, est potestas, quæ diabolica potiùs dici debet, procedit enim à potestate iniuriosa, & est contra legem divinam, de qua superiùs dixi de Naboth. Et item contra legem naturalem, civilem, & canonicam ideo qui illa utuntur effrenata dominatione, nec non consultores eorum, qui hæc suggerunt, & actus eorum diabolici sunt. Quos nisi respuerint,*

possidebit

possidebit infernus, ubi erit fletus, & stridor dentium. Intelligite hæc, qui consulitis principibus placentia, & vobis in futurum plurimùm horrenda præparatis. Hactenus Rebuff.

§. V.

De Clausula : *Supplentes omnem defectum.*

SUMMARIUM.

1 *Clausula Supplentes, quando adhibetur rescriptis.*
2 *Solet adjungi clauſ. plenit. poteſtatis.*
3 *Validat, quod ante erat invalidum.*
4 *Inducit diſpenſationem.*
5 *In multis non operatur, & ſeqq.*
6 *Quando habet locum, non operatur niſi in expreſſis.*
7 *Et ad effectum ut reſcriptum recipiatur.*

1 HÆc clauſula ſolet adhiberi magis communiter, quando jura, vel privilegia innovantur, adhibeturque per
2 viam plenitudinis poteſtatis, unde & moris eſt, ut ambæ hæ clauſulæ conjunganturin reſcriptis, ſeu privilegiis. Et tunc
3 operantur validando privilegium, ut is cui conceditur, poſſit illo uti, non obſtante, quòd aliàs non poſſet propter aliquem defectum, qui intervenit in prima illius conceſſione. Et hoc qualiſcunque ſit ille defectus, modò juris poſitivi, quia omnes tales tolluntur virtute hujus clauſulæ. *Clem. ſæpè de verb. ſignific. v. cæterùm defectus.* Imò etiamſi illi verſentur circa ſubſtantialia actus, ut vult Alex. *conſ. 79. vol. 1.* Unde Panor. *in cap. ſi quis de conſ.* ait quòd hæc clauſula facit validum, quod
4 ante erat invalidum. Et ratio eſt, quia illâ poſitâ, cenſetur diſpenſatum, ut monet Specul. *lib. 1. tit. de leg. §. 6.*

Secus autem dicendum de defectibus 5
juris divini, aut naturalis, quia quoad illos clauſula nihil operatur. *Clem. cit. ſæpè & Clem. paſtoralis de re iud.* Et Tuſch. *to. 1. concl. 343.* Neque ſimiliter quoad defectus ſurgentes ex cauſa naturali. Lancell. *in temp. lib. 1. cap. 1.* Neque quoad defectus ſubſtantiales. Vivian. *In pract. tur lib. 13. c. 8.* (Intellige ſi procedant contra jus naturale aut divinum, aliàs locus erit opinioni Alexandri ſupra relatæ) Neque quoad defectū cauſæ Barboſ. *de clauſ. 177.* Neque demum quoad defectus qui concernunt perſonam ſupplicantis. Monet. *c. 7. de com. vult. vol.*

Quin etiam ubi hæc clauſula verè ſup- 6
plet, non operatur, niſi in expreſſis, & ſpecificatis defectibus, ut notat Lancell. *ſupra cit.* Unde v. g. ſi quis excommunicatus, bigamus illegitimus aut ſimilem aliquem defectum patiens, illum tacuit in ſupplicatione, non ſuppletur per hanc clauſulam, niſi reſcriptum conceptum ſit ſub tali forma, ut evidenter appareat Principem illum ſciviſſe, & voluiſſe in illo diſpenſare. Specul. *ſupra cit.* Et Camban. *in tractat. clauſ.* Quibus addo, quòd
quantùm ad eoſdem defectus, quos hæc 7
clauſula tollit, illos non tollit quoad omnia, ſed tantùm per ordinem ad privilegium, cui inſertum eſt, & ad hoc ut is cui conceſſum eſt, illo utatur, quantùm verò ad alia, & alios actus, nullo modo cenſetur habilitatus, aut in ſuis defectibus diſpenſatus, & ita evidenter poteſt colligi ex ipſo tenore Reſcriptorum Pontificiorum.

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* *
*

§. VI.

§. VI.

De Clausula : *Non Obstantibus.*

SUMMARIUM.

1 *Clausula: non obstantibus, quando utitur Princeps.*
2 *Hæc habet duos effectus generales.*
3 *Iure aliquid potest disponi multis modis.*
4 *Privilegium datum contra jus, an valeat omissâ hâc clausulâ & 5.*
6 *An si sit contra statutum.*
7 *An si jus procedit irritando.*
8 *Quando jus exigit specialem mentionem, ei non derogatur per solam clausulam: non obstantibus.*
9 *Neque sufficit hanc mentionem facere, nisi simul fiat singulorum punctorum magis notabilium.*
10 *Ius privatum & privilegium potest tolli per formam æquivalentem ei, sub qua sola conceditur revocari.*
11 *Ad irritandum prius testamentum sufficit cognosci mentem disponentis.*
12 *Clausula: non obstantibus, non abrogat privilegium juratum.*
13 *Neque insertum juri.*
14 *Neque concessum non subdito, vel piæ causæ.*
15 *Neque quando transivit in contractum.*

HAc clausula utitur Princeps ad derogandum juri, vel legibus jam vigenti- 1
bus. Et habet duos generales effectus, 2
primò enim tollit subreptionem *c. non potest de præb. in 6.* Et secundò possunt per illam obtineri quæcunque, & quotcunque, ut notat Rebuff. *in formand. Apost. §. mandamus.* Sed hæc ut clariùs explicemus. 3
Adverte, quòd jura vel simpliciter disponunt statuendo, jubendo, vel prohibendo. Aut disponunt irritando, quidquid in contrarium factum fuerit. Aut denique firmando, id quod jam statutum est, ac decernendo, ne per ullam aliam futuram dispositionem revocetur, nisi facta expressa illius mentione, vel inserto ejus tenore de verbo ad verbum, vel certè servatâ aliâ formâ.

Igitur quando datur privilegium con- 4
tra jus latum primo modo, convenit inter omnes illud vallere, cum clausula illa ge- 5
nerali: *Non obstantibus.* An autem valeant, etiam clausulâ non adhibitâ sub distinctione Resp. per doctrinam, quam tradunt Panor. & Joann. Andr. *in c. nonnulli de rescr.* Quòd sic, si est contra jus scriptum, quia cùm Princeps non præsumitur jus ignorare, qui leges omnes tenet in scrinio pectoris. *l. omnium C. de testa. &* Gloss. *c. præterea d. 23. & c. veniens de rescr.* Ideo & quando concessit privilegium contra tale jus, censetur illi voluisse derogare, nec opus fuisse illa clausula. At se- 6
cus est, quando privilegium datur contra statutum, tunc enim non valet, omissâ clausulâ, ratione sumpta in oppositum. Princeps enim præsumitur illud statutum ignorare, quia est quid facti, in factis autem præsumitur ignorantia, aut saltem oblivio, etiam propriis, & maximè in Principe, qui undique negotiis obruitur *cap. 1. de const. & cap. eam te de rescr.*

Similiter quando datur privilegium 7
contra jus secundo modo latum, non valet nisi adhibitâ clausulâ derogatoriâ, ut vult Panormit. *c. cit. nonnulli.* Aut saltem aliâ, quæ æquivaleat v. g. ex certa scientia, vel motu proprio, ut docet Joann. Andr. *eod.* Et ratio est, quia Princeps non præsumitur velle aliquid concedere contra jus sic constitutum, & sub illo rigore, unde si quid fortè contra illud concesserit, reputatur aut per subreptionem concessisse, aut propter importunitatem. Barth. *l fin C. si con. ius vel ut. pub. & in extrav. ad reprimendam.*

Demum,

8 Demum, quando datur privilegium contra jus tertio modo latum, non sufficit illa clausula generalis, ad validandum tale privilegium, & derogandum juri sic lato, quia quando traditur aliqua forma servanda, ita obligat, ut quidquid gestum fuerit, sit irritum; ubi illa omissa est *cap. sicut Romana 1. & cap. cum ordinem de reser.* Et ita tenent non pauci quos citat, & sequitur Tambur in. *tomo primo de iur. Abb. d. 18. quæstion. 16.* Quin etiam Panormitan. in *capit. ex conquestione de restit. spol.* vult ut quando jus invenitur hoc tertio modo latum, fiat non solùm mentio ipsius in secundo, ad hoc ut illi derogetur, & subsistat tale jus novum, aut privilegium, sed etiam ut fiat mentio de omni puncto notabili, quod continet, dicendo v.g *sic concedimus talem gratiam, non obstante tali lege, in qua hoc statuitur*, &c.

10 Addunt tamen aliqui quòd licèt ita sit, quòd generalis clausula derogatoria sola non sufficiat ad derogandum legi, seu juri habenti formam præscriptam, sub qua sola possit revocari, satis erit si per aliquam aliam æquivalentem illi derogetur, quòd maximè locum habere volunt respectu Statutorum privatorum, & privilegiorum. Nam quia Princeps præsumitur ignorare talia, certè sequeretur illum non habere sufficientem, & debitam potestatem regendis suis subditis, si illis non posset (ubi opus est) derogare per clausulas æquivalentes, formæ præscriptæ, & quam ut dictum est præsumitur ignorare; facit ad hoc tum quòd Princeps non potest ligare manus suo successori. Tum quòd cùm adæquatorum sit eadem dispositio, & virtus *l. 1. ff. de legat. 1.* Nam refert etiam utrum ex illis fiat *cap. licet ex quadam de testibus l. certum ff. si cert. pet. l. quoties ff. de hæred. inst. & l. fin. Codice de his qui ven. ætat.* Et sic licèt sit aliqua forma præscripta à Principe, sub qua sola dicat legem suam, aut privilegium posse revocari, alàs verò semper manere in suo vigore, censebitur tamen sufficienter revocatum, si successor omissâ illâ formâ usus fuerit alia æquivalenti, & cessabit tale privilegium. Ita Panormit. *cap. cum instantia de cens.* Et quem *ibi* citat Feder. de sen. *consil. 47.* Sylv. *v. privilegium num. 10. & v. exemptio num. 11.* Comitol. *lib. 1. resp. moral. quæstion 103. in theol. moral. lib. 2. quæst. 10. capit. 15.* Ad quod facit doctrina Cardin. *in Clem. 1. de sepult.* Ubi ait, quòd si in secundo testamento apponitur aliqua specialis expressio per quam aperte colligitur mens testatoris, hæc sufficit ad revocandam priorem dispositionem, etiamsi fuerit in illa dictum, quòd debet ad hoc exprimi aliquid speciale v.g nomen alicujus Sancti. Utraque opinio est probabilis, vide autem *sect. 4 dub 7.*

Sed & sicut clausula illa generalis *non obstantibus* non est sufficiens ad tollendum jus, seu privilegium, concessum ut non revocetur, nisi servatâ certâ formâ modo supra explicato. Sic etiam non est sufficiens ad extinguendum statutum, vel privilegium juratum, secundum Glossam *cap. cùm non deceat de privil. g. in 6.* Et Vital. de Camban. *in tract clauss.* Vel quòd invenitur insertum corpori juris, secundùm aliam Gloss. *l. 2. ff de iudic. & auth. quam privin. Codice ubi de crim. agi oport.* Vel demum concessum non subdito, aut piæ causæ, secundùm dicenda, ubi de revocat. privileg. Et à fortiori quòd transivit in contractum.

* *
* * *
* *

C A-

CAPUT VII.

De usu Privilegiorum.

SUMMARIUM.

1 *Perplexitas maxima circa usum privilegiorum.*
2 *Non facilè utendum privilegiis.*
3 *Privilegia sunt remedia extraordinaria.*
4 *Inconvenientia ex eorum faciliori usu.*
5 *In usu privilegiorum sufficit opinio probabilis.*
6 *In eligenda opinione debet esse delectus authorum.*
7 *Quibus Authoribus adhærendum in materia privilegiorum.*
8 *Quando extat dubium de privilegio aliquo, quid faciendum.*
9 *In priv. legiis attendendum ad substantiam gratiæ.*
11 *Et ad formam præscriptam.*
10 *In scriptura, verba debent servire intentioni.*
12 *In foro conscientiæ valent gesta, etiam non servatâ formâ præscriptâ in scriptura.*
13 *Actus potest subsistere non servata solemnitate.*
14 *Regulares possunt uti suis privilegiis in utroque foro.*
15 *In gratiis, non arguitur à paritate rationis.*
16 *Privilegiatus non utitur privilegio contra pariter privilegiatum.*
17 *Fallit in eo qui est privilegiatus in specie.*
18 *Privilegiis concurrentibus præfertur potentius.*
19 *Privilegium quando dicatur potentius.*
20 *Regulares possunt uti privilegiis, sine speciali licentia suorum Superiorum.*
21 *Prælati Regularium non possunt illis limitare usum privilegiorum.*
22 *Privilegio limitato in uno ordine, alii nō tenentur se conformare limitationi.*
23 *Nec Episcopi nec Principes temporales possunt impedire Regulares ab usu legitimo suorum privilegiorum.*

SI quæ sunt, in quorum usu reperitur difficultas, hæc puto, sunt privilegia Regularium, difficultatem faciunt tum 1
Bullæ summorum Pontif. admodum variæ, tum decreta juris & conciliorum, tum doctorum opiniones, tum vel maximè Cardinalium Declarationes quibus prædicta privilegia, fuere successivis temporibus revocata, tum deinde restituta, tum posteà modificata, restricta, explicata. Ut ex his omnibus, vix fas sit certi quid divinare, aut eligere, nisi summo, & admodum tædioso labore, ab eo, cui patientia, & otium fuerit sufficiens, legendis ejusmodi tot Bullis, decretis, constitutionibus, declarationibus, decisionibus, & opinionibus, ac simul prudens solertia, & judicium, ad hæc omnia ad invicem conferenda, & ad discernendum quid sit revocatum, quid adhuc validum, & quo casu sit uti licitum. Nec parum difficultatem auget ipsa praxis, quæ notari potest, non tantùm inter Ordines Regularium. Sed etiam inter ipsos ejusdem Ordinis, imò & Monasterii Religiosos, dum pro sua mente sibi quisque jus dicit, & pro suo ferè arbitrio quod placet recipit, quod displicet reiicit.

Quare quod ego hac in Parte primò 2
consulo, sit, ut nemo facilè ullo privilegio utatur, aut oblata quavis occasione; sed tunc tantùm, cùm vel urgens necessitas suadet, vel bonum aliquod inde consecuturum allucet: si speratur incrementum gloriæ Dei vel cultus Divini, conscientiæ proximi pacificatio, mentis serenatio aut quid aliud simile. Nam privilegia sunt remedia extraordinaria con- 3
tra jus. Et quædam dispensationis species, Ratio autem dictat, non esse utendum extraordinariis, nisi rarò admodum, & quando ordinaria non sufficiunt, 4
ad quod insuper sunt duo motiva, quia

aliàs vilescent ipsa privilegia frequentiori usu, & inde res etiam Ecclesiasticæ. Et fient Regulares exosi Episcopis, & Clero sæculari, ut experientia jam docuit in multis locis.

5 Id secundò dixero, quòd ad vitandos scrupulos in hoc usu privilegiorum potest quisque esse contentus opinioni probabili, & illam sequi, etiam contra probabilorem, & suam ipsius propriam. Ve-
6 rùm debet esse delectus aliquis circa opiniones Doctorum, in hac materia maximè; omnes enim qui de privilegiis tractant, scripserunt conformiter ad suam ætatem, aut patriam, seu suæ gentis genium, longè aliter Itali, longè aliter Galli, & transmarini; Antiqui, & Moderni. Unde quia privilegia, fuerunt successu temporis alterata, aucta, revocata, restituta: Ingenia excitata, scientiæ illustratæ: Opiniones elucidatæ: Ideo ego ar-
7 bitor potiùs adhærendum modernis quàm antiquis: Italis his qui amant opiniones strictiores. Transmontanis, his qui largiores. Solùm verò citantibus, & allegantibus, & non professo tractantibus, parum fidendum.

8 Atque ideo dico ego tertiò. Quòd dum oritur dubium circa aliquod privilegium, recursus ante omnia habendus est ad Bullarium, & ipse tenor concessionis ex integro legendus. Pro cujus intellectu poterit se quisque juvare, præceptionibus traditis in superioribus *cap. 5. & 6.* dico autem, potiùs esse recurrendum ad Bullarium, quàm ad alios libros vel auctores, quia illi non rarò referunt privilegia, solùm ex parte, aut etiam aliquando mendosè, & quòd peiùs est, erroneis inscriptionibus notata, & verbis detortis falsata, eò quòd plus æquo suis amanuensibus crediderunt, vel quia ab aliis jam errantibus, hæc quæ tradunt exscripserunt.

Quartò. Lecturus autem aliquam Bul- 9
lam, debet primò attendere ad substantiam gratiæ, seu concessionis, insistendo
semper, & adhærendo intentioni Princi- 10
cipis, potiùs quàm verbis. Nam in omni dispositione id semper observandum volunt jura, ut verba intentioni, non intentio verbis deserviat. *can. sedulo d. 38. c. porrò & c. recepimus de privil. c. intelligētia & cap.* 11
in his de verb. sign. Et secundò, ad formam, seu modum, quem in usu talis privilegii servandum Princeps voluit (si quem tamen servari voluit) Quia actus celebratus sine forma præscripta non tenet *l. 1. ff. de stip. l. cum hi ff de transf. & l. traditionibus C. de pact.* Circa quod tamen Minch. *l. 3. contr.* 12
illus. cap. 28. Valde notabiliter dicit, quòd licèt acta non teneant omissâ formâ debitâ, tenent tamen in foro conscientiæ, quando finis juris, seu à lege intentus habetur, etiamsi fortè ipsa forma, seu solemnitas juris, & præscripta non servetur. A qua doctrina non multùm differt Crot. *in rubr. de apell. num. 3.* Ubi allegato Baldo ait, quòd licèt actus non possit sub- 13
sistere sine his, quæ sunt de illius substantia, benè tamen sine his quæ sunt de solennitate & forma. Quidquid sit autem de aliis actibus juridicis, & eorundem validitate, aut nullitate ex omissione solennitatum, aut substantialium, in quo non parum variant DD. Admitto ego opinionem Minch. pro usu privilegiorum, & puto quòd saltem in foro conscientiæ, tenebit actus virtute alicujus gestus, servatis substantialiter requisitis, ex natura rei, quamvis fortè illa omittantur, quæ tanquam de forma, & solemnitate præscribuntur observanda.

Quintò possunt verò Regulares uti 14
suis privilegiis in utroque foro, & etiam extra Sacramentum confessionis, ut docent Suar. *t. 4. de Rel. l. 9. c. 2.* Roder. *10. 1. qq. reg. 8.*

reg. 8. art. 11. Cæleſt. ſucceſſ. *in theol. mor. tract. 8.* & communiter alii. In quo tamen cautos oportet eos eſſe & prudentes, ut intentioni, & terminis conceſſionum ſemper adhæreant, & nihil extendent, etiam data ſimili, vel majori ratione. Ut enim bene monet Panor. *c. ad aures de reſcr. nu. 7.* In gratiis, & diſpenſationibus non arguitur ex paritate vel majoritate rationis. *c. per venerabilem qui Sil. ſint leg.*

16 Sextò ſed & item privilegiatus non utitur privilegio contra pariter privilegiatum, ſed tunc conquaſſatis privilegiis, ambo deducuntur ad jus commune, & illo utuntur, *auth. de ſanct. Ep. coll. 9. §. ſed & hac præſenti & auth. niſi rogati C. ad trebell.* Barth. *auth. quas actiones eod. de Sacr. Eccleſ.* Ferret. *c. in præſentia de prob. num. 84.* Pariſ. *eod. n. 114.* Panor. *eod. n. 37. & c. cum cauſam de prob. nu. 2* Suar. *li. 8. de leg. c. 23.* & alii. Quod intelligitur ubi omnimoda æqua-
17 litas concurrit. Aliàs enim privilegiatus in ſpecie, hoc eſt in caſu, ſeu cauſa, de qua agitur, utitur ſuo privilegio, contra privilegiatum in genere tantùm. Quia privilegiatus in ſpecie, ſeu actu agit pro damno vitando, privilegiatus verò in genere ſeu habitu, pro lucro acquirendo; is autem præfertur qui conatur vitare damnum. Panor. *c. ad aures de præſcr. & c. in præſentia cit.* Ferret. *eod.* Bald. *l. ſin ff ex quib. cauſ. & auth. cit. quas actiones de Sacr. Eccl.* Bald. *auth. perpetua eod.* Covar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2.* Ancar. *conſ. 36.* & Parlador. *rer. quot c. 17.* Et ſic v. g. Minor læſus, & conſequenter privilegiatus in ſpecie reſtituitur contra alium minorem privilegiatum ſolùm in genere, de quo eſt caſus *in capit. auditis de in int. reſt. & l. verũ ff. de min. §. item*
18 *quæritur* Quòd ſi privilegia concurrant in ſpecie reſpectu ejuſdem cauſæ, præfertur hoc, quod eſt potentiùs: de quo eſt caſus
19 *in l. cit. verum & ſeq.* Pontentius autem appellatur; vel in quo ut dictum eſt, agitur de damno vitando, vel quod fuit conceſſum ex cauſa magis favorabili, ut dicunt Panor. Ferret. & Barth. *citati* Quòd ſi privilegia ſunt paris potentiæ, tunc utrique locus eſſe poteſt. de quo eſt caſus *in capit. cit. auditis*, ubi duæ Eccleſiæ contra ſe invicem reſtitutionem accipiunt ob omiſſas probationes.

Septimò, Quando Papa dat privile- 20
gium uni Ordini regulari ſub conditione, ut Fratres talis Ordinis non utantur tali privilegio, niſi ex licentia Superiorum (quomodo dicuntur aliqua conceſſa Societ. Jeſu) Fratres tamen aliorum Ordinum habentes beneficium communicationis nõ indigent ejuſmodi ſpeciali licentia ſuorum Superiorum, ad hoc ut tali privilegio poſſint uti, ſed cum eadem libertate illo utentur, qua omnibus aliis. *Ratio eſt*, quia quando communicatur privilegium cõmunicatur ipſa gratia in ſua ſubſtantia non verò modus utendi, & quo is cui 1. fuit conceſſum, illo utitur, quia illa reſtrictio licentiæ, ſeu conditio generalis in Soc. Jeſu requiſita non eſt privil. nec ad gratiam ſpectat. Unde quia quidquid recipitur, & communicatur, ad modum recipientis recipitur. Et modus quo alii Ordines recipiunt privilegia, nõ fert, ut illa recipiant cum tali dependentia, ideo quando aliquod illis datur vel communicatur, poſſunt eodem liberè uti, eo modo quo aliis utuntur, & abſque ejuſmodi ſpeciali Generalis, vel Superioris ſui licentia. Ita Cruz *in epit. privil. lib. 2. c. 4.* Donat. *in præ. reg. to. 1. tr. 7. qu. 9.* Suar. Rodriq. Mirand. & plures alii quos citat, & ſequitur Diana *tr. 2. dub. regul. reſ. 81.* Quidquid in contrarium dicat Tambur. *tomo 1. de jur. abb. d. 17. quæſt. 9.*

Octavò Prælati Regularium, vel Capi- 21
tula generalia non poſſunt illis tollere,

vel restringere usum alicujus privilegii nisi ad hoc habeant specialem authoritatem à Papa, tunc quia privilegia habent naturam legis, imò sunt leges privatæ, inferiores autem nõ possunt tollere legem à Superiore positam. Tum quia sicut nemo dat quòd non habet, sic neque aufert, quod non dedit, Prælati autẽ Regularium non dederunt ipsis sua privilegia. Ita Ro-
22 der. *tomo 1. qq. reg. qu. a. 2.* Quòd si de facto ita contingat, aliquod privilegium tolli, vel limitari in aliquo Ordine, non tenebitur, alius illo abstinere, aut limitationi se conformare, etiamsi fortè illud acquisierit per solam viam communicationis, ab illo primo cui fuit limitatum, vel sublatum, & Ratio est, quia Ordines regulares utuntur privilegiis independenter à se invicem. Ita Portel. *in sum. qq. reg v. privil. commu.* Ubi sic infit. *licèt aliqua Religio, cui originariè fuit concessum aliquod privilegium, illud mutet, & eo non utatur, per revocationem Superiorum, alia tamẽ Religio cui cõmunicatum fuit, potest illo uti plenariè, & secundùm formam concessionis.* Et ita etiam præter Portel. tenent Cordub. *in comp. privil. v. communicatio.* Mirand. *in man. p. 2. qu. 42. art. 5.* Molphes. *in sum. tr. 9. cap. 12.* Roder. *tom. 1. qq. reg. 9. art. 9.* & in ejus compendio Patres Recollecti. *v. communicatio* Et Bonac. *de privil. prop. 7. §. 2.* Vide dicta *c. 3. §. 4.* ubi de communicat. privileg. *v. vii antem.* Et hæc nota pro dicendis *3. sect. seq. c. 2.* ubi de benedictionibus *num. 11.*

23 Neque Episcopi, neque Principes, aut Magistratus temporales possunt prohibere Regulares à legitimo usu suorum privilegiorum. Sin autem? locus est compensationi occultæ. Patet, quia Regulares non sunt illis subditi, & multominus Papa, ejusve leges, & jura ab illo sancita. Dixi autem legitimo usu, quia secus esset ubi inveniretur manifestus abusus, cum justa defensio sit de jure naturæ, & Princeps, & Episcopus sint advocati & protectores suorũ subditorum, quibus jucumbit, ab ipsis avertere damna, si quæ Regulares abutendo suis privilegiis, vellent illis inferre. Vide *sect seq. c. 1. §. 1. v. 13.*

CAPUT VIII.

De Amissione Privilegiorum.

DUobus modis potest amitti aliquod privilegium, nempe *causaliter*, & in actu primo; aut *effectivè*, & in actu secundò. Causaliter quidem, quando supervenit aliqua circumstantia, propter quam judicio prudentis viri, judicatur jam illicitus & injustus usus talis privilegii, licèt interim adhuc toleretur. Quo casu privilegiatus non dicitur adhuc amisisse privilegium, sed mereri amittere, & causam superveniisse propter quam expediat, ipsum illo spoliare. At verò amittitur privilegium effectivè, & in actu secundo, quando seu Authoritate Superioris tollitur seu aliqua alia via ex recensendis penitus extinguitur, & taliter, ut jam omnis illius usus non modò sit illicitus, sed etiam nullius virtutis & efficaciæ. De hoc utroque modo amittendi privilegia, *meritoriè* & *effectivè*, ego agam in seqq.

§. I.

De Capitibus, ex quibus Priviligiatus meretur amittere Privilegium.

SUMMARIUM.

1 *Meretur quis amittere Privilegium ex culpa vel ex causa.*
2 *Amittitur Privilegiũ propter abusum, & quando.*
3 *Abusus quid importet & seq.*
5 *Amittitur Privilegium propter crimen.*

6 *Propter*

4 *Propter vitam alienam à statu proprio.*
7 *Si aliis sua quis non servat.*
8 *Si non concessa usurpat.*
9 *Ob causam supervenientem.*
10 *Quando Privilegium est aliis damnosum, quid faciendum.*

EJusmodi capita sunt duo, ad quæ omnia, (si quæ sint) alia possunt revocari, nempe illa eadem ex quibus *effectivè*, & in actu secundo contingit auferri à Superiore, puta ex culpa, & ex causa. Et hoc rursus multis modis, de quibus Gloss. in *c. renovantes d. 22.* Et primò quidem propter abusum *c. ubi ista d. 74. c. privilegium 11. q. 3. c. licet de Regul. c. ut privilegium de privil. & auth ut iud. sine quor. suffrag. §. penult.* Tunc verò censetur quis abuti suo privilegio, cùm illo utitur vel in alium finem, vel alio modo, quàm intendit Superior, qui concessit. *l. 19. & 34. ff. de usufr.* verùm, ut ex hoc capite judicetur quis dignus amittere privilegium suum, oportet primò ut abusus seu excessus sit in se notabilis, id est talis, & tam gravis, ut inde generetur scandalum. Nam ego adverto, quòd quoties in jure fit mentio abusûs, non nominatur solitariè, sed semper cum adjuncto designante gravitatem, & enormitatem in excessu, qui dicitur abusus, ut in *c. Sedes de resc.* Ubi dicuntur quidam *abuti nequiter.* Et in *c. permittosus de cel. miss.* Ubi abusus appellatur *permittosus.* Et in *c. Canonici de off. ord. in 6.* Ubi dicitur *detestabiles, &c.* Et sic non omnis excessus in privilegii usu statim debet appellari abusus, sed tunc tantùm, cùm est enormis & generat scandalum, ob admixtum aliud vitium. Sed & secundò ad notam abusûs & adhoc ut occasione illius dicatur quis dignus spoliari suo privilegio, requitur aliqua frequentia, seu consuetudo sic excedendi, hoc enim sonat vox ipsa usus & abusus. Quamvis interdum ex bino actu inducatur consuetudo secundùm leges *l. nemo deinceps C. Epis. aud.* Ut excessus & abusus possit esse talis, ut post ejus iterationem judicetur privilegiatus indignus privilegio, & illo spoliandus per ea quæ tractant, & docent. Innoc. *c. 1. de si dejuss.* Farinac. *in pra. qu. 20.* & Gisler. *in jud. regul. cap. 18.* Quandò verò aut quomodo tolli debeant abusus, aut tolerari. Vide *c. etsi 1. quæst. 7.* Et *ibi* DD.

Alterum caput, propter quod meretur quis amittere suum privilegium, est propter delictum, puta, si vitam turpè ducit, aut crimen commisit, quod omni honore & gratia indignum illum reddat, qua ratione v. g. Civitas Syllana, quæ bis suos Episcopos occidit, Sede Episcopali fuit privata à Gelasio Papa de quo in *c. ita nos 25. quæst 2.* Vide DD. *in c. talia 8. qu. 3. c. ad aures c. in quibusdam de pœn. l. filio ff. de rit. nupt. & l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss.* 5

Tertiò. Si non vivit conformiter ad illum statum, cujus intuitu, illud fuit consecutus. Et hac ratione v. g. Clericus negotiator, vel qui non incedit in habitu, & tonsura, privatur privilegiis Clericalibus *c. ex litteris fin. de vit. & hon. Cler. c. in audientia, & c. contingit 2. de sent. excom.* 6

Quartò si sua aliis non servat *c dilecti de privil.* ubi Gloss. & Panor. Quia injuriam sibi facit qui fratrum suorum jura perturbat. *c. quod vero 25. q. 2.* Unde in *c esto subiectus d. 95. Scitum est illud Oratoris Domitii: cur ego te habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem?* ubi benè Gloss. addit: frustra quem aliquid ab aliis petere, qui quod eis debet, non impendit. 7

Quintò si suis non contentus, alia non non concessa usurpat. *c. ubi d. 74. c. sic decet 25. quæst. 2. & c. 1. & 2. de Cler. non ordinat. ministr.* 8

Sextò propter causã supervenientem, *l. ex facto ff. de vulg. & pupill.* Hoc est si incipit 9

cit esse aliis nimis onerosum, & damnosum *c. dilecti & c. suggestum de decim.* Gloss. *cap. quid pernovale de verb. sign.* Panor. *eod. & c. cum ad hos de cler. non resid.* Specul. *tit. de instr. edit. §. 11. lib. 2.* Corras. *in tract. de privil.* Quo casu volunt DD. ut reducatur ad debitam æquitatem, & moderationem. Verùm si enormem læsionem infert, absolutè cessare, tenent Guil. Bened. *in cap. raynutius de testa. v. & uxorem nu. 253.* Reb. *in pra. p. 1. tit. de differ. int. rescr. & privileg. nu. 44.* & alii apud ipsum.

§. II.

De Capitibus ex quibus effectivè amittitur Privilegium.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia amittuntur 6. modis.*
2 *Amisso Privilegio, nefas ad illud redire.*
3 *In dubio Privilegium non præsumitur amissum.*

1 SIcut sex viis acquiruntur Privilegia, ita & sex amittuntur, scili. per revocationem, renuntiationem, cessationem causæ, non usum, contrariũ usum, & præscriptionem, de quibus omnibus acturus
2 insequentibus, id in communi dixero, quòd quacunq; via, & quocunque ex capite amittatur aliquod privilegium postquàm tamen semel amissũ fuerit, jam omnis illius usus incipit esse illicitus. Adeò ut nefas sit, ad illud redire. Unde Joann. Ant. de Nigris *in extrav. unic. de vit. & hon. cler.* comparat privilegiũ amissum virginitati de qua Poëta. *Nulla reparabilis arte, lapsa pudicitia est.* Id dubio tamen, nullum
3 privilegium reputatur amissum, ut notat Gloss. *in sum. 25. q. 2* Feder. Roman. Gambar. Boer. & Seraph. quos citat, & sequitur Tambur. *t. 1. de iur. Abb. d. 16. q. 10.* Quia ex quo constat de concessione, & non de amissione, possessio stat pro existentia.

ARTICULUS I.

De Amissione Privilegiorum per revocationem.

SUMMARIUM.

1 *Per quas causas res nascitur, per eas destruitur.*
2 *Revocatio privilegii dicit mutationem indecentem in principe.*
3 *Princeps revocans privilegium facit contra suam dignitatem.*
4 *Quod in principe est indecẽs judicatur impossibile.*
5 *Ex causa potest tolli privilegium.*
6 *Sed hæc causa debet respicere utilitatẽ publicam.*
7 *Et tenetur Princeps compensare privilegiatum.*
8 *Sine causa non potest tolli privilegium.*
9 *Existente causa ad dispensandum, peccat Superior, si non dispensat.*
10 *Aliàs peccat Princeps.*
11 *Id solùm dicimur posse, quod de jure.*
12 *Valet revocatio privilegii, etiamsi Princeps revocando peccaverit.*
13 *Privilegium causæ piæ an revocabile.*
14 *An concessum ad instantiam Principis.*
15 *An concessum non subdito.*
16 *Donatio acceptata non potest revocari.*
17 *Concessum per modum simplicis gratiæ potest revocari, & 22.*
18 *An concessum per modum remunerationis.*
19 *An si transit in naturam contractus, & 25.*
20 *Quæ sunt juris naturæ, non subiacent voluntati humanæ.*
Papa, & quivis Princeps tenetur servare contractum, ibid.
21 *An possit in aliquo casu ab eo recedere.*
24 *Sola voluntas in Principe sufficit ad revocandum privilegium gratiosum.*
26 *In revocatione privilegii quatuor servanda.*
27 *Quomodo revocatio intimanda.*
28 *Ea revocationis promulgatio sufficit ad reddendum illicitum usum privilegii, quæ sufficit in lege, ad hoc ut obliget.*

29 Princeps

Princeps supplet ad validandum actum, gestum per privilegium revocatum, dum revocatio invincibiliter ignoratur.

Usus privilegii revocati est illicitus, etiam non acceptata revocatione.

Locus in quorundam opinione.

Et usus privilegii sit illicitus, revocatio debet esse sufficiens.

Et intimata legitimè.

Locum in quibusdam casibus non deferre revocationi privileg.

An privilegia Regularium obnoxia revocationi.

Hæc sunt duplicis generis.

Quid tenendum de oraculis.

Varii Pontifices ea revocarunt.

Nulla, aut nulla de facto sunt revocata.

De concessis per scripturam quid dicendum remissivè.

HAc via amittuntur, quando is qui concessit, aut ejus successor declarat se nolle ut ampliùs locũ habeant, quia ut ait Panor. *in c. ati Clerici de judic.* Nihil est tam naturale, quàm ut per quas causas res nascitur, per eas destruatur. Verùm an omnia privilegia possint revocari non parum controvertitur inter DD. Et quidem.

1 Nulla posse revocari, sic nonnulli adstruunt, quia revocatio dicit mutationem, voluntatis in revocante, omnis autem mutatio dedecet nedum Principem, sed quemvis virum gravem. Princeps igitur faceret contra suam dignitatem, si 3 aliquod privilegium revocaret. Unde juris clamant, quòd *beneficium Principis decet esse perpetuum c. decet de iur. in 6.* Quòd si decet ut maneat, indecens est ut tollatur, quòd verò in Principe est indecens, judicatur impossibile, ut notat Aufrer. *in Clem. 1. de off. ord. nu. 46.* verùm hæc impossibilitas est tantùm moralis, & potius cujusdam congruentiæ, & sic non concludit totus hic discursus.

Alii volunt ut attendatur ad causam 5
quæ revocationem suadet, & dicunt quòd ubi subest aliqua justa, poterit privilegiũ limitari, vel conditio adhiberi secundùm Lud. Molin. *lib. 4. primog. c. 3.* Et Peregrin. *lib. 1. de jure fisci tit. 3.* Aut etiam absolutè tolli, ut concedunt Pinell. *lib. 1. C. de bon. mat. p. 3.* Rolland. *cons. 66.* Alex. *cons. 216. vol. 2.* & Menoch. *lib. 2 de præs. 10.* Modò tamen talis causa respiciat utilitatem publicam, ut volunt Ruin. *cons. 330 vol. 1.* Cra- 6
vet *cons. 276.* Surd. *cons. 203.* Et Riminald. jun. *cons. 601.* Quo casu renebitur adhuc Princeps compensare hunc, cui tollit privilegium, secundùm Dec. *l. id quod nostrum* 7
ff de reg. jur. Socin. *cons. 266. vol. 2* Et Jas. *cons. 253. vol. 2.* Per *l. 1. C quib. ex caus servi. pro præm. & l. si quando eod. de oper. libert.* Vide dicta ubi de clauſ. *plen. pot.*

At quando nulla causa justa subest, 8
quæ privilegium revocandum suadeat, volunt authores hujus opinionis, absolutè non posse revocari. *arg. l. Titius ff de obseq. auth. de referend. coll. 2. cap. suggestum de decim. c. licet & c. postquam 25. qu. 2.* Ubi dicitur quòd *Pro necessitate, corrigendorum vitiorum, privilegia Ecclesiarum, vel imminuuntur, vel penitus mutantur.* Unde datur inferendum, quòd ubi non subest necessitas, id est justa causa, non poterunt minui, vel mutari, facit quòd privilegium participat plurimùm de natura dispensationis. Imò coincidit cum dispensatione secundùm Innoc. *c. in nostra de iur.* Et Camban. *in tr. de privil.* At quando adest causa dispensan- 9
di, peccat Superior, si non dispensat, vel si dispensationem priùs datam tollit, ut tenet Gloss. *can. Domino d. 50 & can. exigunt 1. quæst. 7.* Rebuff. *cap. postulastis de Cler. excom.* Franc. *cap. licet canon. de elect. in 6.* Capistran. *in extr. 1. Ioann. 22. de verb signif.* Et alii Canonistæ in *cap. quanto 2. qu 5.* Quos sequitur Barbat. *cons 40. vol. 4.* & Sylv. *v. dispen-*

10 *dispensatio* 1. Ergo similiter peccat Superior revocando privilegium, cujus continuandi subest, & durat causa. Quòd si peccat revocando, ergo non potest revocare: quia posse id solùm dicimur, quod de jure, seu justè *l. filiam ff. de cond. indeb can.*
11 *faciat 22. quæst. 2.* Azo. *can. nos in quemquam 2. quæst. 1* Gloss. *cap. nisi cum pridem de renunt.* Et Natta *in Clem. sæpè de verb. sign.* Verùm neque solvit hic discursus difficultatem. Tum quia licèt privilegium, & dispensatio conveniunt in aliquibus, non tamen
12 in omnibus, & sic non licet arguere â dispensatione, ad privilegium. Tum quia licèt demus peccare Principem tollendo privilegium, vel dispensationem, non tamen sequitur non valere revocationem, postquàm semel facta est.

Alii putant, esse attendendum ad causam, propter quam concessu fuit privilegium
13 de cujus revocatione agitur. Volunt enim, non posse revocari concessa ad causam piam, vel saltem non nisi ægrè admodùm, & per specialem expressionem *cap. si propter tua debita de rescr. in 6. l. liberti ult. ff. de alim & cib. leg.* Cign. *l. 1. C. quando imp. init. pup. & vid.* Et Corras. *in tract. de privi.*
14 Alii attendunt personam, ad cujus instantiam privilegium fuit concessum, quia data ad instantiam Regis vel Reginæ, fortiuntur quandam excellentiam ab eorum personis & precibus, ut propterea non soleant comprehendi sub ullis revocationibus, ex statuto Adriani *6. tit. de cessionib.* Paris. *cons. 14. vol. 4.* & Roman. *cons. 393.*
15 Aliis demum magis è re visum fuit, ut habeatur ratio personarum, quibus privilegium fuit concessum. Et dicunt, quòd concessa non subditis, non possunt revocari post acceptationē, quia transeunt ad illos, non tanquam leges, suâ naturâ re-
16 vocabiles, sed tanquam contractus, vel quasi, idest per modum donationis, quæ semel acceptata non potest ampliùs revocari, eò quòd per acceptationē jus quæritur *l. perfecta C. de donat. quæ sub mod.* Archid. *cap. quicunque 6. quæst. 1. & 11. quæst. 3.* Innoc. *cap. novit. de judic.* Panor. *eod. & cap. super eo, de apell. cap. inter alia de Imm. Eccl. & cap. suggestum de decim.* Joann. Andr. *cap. constitutus de rel. dom.* Host. *in sum. cit. de privileg. §. qualiter.* Et Specul. *tit. de inst. edit. §. nunc autem.*

At verò quantùm ad concessa propriis subditis, distinguunt & dicunt, quòd concessa, sic ut semper retineant naturam gratiæ, possunt revocari, quia conservatio gratiæ pendet à voluntate concedentis, Innoc. *cap. in nostra de jur. jur.* Aufrer. *Clem. 1. de off. ord.* Sylv. & alii passim. At verò secus est de concessis per modum remunerationis, seu compensationis, in consequentiam alicujus operis præstiti, vel præstandi, hæc enim non possunt revocari secundùm ipsos, quia non retinent naturam simplicis gratiæ, sed transeunt in contractum, & sunt jura quæsita, quæ ideo non possunt tolli ab his quibus sunt quæsita, sin autem, dicunt, eos non teneri deferre revocationi *arg. cap. 1. de spons. & l. ab emptione ff. de pact.* Ita Bened. *cap. raynutius de testa v. duas num. 36. & v. si absque sect. 3. num. 43.* Panor. *cap. in nostra cit.* Innocent. *cap. novit item cit* Ubi Canonistæ. Et *in cap. 1. de prob.* Cignus & alii *in l. digna vox Cod. de legib.* Et *l. 2. eod. de servit. & aqua*, ubi scire monet quòd licèt Deus subjecerit leges Principi, non tamen contractus. Tiraq. *l. si unquam C. de revoc. don.* Bald. *l. qui se Patris, eod. unde liber.* Barth. *l. omnes populi ff. de iust. & iur.* Et *l. penult eod. de decret. ab ord. fac.* ubi Legistæ. Afflict. *decis. 128.* Cephal. *cons. 559 vol. 4.* Rolland. *cons. 13. vol 3* Surd. *cons. 419. vol. 3.* Sanctar. *lib. 1. var. resol. quæst. 17.* Molin. Rebell. & Less.

Lesl. quos citat & sequitur Lugo *tomo. 2. de iust. d. 23. sect. 11.* ubi dicit esse communem. *Et Ratio est*, quia Religio & observatio eorum, quæ sunt juris naturæ, non pendent à voluntate partium hujusmodi autem sunt contractus seu quæ in contractum transeunt, unde dicunt DD. etiam Papam, & quemcunque Principem, etiam supremum, teneri, & obligari ex contractu. *c. 1. de prob. & l. cæsar. ff de publici.* Et sic v.g. Panor. *in c. cit. in nostra.* ait, quòd si Princeps, vel civitas dedit privilegium, ut quicunque habitaverit in tali pago, liber sit à gabellis, non potest revocare in præjudicium eorum, qui jam venerunt, & sic de aliis. Quæ doctrina mihi admodùm probatur, cum ea modificatione, quam ei nonnulli addunt, dicentes posse rescindi à successore Principis hos contractus, quos ipse tanquam persona privata fecit, quia eorum obligatio est personalis, non verò has quos fecit ut Princeps seu nomine coronæ, vel Sedis, ratione sumpta in oppositum.

Ult autem & ego aliquid dicam, in hac materia revocationem, mea opinio est, ea omnia privilegia, quæ retinent naturam simplicis gratiæ, & sunt concessa, propriis subditis posse revocari seu ab illo qui concessit, seu successore. *arg. l. justo C. de judæ & l. judicium ff. de judic.* Ita præter allegatos DD. in Superioribus, Felin. *cap. 1. de prob. & c. quæ in Ecclesiarum const.* Decius *eodem* Gloss. *c. decet de reg. in 6.* Franc. *eod.* Bald. *l. qui se Patris C. unde lib.* Martin. Laud. *in tract. de privileg. quæst. 34.* Et tunc sola voluntas, seu beneplacitum Principis reputatur causa sufficiens ad talium revocationem, sicut fuit reputata sufficiens ad eorundem concessionem *cap. proposuit. de conc. præb.* Felin. *c. postulasti. de reser.* Innocent. *capit. cum ad Monast. de stat. mon.* Gloss. *c. omnis d. 45. c. non est de vot. & cap. 1. de æt. & qual. in 6.* Angel. *l. quidam consultabant. ff. de re jud.* Jas. *l. si testamentum C. de testa.* Et Barth. *l. 2. eod. si serv. aut lib. 10.* Si tamen Princeps ita faceret, notaretur de livitate, & fortè etiam peccaret, sic gratis turbando subditos, & pro arbitrio dando ac auferendo, hoc est enim quod Daniel vel maximè culpabat in Rege Nabuchod. apud ejus filium Baltassarem. *Quos volebat* (inquit) *exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Dan. 5.* (a)

Quantùm verò ad concessa non subditis, vel quæ transeunt in contractum, arbitror ego non posse quidem revocari potestate ordinaria, bene tamen per absolutam, seu supremam, & extraordinariam, secundùm ea, quæ dixi ubi *de claus. plenit. pot.* Ratio primæ Partis est, quia per potestatem ordinariam, dum Princeps operatur, conformat se legibus & juri communi, quòd vult servari contractus, & jubet esse fidelem. Ratio verò secundæ Partis est, quia Princeps non potest à se abdicare plenitudinem potestatis, quæ transcendit omnia jura, & omnia pacta rescindit (ubi opus est) secundùm dicta *loco cit.*

Unde conciliando opiniones omnes superiores, dico, quòd quantùm ad DD. tenentes, nulla privilegia posse revocari, etiam illa quæ continent simplicem gratiam, debent intelligi secundùm decentiam, & ex quadam congruitate, ut omnis illa impossibilitas resolvatur in simplicem indecentiam. Quantùm verò ad alios tenentes ea saltem non revocari, quæ transeunt in contractum, vel quæ concessa sunt favore causæ piæ, seu ad instantiam Regis, intelligi debent de potestate ordinaria, non de suprema & absoluta,

(a) Justitiæ & rationis ordo suadet ut qui à successoribus sua mandata servari desiderant, decessoris sui statuta custodiant. c. justitiæ 25. quæst 1. & c. institutionis. eod. q. 2.

luta, quæ tamen ſupponat cauſas urgentiſſimas quæ exprimantur in revocatione, & cum clauſulis efficaciſſimis, ſecundùm dicta, ubi de clauſ. non obſtant. & de clauſ. plenit. pot. & ubi de intellectu privileg.

26 Nam in omni revocatione hæc quatuor ſunt ſemper obſervanda, nempe *primò*, ut exprimatur privilegium, ſeu illa pars privilegii, quæ revocatur: *ſecundò* cauſa movens ad hanc revocationem faciendam, puta aliqua ex his propter quas dicebam in præcedenti §. aliquem mereri amittere privilegium: *tertiò*. Adhibentur clauſulæ pro natura privilegii revocandi, generales, aut magis ſpeciales, & efficaciores ſecundum dicta ſimiliter in ſuperioribus, & præcipuè, ubi de clauſ. *Non obſtantibus*, *quartò*. Revocatio intimatur. Quomodo verò illa debent intimari

27 Navarr. *Not. ab. 11. de indulg.* Salas *de leg. d. 12. ſect. 6.* Suar. *lib. 8. de leg. c. 4.* Aſor. *p 1. inſt. lib. 5. cap. 3. quæſt. 6.* & Regin. *in pra. l. b. 13. num. 157.* putant nihil referre, & teneri privilegiatum abſtinere privilegio, ſtatim atque intelligit eſſe revocatum, quomodocunque interim hæc ad ipſum cognitio deferatur; Rebuff. verò *in pra. ben. tit. de for. vicar. num. 212.* Boer. *deciſ. 347.* Cutill. *in addit. ad pract 4. Mancinæam dub. 32.* Bonac. *diſp 1 de leg. qu 3 p. 8.* & alii apud ipſos, volunt ut hæc intimatio fiat per nuntium, vel Epiſtolam ad hoc deſtinatam. Addit Sot. *l. b. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 1. nu. 4.* Nec ſufficere revocationem factam in curia Principis. Sed eſſe promulgandam in Diœceſi propria privilegiati. Et ſi ſint plures qui privilegio utuntur, vo- ſunt nonnulli, quos ſuppreſſo nomine citat Valſch. *1. 2. d. 156. c. 4.* etiam in ſingulorum oppidis, & civitatibus, eſſe promulgandam.

28 Verùm hujus ſum ego mentis, eam promulgationem revocationis cujuſcunque privilegii ſufficere ad hoc ut tollatur, quæ de jure communi ſufficit pro legibus, ad hoc ut dicantur obligare ut quemadmodum lex ſtatim obligat poſt ſufficientem promulgationem, ita ſtatim ceſſet privilegium poſt ſufficientem revocationis promulgationem, & omnia in contrarium facta deinceps ſint irrita, etiam facta ab ignorante revocationem, ita Coſcius. *cap. cognoſcentes de conſt nu. 87.* Bellam *in proem. Clem. num. 83* & Lud. Mol. *to 6. de iuſ. tract. 5. d. 70. nu. 2.* Quamvis poſ- 29 ſet dici quòd quamdiu ignorantia eſt invincibilis, cenſetur (ad validanda talia) Princeps ſupplere, quò majora inconvenientia in ſtatu publico vitentur per ea quæ ego tractavi ubi de *acquiſ. privileg. per viam erroris.* Quòd ſi admitti debet, vel maximè in uſu privilegiorum Regularium.

Et quamvis communiter dicatur de le- 30 gibus, acceptandas eſſe ad hoc ut obligent non poſſumus tamen ita ratiocinari circa revocationem privilegiorum, ſed ſtatim atque hæc legitimè, & ſufficienter facta eſt, oportet abſtinere, quia, ſicut non licet uti privilegio non conceſſo, ita nec revocato, perinde enim eſt, non fuiſſe conceſſum, vel eſſe revocatum, & qui tali privilegio uteretur, poſſet puniri tanquam de fallo, *arg. l. fin. ff ad l. cornel. de fall.* Dixi autem *legitimè* quia in opinione eorum, qui volunt non poſſe revocare, tunc contrarium erit tenendum. Nam ſicut 31 (hac ſuppoſita opinione) non poteſt eſſe legitima, hoc eſt juſta revocatio, ſic non erit obligatio ei deferendi, nec abſtinendi privilegio revocato, nili revocatio acceptata fuerit. Dixi item *ſufficienter*, puta ſervatis circumſtantiis aſſignatis, nem- 32 pe cum expreſſione debita illius privilegii quod Princeps intendit revocare, &

cauſæ

causę moventis, cum clausulis efficacibus juxta dicta, ubi de claus. *non obstantibus*, & claus. *plenit potest*. Et facta intimatione secundùm opiniones supra memoratas,
33 Quòd si aliquid ex his omissum fuerit,
34 v. g. si in revocatione, nulla causa expressa fuerit, putatur Princeps fuisse circumventus, secundùm Steph. Cost. *in cap. Alma Mater de sent excom. in 6. §. in festivitatibus.* Unde & non tenebuntur subditi deferre revocationi. Idemque dico si non utatur clausulis satis efficacibus, aut si confusè loquatur, seu alius defectus in scriptura notetur, vel intimatio fiat indebitè, tunc enim ut dictum est præsumitur Princeps circumventus, vel certè supposititia revocatio.

35 Atque hæc quasi in communi. Quod autem attinet ad privilegia Regularium, non desunt qui putent, esse irrevocabilia, tum quia spectant ad causam piam, tum quia transierunt in contractum, tum quia ad instantiam Regum concessa pro majori parte, tum quia causæ quæ ut concederentur suaserunt, adhuc durant *&c.* Sed certè contrarium probat praxis & communiter docent omnes, ut Felin *cap. 1. de prob. Et cap. quæ in Ecclesiarum de const.* Decius *eod.* Gloss. *c. decet de reg. iur. in 6.* Franc. *eod.* Barth. *leg. hi qui ff. de iur. imm. & leg. quod semel ff. de decret. ab ord. fac.* Bald. *leg. qui se Patris Cod. unde lib.* Fulgos. *l. privilegia eod. de sacros. Eccl.* Cravet. *cons. 276.* & Martin. Laud. *in tract. de privil. qu. 34.*

36 Ut verò sciamus, quænam privilegia Regularium sint verè, & effectivè revocata, advertendum est, hæc esse in duplici differentia, nam quædam illorum fuere concessa solo vivæ vocis oraculo (ut loquuntur) alia verò per constitutiones,
37 & Bullas scriptas. Et quidem quod ad oracula attinet, sit inter hæc adhuc distinctio, quia horum aliqua, licèt sola voce originariè fuerint concessa à Summis Pontificibus, successu tamen temporis fuerunt innovata, & confirmata ab aliis per constitutiones & Bullas scriptas, atque inde mutaverunt naturam, & habuerunt vigorem non virtute solùm oraculorum, sed virtute ejusmodi constitutionum, inter quas etiam meritò debent numerari ut jam ego monui ubi de confir. privileg. *v. quia verò.*

Igitur Gregor. XV. Anno 1622. die 38
1. Septemb. Cùm inaudiisset, nonnulla oracula minùs certa circumferri, volens hac in parte omnem abusum resecare ab Ecclesia, revocavit primò omnia oracula tam à se, quàm suis prædecessoribus emanata, quæ non forent concessa ad instantiam Regum, & manu alicujus Cardinalis attestata; B. quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Et cùm non satis adhuc provisum videretur per hanc constitutionem. Urban. VIII. Anno 1631. die 20. Decemb. omnia prorsus oracula revocavit, ad cujuscunque instantiam forent concessa, aut quomodocunque firmata, & roborata. B. quæ incipit: *Aliàs felicis recordationis.* Attamen quia oracula transierunt in naturam constitutionum per varias confirmationes subsecutas usque ad Clem. VIII. inclusivè ut plenius tractavi ubi de confir. *v. quia verò.* Ideo revocatio Gre- 39
gorii vel Urbani, pauca admodùm oracula afficit, aut fortè nulla, nempe ea sola, quæ emanaverunt à Leone XI. & Paulo V. qui soli sederunt à Clem VIII. usque ad prædictum Gregor. XV. Et quamvis fortè mens illius, & Urbani VIII. alia fuerit, loquendo tamen secundùm principia juris, hæc opinio mihi videtur omnino certa aut saltem probabilis, atque ideo tuta in conscientia. Et ita tenent Peyrin. Diana, Auson. & alii allegati loco citat. & citandi infra *sect. 4. v.*

quantùm demum.

40 Quantùm verò ad privilegia concessa per constitutiones scriptas, non minùs controvertitur, qualia, vel quæ sint revocata, cum sufficientibus circumstantiis ad hoc ut Regulares teneantur illis abstinere. Nam Tridentinum aliqua revocavit, ac deinde diversi Summi Pontifices, & præcipuè Clement. VIII. Gregor. XV. & Urban VIII. Sed quia plurimùm vocatur in dubium, an eorum revocationes sint sufficientes, & aliàs tædiosum foret hîc referre ad longum constitutiones, magis è re mihi visum fuit, si solùm in præsenti dixero, me in sect. 4. probabiliter ostensurum, nullam revocationem esse sufficientem, quamvis sim allegaturus ad instructionem, singulas revocationes, pro occurrentia privilegiorum, & difficultatum in contextu hujus operis.

ARTICULUS II.

De Amissione Privilegiorum per Renunciationem.

SUMMARIUM.

1 *Quisque potest renunciare suo juri.*
2 *Ad hoc requiritur ut sit certus illius.*
3 *Et ut per actum expressum renunciet.*
4 *Et ut omnes interesse habentes consentiant.*
5 *Et ut renunciatio acceptetur.*
6 *Regularis non potest renuntiare privileg. sui Ordinis.*
7 *Si renunciaverit etiam cum juramento, potest ad illud redire.*
8 *Clericus non potest renunciare privileg. Clericali.*
9 *Si omnes fratres unius Monasterii renuntiant privileg. sui Ordinis, non tenet.*
10 *Neque si omnes Prælati.*
11 *Requiritur ut ipsum capitulum renuntiet ad validitatem.*
12 *An licitum reassumere privilegium, cui fuit renuntiatum.*

ALter modus quo potest amitti aliquod privilegium, est per *Renuntiationem*, hoc est, si privilegiatus sponte testetur se non velle amplius uti suo privilegio. *cap. licet de Regul. cap. nuper de decim. & recursari ff. de acquir. hæred.* Quia his quæ pro

1 se introducta sunt recusare omnibus conceditur *cap. statuimus de Regul. l. si de dex ff. de min. & l. si quis in conscribendo C. Episc. & Cler.* Sed ad hoc requiruntur tria nempe *primò*, ut is, qui renunciat, sit certus, se tale jus vel privilegium habere, quia nemo videtur renuntiare juri quod ignorat. *l. is qui ff. de acquir. hæred. & l. ma-*

3 *ter ff. de in off. test.* ubi DD. *Secundò*. Ut pro actum expressum illi renuntiet: Quod si per tacitum, seu interpretativè, necesse est eum habere intentionem, ut dum hoc facit, valeat pro renuntiatione, vel ut sciat talem actum habere vim expressi; & pro tali ab omnibus reputari, quia aliàs non extenduntur actus, nisi ad cogitata, & ut in cæteris, sic & in renuntiatione, etiam generali, Secundùm notata à Barbos. *in colle. ad l. si de certa re. C.*

4 *de transf. Tertiò*, requiritur, ut omnes interesse habentes consentiant renunciationi. *c. ad hæc de off. arch. & cap. quia*

5 *omnes de Reg. jur. in 6.* Addunt aliqui pro *Quarta* conditione, renuntiationem esse acceptandam à Principe.

6 Atque ex his descendendo ad privilegia Regularium, quomodo possint renuntiationem amitti.

Respondeo *Primò*, non posse privatos fratres

6 fratres unius Ordinis, vel Cõgregationis suis renuntiare, tum ratione tertiæ conditionis, quæ deficeret, tum quia licèt usus privilegiorum spectet ad singulos fratrum in individuo, gratia tamen non est ipsis immediatè concessa, sed suo Ordini seu corpori, jura autem Ordinis non sunt penes singulos. Imo etiamsi aliquis privatus non pro toto Ordine, sed pro seipso solo renuntiaret privilegiis sui 7 Ordinis (etiam cum juramento) non teneret tamen renuntiatio; sed posset seipso redire ad renuntiata, quia quamdiu est Ordinis, non potest facere quin deriventur ad se ea, quæ sunt illius, ea ratione qua dicimus, non posse judicem laicum cognoscere cõtra Clericum, etiamsi ille renuntiet privilegio fori, & incurrere censuram, qui illum etiam consentientem percutit, quia non potest à se 8 abdicare privilegium illud, non illi sed suo Ordini clericali concessum.

9 Et eodem jure Respondeo *secundò*. Neque omnes fratres unius Monasterii, Cõgregationis, vel Ordinis, posse renuntiare alicui privilegio sui Monasterii, Ordinis vel Congreg. si sigillatim singuli suam renuntiationem producunt, quia licèt videantur omnes renuntiare, non renuntiant tamen nisi ut singuli, nec renuntiatio unius potest jungi cum renuntiatione alterius, & ficnõ potest dici adesse renuntiationem communem collegii, seu communitatis, sed singulares, & privatas, personarum singularium, longè enim aliud est personas agere prout unum corpus communitatis faciunt, & collegialiter, & agere quatenus sunt personæ privatæ.

10 *Imò tertiò*. Neque à Prælatis solis Monasterii, vel Ordinis potest hæc renuntiatio fieri. Tum quia renuntiatio est quædam species alienationis, Prælati autem non possunt seipsis alienare, quia illi non habent, nisi administrationem. *can. si privatum 12. 3u 1. & can. Episcopum 14. quæst. 1.* concessa autem administratione (etiam libera) non censetur data facultas alienandi. *cap. fraternitatem. de donat. leg. filiusfamilias. ff. eod. l. contra. ff. de pact l. præses. Cod. de transf.* Tum quia licèt illi sint pars nobilior sui corporis, non tamen sunt major, sed minor, clamant autem omnia jura, non posse partem minorem communitatis renuntiare juribus ad illam spectantibus.

Unde Respondeo ego *Quartò*. Hanc 11 renuntiationem esse faciendam, vel à Capitulo, aut in Dieta, repræsentante totum Ordinem, & tunc tenebit secundùm dicta in initio hujus artic. Et fratres illius Ordinis, Monasterii, seu Provinciæ, non poterunt ampliùs uti tali Privilegio. An verò possint postea ad illud redire, & 12 aliud Capitulum, aliáve dieta, vel novus Prælatus illud reassumere, ego puto, quòd si primò renuntiatio facta est per constitutionem confirmatam à Papa non possunt omnino ad illud redire. At si 2dò facta est per simplex statutum, major videtur difficultas, quia hoc ipso quòd Capitulum renuntiavit nomine communitatis, videtur abdicasse à se privilegium, cui renuntiavit, & ideo non posse ad illud redire. *argum. can. hoc nequaquam 7. quæst. 1. cap. ad supplicationem. & cap. quidam de renunt.* Absurdum enim est, aliquem redire ad id, cui renunciandum putavit. *leg. si quis ius iurandum. Cod. de reb. cred* Et non concedimus redintegrare, id quod semel repudiatum est. *leg. cum quidam eodem de condit insert.*

Attamen ego contrarium teneo, quia privilegium durat adhuc in voluntate Papæ, seu Principis, quamdiu renuntiatio non est acceptata. Ergo potest

rediri

rediri ad illud. Nam cùm unum Capitulum non possit ligare manus alteri, semper manebit integra facultas ad illa redeùndi, sicut videmus interdum sancita in uno Capitulo generali, cassari in sequenti, vel cassata redintegrari.

ARTICULUS III.

De Amissione Privilegiorum ob Cessationem causæ.

SUMMARIUM.

1 *Privil. non durat, nisi secundùm intentionem concedentis.*
2 *Princeps non intendit ut duret, si causa cessavit.*
3 *Hoc intelligitur secundùm aliquos in odiosis solùm.*
4 *Privil. non cessat cum causa, si illa est solùm partialis.*
5 *Neque si adhuc durat conditio personæ.*
6 *Quid tenendum de privilegio, cuius causa impulsiva cessat & 8.*
7 *Regulares relaxati an omittant ob id privilegia & 9.*
10 *Multa privilegia fuêre concessa Regul. propter observantiam.*
11 *Monasterium non gaudet privilegiis Congreg. à quâ separatur.*
12 *Aliæ explicationes axiom. quod cessante causa cessat privilegium. 15. 17. 18.*
13 *Privilegium datum propter paupertatem non amittitur acquisitis opibus.*
15 *Neque datum ob multitudinem liberorum, aliquibus mortuis,*
16 *Concessum ob dignitatem, eâ abdicatâ, retinetur.*

HAc via item amitti privilegia constat ex *can. generaliter. 16. qu. 1. can. fin. 25. q. 2. cap. cum cessante, de appell. cap. quia nonnulli de cler. non res. cap. suggestum. de decim. cap. Abbate de verb. sign. l. quoties. C. de prec. imp. offf. l. titia. ff. de legat. 2. & l. privilegia. ff. de reb. aut iud. poss.* Ratio est, quia privilegium non durat, nisi secundum intentionem concedentis, non est autem credibile, intendere & velle Principem, ut duret, cessante causa propter quam illud concessit: sicut non est credibile, quòd fuisset concessurus, si causa non extitisset: sùnt autem paria, non habuisse causam ab initio, aut jam finitam esse, quæ fuit. Et ita præter jura citata, docent Gloss. *cap. ita nos 25. quæst. 2.* Crot. *cap. salubriter. de usur.* Et Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit de instr. ed. §. 11.*

Verùm distinguendum est primò inter privilegia. Nam Sanch. & nonnulli alii volunt illud axioma, quòd cessante causa, cessat privilegium, debet intelligi de solis odiosis.

Distinguendum est secundò inter causam totalem, & partialem; nam si causa privilegii cessat solùm ex parte: aut si una sola cessat, cùm sint plures, non tamen cessabit privilegium. Neque similiter si adhuc durat conditio personæ, propter quam conjunctim cum causa, (quæ cessavit) concessum fuit *§. affinitatis. Inst. de nupt.* Barth. *l. 1. ff. sol. matr.* & alii cõmuniter.

Item ego distinguo inter causam finalem & motivam, seu impulsivam; quia si sola impulsiva cessat, non tamen privilegium, modò finalis duret. Et sic v. g. Roder. *to. 1. qq. reg. 9. a. 10.* ait, quòd licèt aliqui Religiosi malè vivant, & sint relaxati, non tamen amittunt sua privilegia, quia, inquit, hæc concessa sunt Ordini & statui, non formæ vitæ, quamvis hæc (puta observantiæ rigor) fuerit causa impulsiva, & motiva eorum.

Sed hæc doctrina patietur difficultatem in opinione eorum, quos retuli, vbi de intellectu privil. *v. addit Angel.* qui volunt vitiari rescriptù ob falsitatem causæ impul-

impulsivæ, sic enim non immeritò dici posset, quòd quemadmodum falsitas huius causæ reddit impetratum nullum: ita & ejus cessatio facit illud cessare. Et ita tenet Nald. *v. causa n. 9.* Quos tamen cõciliare possumus, si dicamus, hanc doctrinam veram esse, & privilegium cessare ad cessationem causæ impulsivæ in odiosis solum, & de his intelligendum loqui DD. citatos. Rodericum verò de favorabilibus, in quem sensum ego explico Angel. qui sibi videretur aliàs contrarius in *v. causa n. 4.* Ubi dicit non cessare effectum ad cessationem causæ impulsivæ. Quòd si de merè favorabilibus etiam placet axioma nostrum intelligere, & dicere ea similiter cessare ad cessationem causæ. Id ego verum dicam, quando impulsiva imbibitur in finali: vel quando efficacissimè operatur, & movet, nõ si leviter tantum, hoc est nõ concurrendo & movendo, sed concomitando causam finalem, vel aliam impulsivam efficaciorem, per modum cujusdam considerationis.

9 Ex qua distinctione ego revoco in magnum dubium opinionem Roder. si non pro omnibus, at certè pro non paucis privilegiis. Arbitror enim, quòd in Monasteriis seu Ordinibus relaxatis cessant privilegia cõcessa favore observantiæ, quia hæc fuit illorum vel causa finalis, vel in finali imbibita, aut certè efficacissimè impulsiva. Nõ pauca autem fuisse talimodo concessa patet, ex ipso tenore, & præfatione litterarum Apostolicarum, in quibus Lector prudens non infrequenter advertet Rom. Pontifices sumere occasionem, & motum ad concedenda privilegia ex observantia, vita exemplari, bonis operibus, & fructibus, quos in Ecclesia exhibent Ordines, quibus talia concedunt. *Ex tali autem modo loquendi intelligitur mens Papæ, & ex Religionis observantia, seu zelo motum fuisse*, ait Rebuff. *1. p. de claus. mand.* Circa quod vide Gloss. *cap. ita nos. 25. qu. 2.* Sícque (Salvo meliori judicio) admodum dubius mihi videtur privilegiorum usus in Ordinibus vel Monasteriis relaxatis. Quando verò possit dici Ordo aliquis relaxatus? hîc taceo, viderit quisque quam conformiter ad suam regulam vivat. Vide dicta §. 1.

Et per proportionem ad hæc omnia, 11
ego censeo, quòd si aliquod Monasterium vel Congregatio acquisivit privilegia per respectum ad aliam cui uniebatur, vel ad instar cujus fundabatur, ab his omnino debet cessare, si separari contingat, vel formam vivendi & statum mutare, nisi aliter disposuerit author privilegiorum, in ejusmodi mutationis inductione, vel alio justo titulo, se in privilegiorum talium usu manuteneat. Et Ratio est, quia unio, seu fundatio ad instar fuit causa motiva, aut certè in illa imbibita, & efficacissimè impulsiva eorundem privilegiorum.

Sed & pro explicatione nostri axio- 12
matis, quòd *cessante causa cessat privilegium*, venit tertiò Distinguendum in unione & dependentia, quam habet privilegium cum tali causa, ejusve existentia, seu ex natura rei, seu ex voluntate concedentis, si enim Papa vel Princeps consideravit solam existentiam de præsenti talis causæ, quando concedebat gratiam, certè nemo dixerit eam cessare ad cessationem illius. Et sic v. g. privilegium perci- 13
piendi decimas, concessum Monasterio pauperi, non cessat, etiamsi contingat tale Monasterium devenire ad ditiorem statum. Sic exemptio tributorum con- 14
cessa homini ob multitudinem prolis non cessat etiam si illa diminuatur per mortem aliquot liberorum. Et si de aliis. Vanguel. *cap. decet. de reg. iur. in 6.*

Quar-

15 Quartò. Distinguendum est in modo, quo causa cessat, physicè ne tantùm, an moraliter, an utroque modo vel an mutet naturam, ut quæ primum fuit impulsiva, fiat finalis, nam si cessat solùm physicè, non cessat privilegium cum illa, nec
16 similiter si ex impulsiva, fiat finalis, aut quando illa cessante, remanent reliquiæ, & sic v. g. privilegium concessum dignitati, durat interdum eâ abdicatâ in memoriam ipsius, eò quòd moraliter censetur adhuc durare in persona *l. fin. ff. de decur.* Dec. *l. in omnibus. eod. de reg. iur.* Et Albertin. *cap. quoniam. de hæret. in 6. quæst. 6. n 5.* Vanguel. *cap. decet. eod. de reg. iur.*

17 Addunt Suar. *lib. 3. de leg. cap. 30.* Salas *d. 20. sect. 6.* & Alii, tunc tantùm cessare privilegium ad cessationem causæ, cùm illa cessat contrarie, vel quando ex cessatione talis causæ factus est injustus privilegii usus.

18 Addit Panor. *in cap. Abbate. de verb. sign. n 17.* causam sic debere cessare & tam absolutè, ut nulla spes restet de restauratione illius in futurũ; secus si allucet spes aliqua illius reviviscentiæ, sed per illud interstitium manebit privilegium sopitum, & illius usus illicitus, qui tamen poterit reassumi revivisçente causa, absque alia licentia Papæ vel Principis.

ARTICULUS IV.

De Amissione Privilegiorum per non usum.

SUMMARIUM.

1 *Civitas amittit ius nundinarum, si per 10. annos nullas celebravit.*
2 *Quid de jure conferendi gradum doctoratus, si universitas per idem tempus nemini contulit.*
3 *Ad amittendum privil. per non usum idem tempus requiritur, quod ad præscriptionem.*
4 *Privilegia favorab. non amittuntur per simplicem non usum.*
5 *Odiosa præscribuntur spacio 10. vel 20. annorum.*
6 *Ad amittendum privil. per non usum oportet fuisse occasionem utendi.*
8 *Item requiritur in privilegiato scientia, & quæ.*
9 *Itẽ ut non abstinuerit coactè, & quid hic coactio.*
10 *Non usus inducit præsumptionem renuntiationis.*
11 *Per non usum illi soli amittunt privil. qui possunt renuntiare.*
12 *Qui non sunt usi privilegio, possunt ad illud redire, & quando.*
11 *Nullum Regularium privil. est amissum per non usum.*

ETiam hac via amitti privilegia certum est; hoc autem ut explicetur. Suppono *primò*. Horum alia esse *affirmativa*, alia *negativa*. Et rursus tam affirmativa quàm negativa esse aut *favorabilia*, aut *odiosa*. Et cum de solis *affirmativis* hîc possit esse sermo, volunt nonnulli, illa generaliter amitti, spacio 10. annorum per nô usum; propter dispositionem *l. 1. ff. de nund.* secundùm quam Civitas amittit jus, seu privilegium celebrandi nundinas si per 10. annos nullas celebravit. In quem modum Barth. *ibi* dicit, quòd similiter universitas amittit jus doctorandi, si per tantum spatii neminem doctoravit. Itaque etiam de privatorum privilegiis sentit Nald. *v. privilegium. n 4.* Alii tantum temporis requirunt, quantum de jure requiritur ad præscriptionem, ad *leg.* verò allegatam respondent eam continere dispositionem specialem, quæ non potest trahi ad alias materias.

Ego verò sic distinguo, & dico, quòd quantùm ad privilegia simpliciter *favorabilia*, ut celebrandi Missam ante diem, in altari portatili &c. hæc nunquã amittuntur per simplicem non usum, etiam si privilegiatus non fuerit usus per mille annos (si per tot viveret) nisi simul cum nô usu adjungatur contrarius usus, eo modò quo inferiùs dicetur. Ita Præpolit. *cap.*

illis d. 4. Panor. & Ioan. Andr. *cap. Ioannes de Cler. Coniug.* Iaſ. *l. de quibus ff. de leg.* Cign. *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Aretin. *§. igitur. in proem. inſt.* Angel. *in ſum. v. lex num. 17.* Sylu. *conſuetudo. num. 13* & Laym. *in Theol mor. lib. 1. tract. 4. cap. 23.* Et ratio eſt, quia privilegium non neceſſitat ad agendum, ſed dat facultatem.

5 Quantùm verò ad priuilegia odioſa, hæc jure communi amittuntur, ſpati 10. annorum inter præſentes, 20. inter abſentes: quia tunc non tantùm intereſt non uſus. Sed adverſarius qui ſentit incommodum, ex talibus privilegiis, præſcribit libertatem contra ipſa; ex diſpoſitione autem juris, præſcribuntur tanto termino, quævis aliæ obligationes & ſervitutes, ſeu reales, ſeu perſonales. Gloſſ. *l. 1 cit. de nund.* Suar. *lib. 8. de leg. cap. 84.* & Laym. *ſupra cit.*

6 Verùm præter hunc lapſum temporis, aliqua alia requiruntur à DD. ut per hanc viam non uſus, amittatur aliquod privilegium, nempe primò ut privilegiatus, habuerit occaſionem utendi ſuo privilegio, & tamen non ſit uſus. Gloſſ. *c. ut privilegia. de privil. & cap. Abbate de verb. ſignif.* Panor. & Butr. eod. Burg. *c. cum acceſſiſſent. de conſt* Jaſ. *l. beneficium ff. eod.* Nald. *v. privilegium. numer. 4.* & Bar-
7 boſ. *de off. pot. epiſc. p. 2. alleg. 26.* Fallit ſi non fuit occaſio utendi & ita ſpeciali jure pro Caſſinenſib. declaravit Eugen. IV. apud Margar. *in Bull. caſſin.* Nald. *loco ſupra cit.* Roder. *to. 1. qq. reg. 8. a. 5.* & Tambur. *to 1. de iur. abb. d. 17. quæſt. 14.*

8 Secundò, ut privilegiatus non ſit uſus ſuo privilegio ſcienter: hoc eſt, quòd licet ſciverit, ſe habere tale jus, & adeſſe occaſionem illò utendi, noluerit tamen: ut ſcientia ad hunc effectum debeat reſpicere, tam privilegium, quàm occaſionem uſus Barboſ. & Nald. *citati.*

9 Tertiò, ut voluntariè hoc eſt propria ſponte abſtinuerit privilegio: quòd ſi fuit prohibitus, nec etiam illud amittet per non uſum, & prohibitionem ego hìc intelligo, non tantùm phyſicam, quæ fit vi illata, ſed etiam moralem, ob reverentiam, ſeu ſimilem alium reſpectum, vel circumſtantiam, ob quam privilegiatus, judicat ſibi expedire, hic & nunc abſtinere privilegio. Barboſ. Burg. & Nald. *citati.*

10 Demùm quartò ut nõ ſit uſus ſuo privilegio ex negligentia, eaque tali, ut inducat præſumptionem, renuntiationis. Gloſſ. *d. 22. & cap privilegium. 11. qu. 3.* & Specul. *lib. 2. tit. de inſtr. edit. §. 11.* Aliàs non uſus, reſolvetur, in ſimplicẽ noleitatẽ. Ex quo fit quòd illi ſoli poſſunt amit-
11 tere aliquod privilegium per non uſum, qui poſſunt illi renuntiare ut bene adver-
12 tit Barboſ. *loco ſupra cit.* Et ſic quando aliquod Privilegium ſpectat ad plures quorum alii uſi ſunt, alii non, manet ſemper in ſuo virore, adeò ut illi qui non ſunt uſi, poſſint ad illud redire, niſi obſtet a-
13 liud, de privilegiis verò regularium, cùm non conſtet ullius uſum fuiſſe univerſaliter, in omnibus ordinibus, & ordinum Monaſteriis fuiſſe intermiſſum, modo ſupra explicato, ideo & hac via nullum puto hactenus extinctum fuiſſe.

ARTICULUS V.

De Amiſſione Privilegiorum per contrarium uſum.

SVMMARIVM.

1. *Privilegia amittuntur per cõtrarium uſum, & quæ 10.*
2. *Vſus contrarius, quomodo dicatur in privilegiis.*
3. *In uſu contrario includitur præſcriptio.*
4. *In uſu contrario includitur præſumptio renuntiationis.*

5. *Contrarius usus, aliquando resolvitur in simplicem non usum.*
6. *Vt usus contrarius extinguat privil. quomodo debet ei esse contrarius.*
7. *Regulares non amiserunt ullum privil. per contrarium usum & seq.*
   Possunt reassumere omnia quæ sic dicuntur amissa ibid.
9. *Etiam odiosa.*

1 HUnc modum, quo possunt amitti privilegia, discimus ex *cap. cum accessissent. de const. c. pro illorum. de præb. c si de terra &c. accedentibus. de privil. l. auxilium de min. l. cum pater. eod. de leg. 2.* Gloss. *cap. privilegium. 11. quæst. 3.* & Specul. *lib. 2. tit. de*
2 *instr. edit. §. 11.* Pro hujus autem propositionis explicatione, supponendum venit, quòd in materia privilegiorum, usus cõtrarius (si propriè loqui volumus) dicitur tantùm de negativis, ut bene advertit Barbos. *de off. & pot. ep. p 2. alleg. 26.* v. g. si quis non obligatus ad decimas solvat, si exemptus ab ordinario se submittat &c. tunc enim verè amittitur privilegium per ejusmodi actus contrarios, & hoc du-
3 pliciratione, nimirum, quia per tales actus incipit præscriptio currere, quæ tandem completa extinguit privilegium; ut si exemptus subjiciat se in aliquo, incipit Episcopus fundare, suam jurisdictionem, ac tandem post 10. annos subjectionis,
4 extinguitur exemptio, vel quia inducitur interpretativa renuntiatio, quia ex quo suo privilegio, scienter quis contravenit, censetur illi renuntiare, & consequenter lege renuntiationis, illud amittit. Gloss. *c gratum. de off. & pot. Iud. del & c. cum accessissent de const.* Panor. *eod.* & Sylv. *v. privilegium. num. 11.* Quorum doctrinam ego intelligo, juxta dicta in articulo præ-
5 cedenti, de non usu, aliàs autem simplex contraventio, resolvitur in non usum per quem solum, non amittitur privilegium, ut inter alios docet Burgos. *c. cum accessissent cit. n. 259.*

Addit Sylv. quòd ut privilegium amittatur per contrarium usum, actus debet esse illi contrarius directè, & non sufficere si indirectè tantùm. Et ut vult Bon. *q. 3. de priv. p 8. § 6.* talis actus debet esse contrarius privilegio materialiter, simul & formaliter, hoc est, quod debet exerceri animo renuntiandi, & se subjiciendi juri communi. Et ut ait Barb. *alleg. 26 cit* exerceri tanquam susceptus, non ex voluntate, sed ex obligatione.

Ex quibus patet, Dianam *tract. 2. dub. reg. resp. 88.* rationabiliter asserere de regularibus quòd licèt aliqui habuerint contrarium usum alicui privilegio: possunt tamen ad illud redire, & reassumere, quia inquit contrarius usus, inducitur ordinariè, per non usum, per quem non formatur consuetudo, nec consequenter amittitur privilegium, & pro tollendo omni dubio, & scrupulo, ita repetitis vicibus declaravit Eugen. IV. pro Cassinens. & Nicol. IV. pro Carthus. Et illos non amittere ullum privilegium, etiam per unum aut plures actus ex ignorantia, vel negligentia, alicui contravenerint. Margar. *in bull. Cassin.* Tambur. *to. 1. de iur. abb. d. 17. qu. 14.* Portel. *v. privil. cessatio. numer. 62.* Cæsar. *v. privilegia. num. 33.* & Nald. *v. privilegium. num. 4.* Quæ declaratio, sanè debet intelligi, non solùm de privilegiis favorabilibus, sed vel maximè, de odiosis, aliàs nihil operaretur, cùm de jure communi, & secluso omni gratia, vel declaratione, nunquam amittatur, privilegium favorabile, per contrarium usum, ut bene inter alios observat Laym. *in theol. mor. lib. 1. tr. 4 c. 23.*

AR-

ARTICULUS VI.

De Amissione Privilegiorum per Præscriptionem.

SVMMARIVM.

1. *Privilegia amittuntur per præscriptionem. Et quæ 3. 4.*
2. *Privilegia computantur inter bona.*
4. *Nulla præscriptio currit contra Cassinenses.*

1 QUa ratione ego dixi *in c. 3.* hujus sect. acquiri privilegia per viam præscriptionis, eadem per proportionem amittuntur, servatis nimirum ex parte præscribentis, contra privilegiatum, his quæ ad complendam præscriptionem requiruntur, ex dispositione juris quæ *ibi* ego tetigi, & ideo repetere supersedeo. Nam quia privilegia computantur inter bona, ut inter alios notat 2 Portel. *v præscrip. cont. bona. num. 1* ideo potest contra ipsa, jus acquiri, ipsâque possunt tolli à privilegiato per viam præscriptionis, ut quævis alia jura vel bona. *c. placuit. 16. q. 3. c. sanctorum. c. de quarta. c. illud. c. ad aures. de præsc. & c. accedentibus. de privil. & l. cum in longi. C. de præscr. longi temp.*

Quod tamen venit intelligendum, de 3
de privilegiis privatorum, vel particularium ecclesiarum, non de his quæ sunt concessa Cassinens. aut habentibus beneficium communicationis, cum ipsis, nam licèt præscriptio compleatur spatio 10. annorum inter præsentes, 20. inter absentes, aut 40. si agitur contra eccle- 4
siam, &c. Attamen contra, Congregationem Almam Cassinens. & ejus monasteria, nullo tempore compleri potest præscriptio, ut videbimus sect. 3. ubi de bonis. *num. 4.* Et sic quæ dicta sunt de amissione privilegiorum per præscriptionem, intelligi debent, ut jam monui de privilegiis privatorum, non verò regularium.

* * * *
* * *
*

SECTIO SECUNDA
DE PRIVILEGIIS COMMVNIBVS ORDINVM REGULARIUM.

PRivilegia regulariũ, sunt in triplici differentia. Alia enim concessa sunt ipsis in communi, hoc est, ipsi statui religioso, quibus æqualiter, & æquè primò participant omnes, qui regularium nomine censentur. Alia concessa sunt in particulari, & singulariter singulis ordinibus, quibus ipsi gaudent, & alii qui beneficium communicationis obtinent. Alia demum concessa sunt regularibus, non directè, & immediatè, sed personis alterius status, quæ tamen ratione suadente, & accedente juris dispositione, ipsis tribuuntur. Et quantùm horum sunt capaces, ad eos extenduntur, plenius aut strictius, pro majori, vel minori, quàm reperiuntur habere ad ipsa aptitudine, aut è contra, repugnantia, de quibus omnibus in sequentibus.

CAPVT I.
De privilegiis personarum alterius status, quibus Regulares fruuntur.

SVMMARIVM.

1. *Clerici sunt milites, & nobiles & 6.*
2. *Serviens Regi, est nobilis ipso facto.*
5. *Non decet Regem uti servitio ignobilium.*
6. *Regulares veniunt nomine Clericorum.*
8. *Item nobilium.*
9. *Item militum.*
10. *Item pauperum.*
7. *Et fruuntur eorum omniũ privilegiis, &c.*

QUatuor sunt genera personarum, quarum jura, & privilegia derivantur ad regulares, Clericorum, Nobilium, Militum, & Pauperum. Hoc autem ut explicetur tale ego pono fundamentum. Quòd (ut bene notat Corset. *c. grandi de sup. negl. præl. in 6. n.* 127.) quando aliqua conveniunt, in cõmuni vocabulo (etiam Secundùm largam significationem) appellatione unius comprehenduntur & cætera, si adest eadem ratio & agitur de favore, quamvis secus sit in odiosis. Quod probatur per ea quæ dixi, ubi de acquisit. privil. per viam extensionis, & per Gloss. in *Clementin. prima de rescript. Tertia eod.* Et *prima de elect.* Et sic *v. g.* quia nomen militis in largiori significatione, tribuitur Clericis. Ideo & Panor. in *cap. Episcopus de prob.* Joan. Quint. hæduus *cap de multa eod.* Gomez. *c. mulieres de iudic. in 6.* Paris. *c. cum ex officii eod de præscr.* Lap. *alleg.* 101. Angel. *In sum. v. Clericus 14. n primo.* Sylv. *eod. v. n. 5.* Et passim alii docent Clericos esse milites, puta Dei & cælestis militiæ, & ob id ipsis convenire privilegia armatæ militiæ.

Sic quia, hi qui ad familiam Regis adscisciuntur, censentur nobiles, & statim nobilitari ex quo in aula deputantur ab-

cui

cui ministerio, quantumvis exiguo (etiam coquus.) Et hoc propter personam Principis, cui, servitur, & quem nō decet uti servitiis ignobilium *l. omnium. C. de testa. l. 1. eod. de præpos. lab. lib. 12. & l. 1. eod. de domest. & protect.* Luc. de pen. *in rubr. de privil. eod.* Felin. *in rubr. de off. del.* Mandos. *cap quoniam. de preb.* Catill. Cotta *in memorab. v coquus.* Barbat. *de præst. cardin. q. 1.* Roman. *singul. 294.* Francis. Lucas *in tr. de fisco & eius privil.* Et Cōrad. Lancel. *in temp. ord. iud §. 4. de pot. & præst. imper. v. clarissimorum.* Et nomine regis, ac Principis supremi Deus intelligitur præ omnibus aliis mortalibus, propter quod appellatur à 6 Propheta *Deus deorum.* Ideo & Clerici, qui in ejus sortem assumuntur, & jugiter ei assistunt ac officia peragunt, non pari modo, sed fortiori jure, nobiles reputantur, & ex quo clero quis cooptatur, statim nobilitatem cōsequitur, & nobilium privilegiis fruitur ut inter alios notat Joan. Andr. *cap. libentius de serv. non ordin.*

7 In hunc igitur modum, quia regulares veniunt nomine Clericorum: & monasteria nomine ecclesiarum. *c. cum dilectus. de const c fin. de rel. dom.* Panor. *c. 1. de inst.* Arrias de Valder. *cap. porro de sent. ex.* Corset. & Dominic. *c. grandi cit.* Aufrer. *c. clem. ut Clericorum. de off. ordin.* Rectè ideo inferunt idem quod regulares, & monasteria, gaudent privilegiis clericorum, & ecclesiarum, pro quo facit *lex omnia privilegia C. de ep. & cler.* Atque hic est primus ordo privilegiorū, personarum alterius cōditionis, quæ attribuuntur regularib⁹.

Rursus autē, sicut Clerici dicuntur nobilitari, & nobilium jure censeri, eò quia sunt de familia, & de sorte regis cælestis & ejus servitiis addicti. Ita & eadem ratione statim atque aliquis fit religiosus, 8 per necessariam consequentiam, fit nobilis, ad ingressum monasterii, & nobilium privilegiis incipit frui, ut affirmant Felin. *c. cum deputati. de iudic.* Rebuff. *c. postulastis. de cler. ex.* & passim alii. hæcque est altera classis privilegiorum, quibus regulares fruuntur.

Tertiò. Quia quo jure, quâve ratione 9 Clerici dicuntur Milites cælestis militiæ, hac eadem & regulares; qui & ob id appellati sunt à græcis *Ascetæ*, & eorum cœnobia, dicta *asceteria.* Ideo & eodem jure, cum Clericis fruuntur, militum privilegiis, unde habemus tertium genus privilegiorum pro ipsis.

Quartò. Demum quia regulares sunt 10 in veritate pauperes, quamvis voluntarii, & ex electione ideo sicut nomine pauperum veniunt, ita & privilegiis pauperum participant, ex quo paupertatis principio promanat quartum genus privilegiorum quibus gaudent.

§. I.

De privilegiis Clericorum, quibus Regulares fruuntur.

SVMMARIVM.

1. Clericorum privilegia quæ, & quot.
2. Clerici sunt de civitate, in qua habent beneficia.
5. Vtuntur omnibus iuribus civium In favorabilibus. 3. & 4. secus in odiosis.
7. Idem dicendum de Regularibus.
8. Clerici & Regulares, habent privil. Canonis. Et quid illud.
9. Vt dicatur peccatum contra hoc privilegium quid requiratur, & 10.
11. An duplicem censuram contrahat, qui offendit regularem sacerdotem.
12. Clerici habent privilegium fori, & in quo consistat.
13. Clericus recusans iudicem laicum non est contumax.
14. Causa cadit qui Clericum citat ad laicum.
15. Processus, & sententia iudicis laici, in Clericum, est nulla.

16. Fal-

16. Fallit in duobus casibus, & 17.
18. Clerici iure divino habent privilegium fori,
19. Quo sensu intelligatur hoc privil. illis datum ab Imperatore.
20. Non possunt esse rei maiestatis.
21. Quid si feudum teneant à rege.
22. Privil. fori aegrè servatur Clericis, & Regularibus.
23. De iure illud amittunt in quibusdam casibus.
24. Clerici sunt exempti à muneribus personalib.
25. Fallit in quibusdam casibus de quibus iudicare est Episcopi. 26.
27. Clericus non potest distrahi à patre.
28. Potest vendicare rem suæ Ecclesiæ.
29. Non tenetur ad gabellas, aut quasvis præstationes.
30. De quibus bonis id intelligendum & seq.
32. Bona acquisita à Laicis tenent Clerici, tanquam Laici.
33. Iure regni omnia bona obnoxia tributis.
34. Ecclesia utitur iure minorum cum aliqua tamen differentia.
35. Petit restitutionem ex triplici capite.
37. Ecclesia non obligatur ex facto Prælati.
39. Ædificium cedit solo sed fallit respectu Ecclesiæ. 38.
40. Ecclesia tribuit beneficium asili.
41. In quo consistat ius asili.
42. Quibus beneficium asili servandum.
44. Quibus negandum, & 45.
43. Monasteria Regularium, asilum tribuunt, & quæ eorum loca.
46. Quid agendum in dubio, an reus debeat frui asili gratia.
47. Quid, du... constat quod non.
48. Regularium Ecclesiæ, habentur pro collegiatis in favorabilibus secus in odiosis. 49
50. Pro Ecclesiæ utilitate licet agere, sine procuratione.
51. Imperator, & supremi principes, sunt advocati Ecclesiarum, & monasteriorum habent ius intervenendi in causis eorum frequenter sic intervenerunt. 52. 53.
54. Ecclesiastica, & temporalis iurisdictio, se invicem iuvant.
55. Diversi Principes, laudabiliter voluerunt habere notitiam morum Monachorum.
56. Clerici, & Regulares in suis gravaminibus, possunt recurrere ad principem.
58. Ita cavetur legibus Lusitaniæ, & de hoc exempla ibid.
57. Talis recursus, dicitur, appellatio de abusu.
59. Eius iustitia asseritur 61. & 62.
60. Ante eiusmodi appellationem quid faciendum.
63. Laici peccant eam admittendo indebitè, & de hoc exempla remissivè. 64.

CArdin. *in clem. 1. de vit. & hon. cler.* enumerat. 14. privilegia status Clericalis, & Clericorum. Quæ item ex Zensel. & Afflict. refert Franc. *eod.* Et post ipsos Aufrer. *in Clem. ut clericorum de off. ord.* Joann. Andr. & Dominic. *in c. unic. de cler. coniug. in 6.* Angel. *in sum. v. clericus n. 14.* Sylv. *eod. v. n. 5. §. 1* & Armil. *eod. v num. 29.* Sed Joan. Ant. de Nigr. *in extr. unic. de vit. & hon. cler.* ad 42. recensèt, quorum hæc sunt scitu magis necessaria, cætera enim coincidunt cum Privilegiis militum, vel nobilium, de quibus nos in sequentibus.

Primum est quòd Clerici, sunt de populo, & communitate, seu cives locorum in quibus habèt beneficia, *c. princ. 23. q. 5. c. accedens. 2 vt lit. nova cont* Gemin. *c. si sententia de sent. ex.* Ancar. *eod. & cons. 340.* Bald *l. 1. ff. de off præf. vrb.* Oldrad. *cons. 32.* & Alex. *consil. 41. volum. 7.* Vnde Ioan. Andr. *c. fin. de off. del. in 6.* ait, quòd privilegium concessum districtualibus, extenditur ad Clericos. Et similiter quòd statutum, illos comprehendit, si offert commodum. Et Oldrad. cit. vniversaliter ait, posse eos uti, & frui omnibus juribus, commodis & Privilegijs, quibus fruuntur homines vniversitatis, in qua habitant, sicut & Ecclesia dicitur esse de corpore civitatis,

in

6 in qua extructa est, ut notat Bald. *cap. 1 de eo qui arm. bell. in vsib. feud.* Cùm tamen secus sit in odiosis, in quibus nunquam nomine civium veniunt. Vnde Feder. de sen. *cons. 70.* & Castren. *cons. 175. lib. 3.* dicunt quòd interdicta v. g. civitate, aut ejus populo, nō censentur interdicti Clerici & sic de cæteris. Quæ omnia per proportionē, habent locum in Regularibus.

8 Secundum. Privilegium est, quod vocatur Canonis, puta canonis *si quis suadente 17. quæst. 4.* Qui est Innoc. Et in quo adæquatis Monachis cum Clericis sic loquitur. *Si quis suadente diabolo, hujus sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quòd in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum, præsumat, illum absolvere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.* Est autem hoc privilegium solemne, pro securitate Clericorum, & Monachorum: in eo enim prohibetur, quæcunque vis illis inferri, non tantùm per quam lædi possunt in corpore, sed etiam in honore, & reverentia debita illorum statui: ut si quis in faciem spueret, aquam aut lutum in caput funderet, vestem laceraret pileum detraheret conculcandum, equitantem per frenum equi arrestaret &c. in his enim & similibus alijs semper incurritur censura: quia certum est gravem injuriam in eis contineri, atque per ea caracterem clericalem lædi. Et incidit in pænam, non tantùm qui horum aliquid fecerit per se ipsum, sed etiam qui jubet, consulit, ratum habet, aut quovis modo cooperatur. Imò & qui non impedit, cùm potest & debet, seu ex officio, secundùm communem doctrinam, seu ex sola charitate, dum non est alius qui prohibeat, secundùm nonnullos, non obscuri nominis Theologos.

Verùm duo requiruntur, ad hoc ut 9
censeatur peccatum contra hunc Canonem, & ejus privilegium, nempè primò. Ut offensa illata sit suadente diabolo, hoc est injustè, seu quoad substantiam quia Clericus non meruit percuti: seu quoad modum quia non meruit percuti tali modo v. g. calce, baculo &c. seu quoad quantitatem, ut si cùm unam aut alteram plagam meruit, infligantur decem, hæc enim omnia sunt semper injusta, & consequenter suadente diabolo, attentata; secundò, requiritur ut offensa 10
sit sacrilega: hoc est, tam gravis seu ignominiosa, ut judicio prudentis viri, censeatur dignitas clericalis, per illam læsa, in persona illius cui illata est: ut si quis illi spuat ad faciem, aut calce percutiat, nullus est enim qui talia non reputet 11
in gravem injuriam. Addit satis probabiliter Bonac. *to. 1.* hunc qui offendit Monachum, sacris initiatum, incurrere non unam, sed duplicem censuram, ob duplicē irreverentiam admissam, seu offensam, in statum ac characterem Clericalem, & in schema Monasticum. Et ita videtur posse inferri ex ipso textu Canonis, in quo exprimūtur Clericus, & Monach' quasi diversi, sicut sunt de facto.

Secundùm. Privil. est quod dicitur fori, & consistit in duobus, nempè quód Clerici non tenentur legibus sæcularibus, nisi ex æquitate naturali, non autem vi coactiva, ut Laici. Et quòd non tenentur respondere in judicio coram judice Laico pro quavis causa, seu civili seu criminali. (*a*) De quo *in cap. si diligenti. de for. comp. cap. Clerici cap. atsi Clerici. de iu-*

(*a*) Vix umbra hujus Privilegij restat apud Gallos quamvis in eorum concilijs frequenter innovatum sit ut in Areli. 2 Canone 31. Aurel. 4. Can 20. Antisiod. Can. 43. Matifran. 1. Can. 7. & 2. Can. 10. Paris. 5. Can. 4. Remense Subdayob rege Can. 6. Vide epi. 8. Nicolai primi Papæ ad Micha Clem. 3. imper. apud Baron. t. 10. ann. 865. nu. 88. & 89.

dic.

dic. cap. cum non ab homine. eod. & auth statuimus C. de ep. & Cler. Unde si aliquis citetur ad tribunal judicis Laici, non tenetur, pro declinatoria comparere secundùm Jul. Clar. *li. 2. sent. q. 36.* pro quo fa-
13 cit *cap. significasti. de for. comp. & l. omnes. C. de ep. & Cler.* Cum *novel. 83. & 123* Et tali casu non modo non potest dici contumax, ut monet Gram. *decis. 29.* Quin
14 potiùs causa cadit qui ipsum in jus vocavit per *auth. statuimus. C. de ep. & Cler.* Ubi
15 Castr. & Zaba. *cons. 59.* Et si judex inquisivit, vel processum formavit, ipso jure, est nullus, ut inter alios notat Rolland. à Valle. *lib. 1. cons. 4.* Et similiter sententia inde secuta (etiam absolutoria) ut monet Postilla ad Barth. *lib. 1. cons. 225. cap. in Clericorum. 11. quæst. 3.*

16 Fallit tamen 1. si judex jam cœperat cognoscere, antequam Clericus tonsuraretur, quia cùm non debuerit admitti ad Clerum, & judex esset priùs in possessione, Ecclesia non vult cum ejus injuria
17 favere fraudi hominis. Aut secundò si assumpsit Clericatum post perpetratum delictum: quia licèt evaserit manus judicis Laici, pro sua persona, non tamen pro suis bonis, & quantùm ad interesse civile: pro quo poterit judex Laicus contra ipsum agere. Panor. *cap. cum Ecclesias. de off. ord.* Cancer. *p. 2. var. cap 2. n. 133.* Et communiter alij in *cap. admonere 25. quæst. 2. cap. proposuisti. de for. comp. & l si quis postea. ff. de iud.*

18 Quo verò jure hoc Privilegium competat Clericis, & sint exempti à foro sæculari controvertitur admodùm à DD. Mihi autem magis placent, qui dicunt, id eis Divino jure datum. (*b*) Quantùm verò ad leges, per quas videtur Imperator id sancire, sic debent intelligi: non quòd Imperator, hoc jus constituat, sed constitutum declaret, demonstret, & illi se conformare decernat ita Bald. *auth. statuimus C. de Ep. & Cler.* Alex. *lib. 1. cons. 8.* Roll à Vall. *lib. 1. cons. 4.* & plures alij.

Unde & Barbat. in *c. at si Clerici. de iudic.* 19
Cardin. *cap. vergentis. de hæret.* Albertin. *cap. quoniam. eod. in 6.* Abb. *eod.* Laudun. *clem. pastoralis de re iud.* Eleasar. *eod.* 20
Albert de Rosat. *l. quisquis ff. ad l. iul. ma.* Bald. *l. data opera. eod. qui accus. non poss. & l. nihil. eod. de manu. vind.* Lopez. *in prax. crim. cap. 121.* Conrad. Lancel. *in temp. lib. 1. c. 1. §. 4. v. 27.* Grammat. *decis. 24.* Roll. à Vall. *lib. 1. consil. 4.* Bellam. *consil. 15.* Oldrad. *consil. 43.* Lud. Bologn. *in comp. privil. bonon.* Martha *de iurisd. p. 4. casu 133. & 134.* Marchin. *de Sacram. ord. trac. 2. p 2. cap. 15. diff. 12. & alii* docent, non posse vnquam Clericum esse reum Majestatis in principem temporalem, quia hoc crimen non incurritur, nisi à subditis. Et licèt contrarium videatur innui in *cap. si quis Laicus. 22. quæst. 5. & in §. rursus. clem. Pastor. de re iud.* (*c*) Respond. tamen quod *cap. si quis.* esse paleam: atque ideò minoris authoritatis. Quantùm verò ad *§. rursus.* illum esse intelligendum, non generaliter, de quacunque persona, quæ habet aut accipit domicilium, in terris alicujus Principis temporalis: sed quæ accipiendo, sit illi subdita, quod non contingit in Clericis. Volunt quidem alij qui (ut Barbat.) illum utrumque locum intelligi de Clerico tenente Feudum, ratione cujus sit subditus: atque ideò obnoxius Majestati, sed neque hoc sensui illis ego consentio: nam per receptionem Feudi, non fit quis absolutè subdi-

(*b*) Glos. c. si Imperat d. 10. Dominic. c. nisi id. 4. Abb. c. Ecclesia de const Cosa end. 19. Bosch. in rubr de judic. Cardin. c. pes pendimus de sen. ex. Imol. Clem. 1. de off. ord. Aufrer. & Laudun. eod. Hoc. Host. & Gofred. c. 2. de na. & ob.

(*c*) In concil. clarem. sub Vrb II. statutum fuit ne Episcopus vel Sacerdos Regi, vel alicui Laico, in manibus, ligium, vel fidelitatem faciat.

tus

tus saltem quoad personam. Et cùm crimen Majestatis non possit incurri, nisi à subditis : & Clerici sint maximè exempti, & liberi quoad suas personas, relinquitur nec eos qui tenent feudum à suo Principe, posse in hoc crimen incidere.

Quidquid autem sit de hac difficultate admodùm odiosa Certè jam aliter & aliter servatur in singulis dynastiis, & seu justè, seu injustè, vix jam umbra privilegii hujus illustris, & exemptionis fori, relinquitur Clericis & Regularibus de jure 23 verò amittitur privilegiu in casibus quos notat Gloss. *cap. ad abolendã de hæret* Panor. *cap. ast Clerici de judic. & cap. perpendimus de sent. Ex.* Et alii Canonistæ *in cap. 1. de homicid. in 6.* cum Bald. Barth. & Angel. *l. non adeo minus C. de accus.*

24 *Quartum* Privileg. est. Quòd Clerici sint exempti ab omnibus muneribus personalibus cujuscunque sint speciei *can. Ecclesiarum 12. quæst. 2. can. generaliter 16. qu. 1. cap. Sacerdotibus & cap. sed nec procuratio-*
25 *nes Cler. vel mon. l. omnes l. Presbyteros & l. placet C. de Episc. & Cler.* Fallit ubi Laici
26 non sufficiunt, ut in obsidione civitatis. *cap. pervenit de imm. Eccl.* Judicare tamen deneccessitate, & occasione illius obligare Clericos, non spectat ad Magistratum secularem sed ad Episcopum, vel Clerum totum *cap. non minùs eod.* ubi Gloss. & DD. communiter Card. *Clem. 1. de vit. & hon. Cler.* Et Castr. *lib. 2. cons. 423.*

27 *Quintum.* Quòd in necessitate non possint distrahi à Patre, ut leges Civiles permittunt, de aliis liberis, qui non sint Clerici *l. 2. C. de Patr. qui fil. distr.*

28 *Sextum.* Quòd possint vendicare rem concessam suæ Ecclesiæ ante traditionem, *cap. ex litteris de consuet.*

29 *Septimum.* Quòd illorum bona non possint collectari ad gabellas, tributa, aut quasvis præstationes obligari *can. tributum & seq. 23. quæst. 8. cap. non minùs & c. adversus de Immun. Eccl. cap. 1. de censibus capit. quamquam eod. in 6. cap. 1. de im. Eccl. in 6. leg. unic. de cens. & l. sancimus. C. de sacros. Eccl.* Sed jam vix certi potest aliquid dici pro explicatione hujus privilegii, cùm non scio quo facto aliter, & aliter ubique servetur. Quem autem non piguerit, nostras has lucubrationes evolvere, huic ego 30
summariam distinctionem propono & dico, quòd quantùm ad bona data Ecclesiis & Monasteriis pro dote, in prima fundatione, hæc sine dubio sunt exempta à tributis, & quibusvis præstationibus per jura allegata. Nisi quando agitur vel de commodo, quod immediatè respicit Ecclesiam, & Clericos, ut docet Abbas. *cap. non minùs cit.* Aut certè æque principaliter ac Laicos, ut pro via publica, fontibus & 31
similibus operibus, secundùm eundem Abb. *eod* Sylv. *v. immunitas 1. nu. 20.* Laym. *in Theol. mor lib. 4. tract. 9. cap. 6. &* Legistas *in l. ad instructiones C. de sacros. Eccl.* Quamvis id non servetur in civitatibus melius moratis, quia lex illa corrigitur per posteriorem auth. *item nulla communitas C. de Ep. & Cler* Vel denique quando Laicorum facultates non sufficiunt juxta *cap. cit. non minùs,* & doctrinam Martil. *in cap. si Clerici de judic.* & Roman *l. si. vero ff. sol matr.*

At quantùm ad bona successivè acqui- 32
sita, ab Ecclesiis & Monasteriis, hæc non possunt dici exempta, quia sive titulo donationis, sive emptionis, illa acquisierint, non potuerunt acquirere nec modò tenere aliter quàm tenebant Laici, à quibus illa acquisierunt : sicut illi non potuerunt dare, aut vendere possidenda aliter, 33
quàm ipsi possidebant. Atqui jura Regni omnia bona sunt obnoxia tributis. *c. 1. de cens. in fine. & l. Imperatores. ff. de public.* Imò quasi jure pignoris, pro ipsis obligata *l. 1. in quibus caus. pign. & l. 1. Cod. si propter pub.*

pensit.

penſit. Et res tranſit cum onere. *c. ex litteris de pign.* Ergo ſicut Laici tenerentur ſolvere tributa ex talibus bonis, ſi apud illos remanſiſſent, ita & Eccleſiæ tenentur ex illis ſolvere poſtquàm ad illas tranſierunt (*a*) ita Niger *extr. unic. de vit. & hon. Cler.* Barh. *l. reſcripto ff. de mun. & hon.* Sylv. *v. immunitas 1. quæſt. 5.* Afor. *lib. 5. inſt. cap. 13.* Laym. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 6.* & Dried. *de libert. Chriſt lib. 2. cap. 3.* Et ita videmus obſervari circa ſolutionem decimarum, quas ſolvunt Eccleſiæ aliis Eccleſiis, aut Monaſteriis de bonis acquiſitis ſucceſſivè à Laicis, quamvis aliàs non teneantur ſolvere, & de facto non ſolvant de bonis antiquis.

34 *Octavum.* Privileg. eſt quòd Eccleſiæ utuntur jure Minorum in petenda reſtitutione. *cap. 1. de in int. reſt. c. ad noſtram de reb. Eccl. non alien.* Gloſſ. *cap. 1. cit.* Abb. *c. auditis eod.* Innocent. ac omnes DD. Et peti-
35 tur hæc reſtitutio ex triplici capite. Puta *Primò* ex capite læſionis ob malam Prælati adminiſtrationem. Aut *Secundò* ex capite ignorantiæ, quando jus ſuum neſcivit, & inde damnum jucurrit, vel lucrum amiſit. Aut *Tertiò* ex clauſula: *ſi qua mihi cauſa.* Quæ eſt. *l. 1. ff. ex quibus cauſ. ma.* ubi Prætor promittit ſe reſtitutionem conceſſurum ex quacunque cauſa, quæ ſibi videbitur juſta, etiamſi non ſit ex illis, quæ in jure exprimuntur. Et dum ſic conceditur ex cauſa non expreſſa, dicitur cõcedi ex clauſula: *Si qua mihi cauſa.* Quia licèt non ſit de expreſſis in jure, ſufficit quòd juſta videatur Prætori ad hoc, ut ex illa obtineatur reſtitutio.

36 Eſt tamen nonnihil diſcriminis in reſtitutione Minoris, & Eccleſiæ, quia Minor debet illam petere intra quadriennium à finita minoritate, Eccleſia verò ab accepta læſione, ſeu potiùs à finita adminiſtratione Prælati per cujus culpam illam paſſa eſt, quia durante illius adminiſtratione reputatur læſio eſſe in continuo fluxu, ut notat Gloſſ. *cap. 1. de in int. reſt. in 6.* ubi addit, quòd quinimò, etiam elapſo illo quadriennio, poteſt adhuc Eccleſia petere reſtitutionem quando læſio eſt enormis. Cui conſentit Abb. *in cap. cum ex litteris de in int. reſt.* & Lud. Molin. *lib. 2. de juſt. d. 574.* ubi agitur de læſione propriè dicta, hoc eſt de damno quòd paſſa eſt, ſecus ubi de lucro amiſſo, quia tunc ſervantur leges quadriennii, ut docent Jaſ. & Tiraq. quos citat & ſequitur Tuſch. *concl. 298. num. 77.*

Nonum. Quòd Eccleſia non obligatur ex facto Prælati, niſi quantùm ad hoc, in quo facta eſt locupletior. Et hoc ſive factum Prælati ſit in delinquendo ut notat Afflict. *deciſ 265.* Sive in contrahendo, ut dicit Zabar. *conſ. 134.* Sive negligendo ut notat Gloſſ. *c. potuit de locat.* Sive vendendo, vel quavis alia ratione alienando. Secundùm Barth. *auth. hoc jus C. de ſacroſ. Eccl.* Sive demum in mutuo, vel depoſito. Juxta Barth. *eod.* Innocent. *cap. quod quibuſdam de fide inſtr.* Abbas *lib. 2. conſ. 7.* Caſtren. *lib. 1. conſ. 338.* Et alios dicentes, quòd ad hoc, ut Eccleſia vel Monaſterium teneatur ex facto Prælati, duo ſunt neceſſaria, nempe *primò*, ut conſtet de numeratione pecuniæ, ſeu traditione rei de qua agitur, & *ſecundò* de ejuſdem converſione in utilitatem Eccleſiæ vel Monaſterii. De quibus tenetur creditor docere, & probare in ſpecie adeò ut nec ſufficiat confeſſio Prælati, ſecundùm eundem Caſtr. *lib. 1. conſ. 2.*

Decimum. Quòd licèt ſecundùm leges ædificium cedat ſolo, ut is qui in alieno ædificat, non retineat ædificium, ſed Domino ſoli acquiratur. Secus tamen eſtre ſpectu Eccleſiæ vel Monaſterii, quia ſi quis unum ædificaverit in ſuo fundo, non acquirit

(*a*) In capitul. Ludovic. pii lib. 1. c. 91.

acquirit illud, sed potiùs econtra fundus fit Monasterii ædificati, nec potest amplius ad profanos usus reduci, ita eum communi Calder. *cons. 451.* quòd est *5. de rel. dom.* Et Tusch. *v. Ecclesia concl. 22.*

40 *Undecimum* est quod vocatur Asili, *can. reum & seq. 17. quæst. 4. extrav. de imm. Eccl.* Et in C *de his qui ad stat. cons.* Et *l. præsenti Cod. de his qui ad Eccl. conf.* (a) Et constitit in tribus scilicet *primò* quòd reus qui ad Ecclesiam vel Monasterium fugit, non potest invitus invitove Prælato illius inde extrahi. *can. quisquis 17. quæst. 4. secundò*, quòd quamdiu ibi moratur, non potest judex Laicus impedire, quominus necessaria ad ipsum deferantur in cibis, vestibus, & aliis similibus, nec sententiam sanguinis contra ipsū ferre. *cap. nullus Episcopus ead. q. & c. inter alia de imm. Eccles. Tertiò* Quòd postquam de Ecclesia exivit, non potest judex formare processum contra ipsum Gloss. *cap. cit. reum* Host. & Archid. *eodem* Panor. *c. inter alia de imm. Eccles.* Oldrad. *cons. 154.* Angel *v. immunitas num 15.* Asor. *p. 2. lib. 9. q. 12.* Et Ratio horum omnium est, quia Ecclesiæ, & Monasteria sunt exempta à judice Laico: esse autē exemptum à judice, & esse extra ejus territorium, æqualia sunt, ut docent Ancar. Gemin. & Franc. *c. 1. de const* Gonsalv. *ad reg. 8. cancell.* Gloss. *43* Barbos. *de off. & pot. Ep. p 3. al. 80.* Cokier. *de iurisd. in exempt. p. 2. q. 1.* Henriq. *lib. 7. c. 15.* De quo & plures Rotæ decisiones ferantur. Atqui non potest judex exercere jurisdictionem in eum, qui existit extra ejus territorium, ergo nec in eum qui existit in Ecclesia, vel Monasterio.

42 Et hoc favore Asili gaudent omnes, qui sic ad Ecclesiam vel Monasterium refugiunt etiam excommunicatus secundùm Angel. *v. immunitas nu. 10.* & Clar. *in pra. §. fin qu. 30. nu. 18.* Judæus ait infidelis ut ait Boer. *decis. 110. nu. 4.* Sylv. *v. immunit. 3. n. 3.* & Auson. *in sum.* Dian. *eod. v.* ubi refert ita declaratum à S Congreg Et sic non est audiendus Angel. *cit. loco num. 12.* contrarium asserens. Etiam ille quem ministri justitiæ jam insequuntur rapiendum, ut notat Clar. *cit num. 19.* Etiam ille qui jam captus de manibus illorum aufugit. Jas. *l. plerig. ff. de in ius voc.* Etiam ille, qui de carcere Clar. *num. 19. cit.* Ac demum ille qui damnatus de manibus carnificis fugit, dum ad patibulum ducitur. Clar. *quæst. 30.* 43 *cit. nu. 22. & qu. 98. in initio.* Quæ omnia locum habent respectu Monasterii ubi nomine Monasterii quoad hanc materiam intelligitur non Ecclesia tantùm, sed etiam hortus, coquina, cellaria, pristrinum, ac generaliter omnes officinæ, omniaq; loca intra ambitū murorum comprehensa. Gloss. *cap. 1. de privil. in 6.* Alex. *lib. 7. cons. 145.* Tusch. *v. Eccl. concl. 9.* Laym. *in Theol. mor. lib. 4. cap 3.* Auson. *in sum. Dian. v. immunitas* & plures alii.

Fallit tamen & privilegio non est lo- 44
cus, quando agitur non criminaliter, & ad pœnam corporalem, sed civiliter pro interesse civili, quia licèt reus fugerit ad Ecclesiam, & inde non possit extrahi, potest tamen judex procedere contra ipsum pro reparatione damnorum quæ intulit, Ecclesia enim non dat Asili favorem bonis, sed membris & vitæ rei ad illam confugientis, Imò quia judex Ecclesiasticus non imponit pœnam sanguinis, potest semper extrahere reum de Ecclesia ad alias pœnas, secundùm Innocent. *cap. inter alia de imm. Eccl.* Laudun. *Clem. cum secundū de penit.* Angel. Armill. Portell. *v. immunitas* & Sylv. *eod. v. 3.* Quod tamen negat Boer.

(a) In Gallia ægrè & rarò admodùm defertur huic privilegio, quamvis nullibi fuerit tam frequenter receptum, ut patet ex Concil. 2. Arelat. can 30. Aurelic. 1. can 4. Epaon. can 39 Aurelian. 1. 4 & 5. can. 12. 21. & 22. Matiscon. 2. can. 8. Remensi sub Dagoberto. Regeran. 7. & Capitul. Caroli Magni additis. addit. salicas. c. 3.

epon. in *c. cit. inter alia.* Et ita statuitur in Conc. Ilerd. cujus canon habetur in *c. nullus Clericorũ 17. qu. 4.* In criminalibus verò de jure antiquo sunt plures casus, in quibus similiter negabatur Asilus cõfugientibus ad Ecclesiam, sed jure novo ex constitutione Gregor. XIV. quæ incipit: *Cum*
45 *alias*, promulgata An. 1591. sunt tantùm VIII. puta in casu Hæresis, Majestatis in personam Principis. Homicidii vel mutilationis factæ in Ecclesia, Homicidii proditorii seu simulatâ amicitiâ facti. Si reus sit Assassinus Si latro publicus Si grassator viarum, & si populator agrorum. Quibus deinde Anno 1632. die 3. Dec. S. Cardin. Cõgregatio addidit tres alias species homicidii, nempe illud quòd procuratur cum veneno. Aut si mulier malis artibus, abortum sibi procurat, vel natum infantem occidit. Barbos. *in collect. Bull. v. homicida & v. immunitas* Farinac. *de immun. n. 142.* & Franc. Leone *in thesau. for. Eccl. p. 1 c. 13.*
46 Quòd si de aliquo casu dubitetur, & an reus qui fugit ad Ecclesiam, debeat frui immunitate: tunc si talis Ecclesia est exempta, extrahetur ab illius Prælato & servabitur in ejus carcere, donec ipse pronuntiaverit. Sed si Ecclesia non est exempta, erit recurrendũ ad viciniorem Episcopum, non ad proprium illius Prælatum pro cognitione casus, & declaratione facienda, quia ex citata constit. Greg. XIV. nullus Episcopo inferior, potest privare aliquem immunitate Ecclesiastica, vel dare licentiam extrahendi reum ab Ecclesia. Ubi verò de casu constat, & reum non
47 gaudere immunitate. Boer. epon. in *cap. inter alia de im. Eccl.* & quos *ibi* citat Panor. Cign. & Barth. dant judici laico potestatem illũ extrahendi absq; alia cujusquam requisitione, sed ego puto etiam hoc casu Prælatum Ecclesiæ debere intervenire propter fundamentum in initio positum, quia Ecclesia non est de territorio judicis laici. Nullus autem judex potest agere in alieno irrequisitâ licentiâ.

Duodecim. Privilegium, quòd Regulares habent commune cum Clericis, est quòd eorum Ecclesiæ reputantur collegiatæ. Quòd tamen venit intelligendum solum in favoribus, nõ item in odiosis, & oneribus. Unde v. g licèt Rubricæ Missalis velint ut cantentur duæ Missæ in Ecclesiis collegiatis in diebus Quadragesimæ, & Vigiliis, in quibus occurrit Festum 12. Lectionum. Id venit intelligendum de collegiatis sæcularibus, non de regularibus, & sic de cæteris. Quod ego extendo etiam ad illas Regularium Ecclesias, quarum Prælati habent territorium, & jurisdictionem Episcopalem in eo. Illæ enim non mutant statum, & consequenter reputantur semper regulares, atque ideo jure regularium sunt censendæ.

Tredicesimum. Quòd fas est cuilibet agere in eorũ utilitatem, etiam sine speciali procuratione, nec in tali casu admittatur exceptio: *Nihil tua interest.* Ita Joann. de Anag. *consil. 30.* & Abb. *lib. 1. cons. 32.*

Decimumquartũ (a) Quòd habeant Im-

(a) Non aliter Deo nostro recte potest regalis devotio famulari, nisi providentia ejus Ecclesiasticorũ Ordinum servetur integritas. Pelag. II. Papa epist. 2. ad Childebert. Regem. Principes sæculi non nunquam, intra Ecclesiam potestatis adeptæ culminatenent, ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant Concil. 6. Paris. lib. 2. cap. 2. Ordo Ecclesiasticus, & Canonica forma, atque Monastica Religio sæpe cum minùs Religiosos Principes habuit, titubavit, & bene collabens deperiit; Et iterum cum devotos, & in Dei zelo ferventes Principes accipere meruit, resurrectione quadam revixit, & vigorem recepit Concil. celebratum ad Theodonis villam tempore Sergii II. Papæ c. 4. Regum corda divinitus inspirata quando pro Religiosis locis sollicitudinem gerunt, Divinitati gratiæ sunt agendæ & in omnibus quæ pie, Religiose que procurant, eorum voluntati cum omni alacritate est parendum Orandi denique essent, ut de Sanctorum locis, pietatis affectum, & sollicitudinis curam susciperent. Nam autem ultro se ad hæc peragenda præbentes, & illis est congratulandum, & quæ jusserint, sine retractione perficiendum. Nicolaus I. Papa Epist. 62. ad universos Episc. & Principes Galliæ.

perato-

peratorem, seu Principem loci supremũ pro Advocato, & Protectore, à quo defendantur, tam in bonis, quàm personis, & privilegiis. Aut etiam in officio contineantur. *can. bom. d. 96. c. principes. can. regum. can. administratores. 23. qu. 5. & c. tributum. eod. quæst. 8.* Corset. *cap. grandi de sup. l. regl. præl. n 6.* Geminian. *cons. 81.* Cassan. *in cat p. 5. cons. 17.* Tusch. *v. Ecclesiæ. concl. 7.* Aufrer. *de potest. sæcul. in pers. eccl. reg. 2.* Petr. de Marcha. *lib. 2. de concord sacerd. & imper. cap. 10. & seq* Et Chassaing. *de privil. regul. tract. 1. cap 1 prop 8.* Puta vel ad majorem authoritatem quando timetur, ne ipsi Prælati Ecclesiastici nõ sint sufficientes. *cap. 1. de off. ord.* Qua ratione videmus in Codice Justiniani plures leges ab Eo, Theodosio, Constantino, & aliis pientissimis Imperatoribus, circa res ecclesiasticas latas. Vel quando ipsi Prælati ecclesiastici sunt negligentes. Qua item ratione Baron. *to. 11. Annal.* refert duos Cardinales Sed Apost. Legatos in statu Mediolan. dedisse Principi laico facultatem animadvertendi in Clericos fornicarios, negligente Archiepiscopo animadvertere. Vel quando ipsi iidem Prælati Ecclesiastici irrationabiliter gravant subditos. Qua similiter ratione Urban. II. dedit potestatem Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ, (Regi deinde) ac ejus Successoribus, ut tanquã Legati Sed. Apost. impediant, ne executioni mandetur quidquid minùs rationabiliter pro iisdem provinciis Papa per circumventionem disposuerit. B. Quæ incipit: *Quia prudentiam* In qua fundatur Monarchiæ Siciliæ, & jus omne illius. Quam licèt multis refutare conetur Baron. *to. 11 an 1097. 53 pag. 704. & seq.* Usus tamen prævaluit, & ita in praxi videmus observari, non in Sicilia modò, sed etiam in aliis plerisque provinciis (ne dicam omnibus.) Et Principes temporales, seu eorum ministros universaliter se interponere, & intervenire, ubi agitur de Ecclesiarum, & Monasteriorum conservatione, reparatione, aut reformatione, etiam plerumque ante ullam requisitionem. Et ita eis competere docent Gloss. *can. filius. 16 qu. 7. & cap. cum Monasterium. 13. de elect.* Guilel. Ben. *in ca. Raynutius. de test. sect 2. num. 34. & seq.* Aufrer. *loco supra cit.* & alii Scribentes in *l. si in aliquam. ff. de off procons. & l. hæreditatis. de per. hæred.* De quo abundè suppetunt exempla in omni sæculo, & provincia orbis Christiani. Quin etiam an. 742. In Concil. Germanico sub S. Bonifacio Archiep. Mogunt. Sed Apost. Legato, & Carolomanno Principe ita fuit sancitũ. his verbis: *Decrevimus quoq; ut secundùm canones vnusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adiuvante Graphione, qui defensor Ecclesiæ eius est.* Graphionem enim, officialem Principis interpretatur Baron. *ad an. cit. to. 9.* Et rursus in Concil. II. Aquisgran. celebrato an. 836. *tit. de vita & doctr. inser. ord. can. 15.* Cùm fuissent aliqua ordinata in utilitatem Monasteriorum, & manutentionem observantiæ, eorum executio fuit delegata *Missis Dominicis.* hoc est officiariis regiis. Quod iterum an. 853. factum est in Cõcil. II. Suession. sub Carolo Calvo. Ac rursus an. 881. in Cõcil. celebrato ad S. Macram in Diœcesi Rhem. *cap. 4.* Statutum fuit ut simul cum Episcopo cujusque Diœcesis, Missi regii *visitarent Monasteria, & ordinarent, quæ forent in eis necessaria, seu quoad mores, seu quoad ædificia.* Et etiamnum ita servatur in Bavaria, ubi S. Ducis officiales lustrant Monasteria, & ædificiorum, ac temporalium administrationis rationem exigũt.

Nam potestas, & jurisdictio Ecclesiastica, & temporalis sic se habent ad invicem ut licèt sint omnino distinctæ, una tamen

tamen plerumq; indiget, iuvatur aut supletur ab alia. *can. quoniam. d. 10. cap. Principes. & seq. 23. qu. 5. & cap. 1. de offic. ord.* Ubi ita docet Glossa, quam sequuntur Joan. Quint. Hæduus in *cap. novit. de judic.* Jacob. Rebuff. *l. universi. 2. C. de fund. rei priv.* Conrad. Lancell. *in temp. om. iud. lib. 1 cap. 1. §. 3. v. secundo iuxta. & §. 4 v. decimo quarto.* Et plures alii. Unde Isidor. *Sæpe per Regnum terrenum cæleste Regnũ proficit.* Ad quod respexisse videtur Six. Papa *in epist. ad Ioan. Antioch.* cùm dixit: *Regem cœlestem fœderatos habere Reges terrarum.* Nempe ut defendant & manuteneant personas Ecclesiasticas & Religiosas in suis juribus, & officiis debitis, de quo Petr. Diac. Lotharium Imperatorem plurimùm cõmendat *in Chron. Cassin li. 4. c. 125.* ubi refert, quòd cùm is ad Monasteriũ Cassinense venisset, *Quamdiu in eo remoratus est, ita omnes officinæ Monasterii, ac si Abbas vel Decanus circuibat, scire cupiens, quomodo quisq; sub B. Benedicti magisterio viveret.* Et S. Stephanum primum Regem Hung. Baron. *to. 11. annal. p. 15.* de quo ex Cartuicio *in eius vita*, refert, quòd *Monachorum vitam, & conversationem modò per seipsum, modò per alios acuratè investigans, desides arguebat, alacres & vigiles charos habebat.*

57 Et in consequentiam huius juris, quod habent supremi Principes, ut Clerici, ita & Regulares possunt ad eos appellare & recurrere, quando impetuntur & injustè gravantur, non solum à personis laicis, sed etiam quando ab Ecclesiasticis, aut suis ipsorum superioribus, seu immediatis, seu majoribus (a) Non quidem in omnibus causis, aut quavis occasione. Sed quando ab illis tractantur, seu ipsi disponunt in Monasterio, aliquid contra suam Regulam, regularia Instituta, sacros canones, seu Leges communiter receptas. Et generaliter, quando sua potestate abutuntur in perniciem subditorũ; Unde dictus est hic recursus appellatio de abusu. Nam *Episcopale judicium nihil obst ab Imperatore postulare can. si quis Clericus. 11. qu. 1.* Unde in legibus Lusitaniæ *lib. 1 tit. 9. §. 1.* Postquam Rex prohibuit, ne Judices laici recipiant querelas de rebus spectantibus ad Ecclesiasticos, sic subdit: *Salvo, quando se aggravarer, de notitia oppresaon, ou forca, que se lhæs faca, ou de se lhæs non guardar, odireito natural, porque, reistes casos. Nos como Rey, e Sennor temos obrigacaon, de acodir à nossos vassalos.* Et hac ratione *Act. 25.* Apostolus impetitus à Judæis & Sacerdotibus, appellavit ad Cæsarem (etiam gentilem hominẽ) Et rursus *Act. 23.* Cum didicisset insidias sibi paratas item à Judæis, accepit securitatem à tribuno, similiter gentili, cùm tamen omnis esset cum Sacerdotibus ejus difficultas, de lege, & aliis materiis Ecclesiasticis, In quem modum Bleynian. *supr. cit. loco.* refert de Monachis Bernayensibus, in Diœcesi Lexon. in Normandia, quod cùm sortiti fuissent Abbatem austeriorem, & de eo conquesti apud Curiam supremam Rothomag. eam districtè inhibuisse Abbati, sævire in Monachos.

Nec refert, quòd aliqua Concilia, (b) videntur adversari huic doctrinæ. Neque quod aliqui Doctores damnant ejusmodi recursum ad judices laicos, dicentes hunc casu contineri in *15. & 16.* Bullæ Cœnæ Domini. Nam si Reges habent jus illud, ut possit ad illos appellari, modo su-

(a) Fabr. Bleynian. in theor. benef. lib. 3. tit. de ma. & mi. benef. Portel. v. appellatio in addit. Rodriq in sum. to. 1. c. 155. Lamas. in Meth. p. 1.

(b) Yasen. 1. can. 5. Agathense can. 48. Venet. can. 9. Aurelian. 1. can. 20. Arelat 2. can. 20. Andegav. can. 1. Parisien. 5. can. 3. Cabilon. sub Clodov. II. Rege can. 15. Et can. 55. inter capitularia Adriani Papæ. Et cap. 28. lib. 1. capitular. imper. Aragon 2 2. q. 40. a. 3. Lay. lib. 4 tr. 9. c. 4. Mirand. de Ord. jud. q. 29. a. 4. Peyr. t. 1 de subd. relig. qu. 14. c. 20. Salgado de reg. protect. p. 1. c. 2.

prà

præexplicato, cadit objectio. Si autem eis negatur. *Respond.* quantùm ad Concilia, & alia Jura illis similia, hæc hoqui de appellatione propriè dicta, & prohibere ne appelletur ad Magistratũ sæcularem à Prælato Ecclesiastico, quasi ad ejus Superiorem, aut ad eum pertineat cognoscere de negotiis Ecclesiasticis, & Regulibus. Non autem de impropriè dicta appellatione, quæ fit per modum recursus ad implorandam protectionem, contra injustum gravamen, hoc enim est juris naturæ. Et si licèt in tali casu quemcunque in suam opem invocare, à fortiori Regem seu ejus Ministros. Et similiter, si permittitur, imò mandatur cuilibet de populo, ut defendat proximum ab injusto aggressore, ut injuriam ab eo avertat. *cap. non inferenda. 23. q. 3.* Ubi Gloss. *& §. 1. eod. quæst. 8* Costa *cap. dilecto. de sent. ex. in 6.* Gloss. *l. ut vim ff. de iust. & jure.* Barth. *eod. Et l. § quis in servitute. de furt.* Cign. *l. 1. C. unde vi.* Angel. *v. defensio. & v. homicidium. 3.* Et Sylv. *v. bellum. 2.* A fortiori id dicemus esse licitum Regi & ejus Officialibus. Quod verò objicitur de Bul. Cœnæ Dñi. *Respond.* in ea quidem excõmunicari impedientes judicem Ecclesiasticum exercentem suã jurisdictionem. At cùm jura Ecclesiastica & leges Regularium nihil clament nisi justitiam, pietatem, mansuetudinem, charitè &c. Certè Prælatus Ecclesiasticus seu Regularis nõ potest dici exercere jurisdictionem Ecclesiasticam, qui in perniciem subditorum abutitur percepta potestate Neq; similiter qui eum prohibet opprimere subditos, potest dici impedire justitiam Ecclesiasticã, sed resistere nequitiæ & improbitati hominis privati, velanti suam malitiam, specioso justitiæ pallio. Unde in Bulla non excõmunicantur simpliciter impedientes judicem Ecclesiasticum exercentem jurisdictionem suam, sed impedientes exercentem jurisdictionem, *prout Concilia & Canones permittunt.*

Dices, hîc excedi moderamen justæ, & licitæ defensionis, eò quòd recurrendo ad Regem propalantur defectus Religionis, fama Prælati denigratur, &c. *Respond.* Religiosum qui injustè opprimitur à suo 60
Prælato, inducendũ primò esse ad humilitatem, & induendam mansuetudinem Christi, qui *tanquam ovis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum.* Aut juxta *decret. al. 2. Anael. Papæ, debere eum convenire suum Superiorem charitatis studio, ut familiari colloquio commonitus, ea sanet quæ sananda sunt, & charitative emendet, quæ justè emendanda cognoverit.* Aut juxta can. 2. Adriani Papæ (*inter eius capitularia*) & 17. cõcil. 5. Aurelian. per alios sapientes fratres, suam iñocentiam illi repræsentare. Aut juxta can. cõcil. Antioch. de quo *in c. si quis à propriis 21. quæst. 5.* appellare ad Superiores majores sui Ordinis. At si ille nõ est satis fortis animi, ut queat imitari agnum occisum, & 61
aliàs Superior sit præoccupatus propriis passionibus, aut adulatorum susurrationibus, vel si malitiosè impedit appellantem ad Superiores majores, aut ipsos prævenit, & præimbuit, aut si (ut non rarò contingit) manus manum fricat, & intra Monasteriũ, & intra Ordinem. Certè nõ video, cur non possit oppressus appellare Regem seu ejus Curiam. Qu eripiat inopem de manu fortiorum ejus. Neque cur is teneatur curare famam sui Prælati aut suorum fratrum, qui ipsi suam illi tollunt, & injusta oppressione animam de corpore excutere quærunt.

Triste est (fateor) & durum secreta Religionis prodere, & de his homines laicos cognoscere, sed tristius & durius, hominem qui relictis omnibus, omnq; spe humana deposita, Religionem ingressus est, eos in ea persecutores pati, & suæ salutis inimi-

inimicos, quos ad eam adjutores deberet
62 habere. Unde necesse fuit hunc recursum ad Magistratum sæcularem contra tales abusus permittere tanquã minus malum in majorum remedium. Atq; ideo ut cum Joan. Quint. Hæduo loquar: *Dolendum, nõ de hac lege, & consuetudine, sed quod talem legem, similesq; alias meruimus.* Et magis stupendũ, nonnullos Prælatos regulares ita parùm moderatos esse in suo regimine, ita excessibus insuevisse, ut nec ab his temperare acquiescant, licèt sciant, venturos ad notitiam publicã. & cum sui honoris, suique Ordinis dispendio, à Laicis reformandos. Unde ipsi dicendi sunt potiùs authores scandalorũ, & sui honoris prodigi quàm eorum fratres appellantes ab eorum oppressione, & suam defensionem quærentes, non eorum infamiàm, quamvis fortè inde resultet.

64 Laici tamen interdum peccant graviter in susceptione, & cognitione ejusmodi causarum. Quando nimirum indebitè eas suscipiunt, & fovent. Quando non cũ charitate componunt, & definiunt. Quãdo inde emungunt à Monasteriis pecunias, suis juribus & beneficiis ea spoliant &c. Unde legimus multas familias fuisse
64 à Deo extinctas. Reges soliis exturbatos, & Provincias cladibus attritas, quod Laici plùs, vel aliter quàm par fuit, negotiis se Ecclesiasticis, & Regularibus miscuerint, quamvis semper specioso justitiæ, & Religionis prætextu. Nã neq; fuit alius, quàm Religionis obtentus, cũ calcitrantibus bobus arcam deiri gestantibus, eam ad casum inclinatam, ne corrueret Oza tetigit, qui tamen ob præsumptionẽ percussus à Deo, interiit. Vide canon. 9. & 10. Concilii apud Meldas celebrati. ann. 845 Caroli Calvi 16. Ubi Episcopi Galliarum ita esse, & allegato ipsius Ozæ exemplo lamentabiliter enarrant, & præ-

dictum Carolum eo proposito admonent. Vide & Baron. *tom. 9. an 836. nu. 8. col. 897 to. 11. an. 1002. nu. 6. pag. 13. & tom. 12. ann. 1148. num. 47 pag. 376.* Et exempla quæ ibidem subjicit.

§. II.

De Privilegiis nobilium, quibus Regulares fruuntur.

SUMMARIUM.

1 De nobilium privilegiis diversi scripsere.
2 Reus est falsi, qui se nobilem dicit, si non est.
3 Item & qui se Religiosum.
4 Nobilis est magis civis quàm alii.
5 Item & Clerici & Religiosi, Qui sunt digniores pars Civitatis, ibid.
6 Præsumitur semper p nobilitate. Et in quibus.
7 Magis creditur nobili, quàm alteri. Quota 12. & 13.
8 Suspicio non habet locum in Religiosis. & 9.
10 Vincus Monachus, etiam non iuratus, est habilis.
12 Dubium an isto tempore ita sit.
14 Nobilis facilius admittitur ad purgationem. Item & Religiosus. ibid.
15 Nobilis non subjicitur pœnis vilium personarum. Neq; tam atrocibus ibid. Nec etiam Clericus aut Regul ibid.
17 Fallit in quibusdam casibus.

NObilium privilegia referunt Felin. *cap. cùm adeo. de reser. & cap. super eo. de testib.* Corset. *cap grandi. de supl. negl Prælat.* 6. Matth. Steph. *in tract. de nobil. lib 2.* Bon. de Curt. *p 5* Tiraq. & alii. Horum autem præcipua, & quæ Regularibus tribuuntur, sunt: Quòd.

Primò. Nemo potest se dicere nobilem qui nõ sit talis, sin autẽ, incidit in crimen falsi *l. eos ff. d. leg corn. de fal.* Bart. *l fin. C. dignit. lib. 12* & Tiraq. *cap 13 de nobil.* Quo à fortiori locum habet respectu Regularium, cum nemini liceat non modò se facere Regularem, si non sit, sed nec al-

in

rius Ordinis, ab eo cujus est, (ut suo loco dicetur.

Secundò. Quòd Nobilis est magis civis quàm alii, ut ex Cicer. notat Collector juris Gallici in notis ad *v nobiles.* Quòd itē maximè, & per ampliùs competit Clericis & Regularibus, cùm sint præcipua & dignior pars Civitatis, in qua residēt, ut notat Ancar. *cōsil. 34* & Bald. *lib. 3. cons. 241.* Unde sicut Nobiles non veniunt nomine populi in odiosis, & oneribus, ita neque Clerici aut Regulares, & sic de aliis.

6 *Tertiò.* Quòd semper, & in omnibus præsumitur pro nobilitate, ut notat Glos. *cap. illud. d. 40.* Puta *primò.* Quando agitur de moribus. Præsumitur enim de Nobili quòd sit virtutis studiosus. Alciat. *reg. 1. præs. 40. Secundò* Quòd dignior & majoris meriti. Glos. *extrav. execrabilis. de præb. Tertiò* Quòd veridicus, & non velit mentiri. Bellam *cons. 33.* Unde & in judicio dictum Nobilis præponderat dicto plebei. *l. in testimoniis 2. ff. de testib.* Adeò ut quo testis est nobilior, eò magis credatur. Ve-
7 semb. *cons 106.* Matth. Steph. *lib. 1.* de nobil. *cap 6.* & Tiraq. *cap 20.* Ita quòd paucis nobilibus plùs fidei adhibeatur, quā multis plebeis. Bald. *l. testium. C. de testib.* & Vesemb. *citat.* Quin imò testis nobilis possit aliquando talis esse, ut etiam si sit solus, adducat judicem ad indubitatam fidem, secundùm Castr. *l. admonendi. ff. de iureiur.* & *l. Lucius ff. de his qui not. inf.* Alciat. *reg. 1.*
8 *præs. 48.* Et Marsil. *singul. 114.* Quæ sanè omnia locū habent in Regularibus. Unde Abb. in *cap. fin de appel.* Butr. Ioan. Andr. Ancar & Imol. *eod.* Menoch. *de arbitram. lib. 2. cap. 152.* Paris. *lib. 1 cons. 31* Aufrer. *de rescr. n. 5. & 7.* Peyrin. *lib 1. de subd. rel tit. de obed. §. n. 2.* Affirmant quòd licèt cōsanguineus sit suspectus, fallit tamen in viro
9 Religioso. Et Specul. *in tit. de jud. del. §. superest.* ait in tantum valere Religionem in testimoniis, ut in Carthusiano v.g. cesset verisimiliter omnis suspicio. Et Alex. *l. properandum. C. de judic.* Jason. *auth. jubemus. eod. & l. admonendi ff. de iureiur.* Barbat. *l. sciendum. de verb. oblig.* Et Imol. *cap. cum, de offic. deleg.* ajunt, quòd Bononiæ Carthusianus, Olivetanus, aut Cistercienlis v. g. habent remotam omnem suspicionem falsitatis, & mendacii in suis dictis, & testimoniis. Ad quod facit *cap. in litteris. de testib.* ubi testes aliàs de jure suspecti admittuntur propter vitæ & morum integritatem. Et aliquando in occurrentia casus ita fuit observatum.

Et secundùm hoc de Monachorū pro- 10
bitate ac sanctimonia olim certus, Sancius 7. Rex Navarræ, pro Monasterio Hirachensi, Ord. S. Bened. Et Alphonsus ejus filius, pro Monasterio S. Mariæ de Sistero Ord. Cisterc. suis diplomatibus sanxerunt, unum Monachum etiam non juratum esse testem habilem in quavis causa, etiam propria, & fidem facere, sic ut ad ejus dictum debeat judex pronuntiare, ut videre est apud Yepes in Chron. Ord. S. Bened. an. 815. & 1140. Verùm his temporibus ferreis, in quibus *diminutæ sunt veri-* 11
tates à filiis hominū. Ego satis dubito an locus debeat esse huic doctrinæ. Nam & olim credebatur assertioni unius Episcopi. *Sed hodie secus est,* inquit Niconit. in *cap. quoniam. de probat. par. 1. nu. 223.* Archid. & Bald. *cap. cum speciali. de appell.* Idémque à pari dico de Nobilibus & Regularibus, inter quos licèt multi sint boni: non desunt etiam mali, & in excogitandis calumniis, opprimendis aliis, sagaces. Unde quidam non sine sale, in illum locum sapientis, *non est malitia super malitiam mulieris, ad marginem per modum postillæ addidit, nota quod nondum erant fratres.*

12 Posset fortè distingui, (a) & dici, quòd ubi agitur de solo favore, sine ullius præjudicio, admitti debet opinio Tiraquelli & aliorum, per *can. parvulos. & can. cum itaque d. 4. de consec.* Ubi verò de præjudicio alterius, Niconit. per *cap. cum à nobis. de*
13 *testib. l. jurisjurandi. C. eod. & l. nam in arbitris. Cod. de arbit.* In concursu autem dictorum, & testimoniorum, ego arbitror attendendum non ad qualitatem & conditionem testium, sed ad rationem & fundamenta dictorum. Quòd si utrobique sit paritas, tunc poterit esse locus præsumptioni, & secundùm illam præferendum erit dictum Nobilis, vel Religiosi, & hoc fortè solum volunt Authores in superioribus relati.

14 *Quartum.* Nobilitat, privilegiũ est, quòd facilius admittitur purgatio pro Nobili infamato, quàm pro plebeio. *cap. 1. de purg. can.* In quem modum etiam facilius admitti debet pro Religioso, quàm pro Laico. *arg. can. aphros. d. 98. & cap. venerabilem. de elect.*

15 *Quintum.* Quòd Nobilis non subjicitur torturæ, nec aliis pœnis infamibus, & vilium personarum, v. g. furcæ, fustigationi &c. sed mitioribus. *l. & si excepta. C. de malef. l. divites & l. divo Marco. Cod. de quæst. & l. milites. ff. eod.* Barth. *l. 1. C. de ady. div. jud.* Et alii Juristæ in *l. presbyteri Cod. de Episc. & cler.* Quos sequuntur Matth. Steph. *in tract. de nobilit lib. 1. cap. 6.* Brun. *de iud. & tort. p. 2. qu. 3.* Et Marsil *in*
16 *pra. §. expedita.* In quo adæquantur Clerici & Regulares Nobilibus, per *l. cit. presbyteri.* Fallit autem in iis qui se enormitatibus inquinant, & in reis exceptorum criminum. Puta Majestatis *l. minores. & l. ex libero. C. de q.* Proditionis Civitatis, seu Patriæ. *l. desertorem. & l. proditores. ff. de re mil.* Magiæ vel veneficii. *l. & si excepta. C. de malef.* falsi. *l. si quis decurio. eod. de falsi.* Privati carceris. *l. 1. eod. de privat. carcer.* Et hæresis. *cap. ad abolendam. de hæret.*

(a) Vide de hoc exemplum apud Cassian. coll. 18. c. 15. Et aliud Baron. to. 9. annal. ad an. 762. n. 6. & seq.

§. III.

De Privilegiis Militum, quibus Regulares fruuntur.

SUMMARIUM.

1 *De Militum privilegiis qui scripserint.*
2 *Milites nõ adstringuntur ad scrupulositates*
3 *Eorum facta sunt explicanda secundùm simplicitatem.*
4 *Excusantur si delinquunt contra ius positi. Sed si contra naturale 6.*
4 *Omnia hæc locum habent in Clericis & Regularibus.*
7 *Milites sunt privilegiati circa facultatem standi & 9.*
8 *Item & Regulares & 9.*
10 *Miles oneratus debitis, non tenetur, nisi quatùm potest.*
11 *Et non fit executio super eius arma.*
16 *Neq; super libros studiosi vel advocati.*
14 *Idem dic de breviario, Libris & Supellectili Sacra Regularium & 16. sed secus profanâ ibid.*
17 *Diversæ personæ prohibentur militare. Quæ similiter prohibentur admitti ad Clerum vel Religionem. ibid.*

PRivilegia militum possunt videri apud Franc. *ca. 1. de pen. in 6.* Alex. *l. centurio ff. de vulg. & pupil.* Et alios qui scribunt *in l. penult. ff. ex quib. caus. ma. l. miles. de re iud. & l. stipendia. C. de execut. re iud.* Sed magis ad longum Barth. *l. neque enim ff. de testa mil.* ubi ad 22. enumerat. Ex quibus hæc Regularibus conveniunt.

Primum est, quòd rigor, & scrupulositas juris illos non ligat. Bald. *lib. 1. cons. 263.* Quia ut ait *libro 5 consil. 356* Arma, &

arma-

annorum homines amant simplicitatem; secundùm quam ideo ipsorum facta debent regulari, & interpretari non secundùm subtilitates juris. Unde si miles aliquid fecit cõtra leges, vel jus positivum. Soncin. *reg. 17.* vult excusandum esse eo modo ac rusticum, quia nimirum non tenetur scire leges, & jura. *l. 1. Codice de iur. & fact. igno.* Quæ excusatio admittitur etiam in delictis, quando leges violavit putans, id sibi licuisse quod fecit, & non fuisse prohibitum secundùm Alexand. *lib. 3. cons. 103* Ubi ait, quòd verbi gratiâ hoc titulo excusatur à pœna *l. si quis in tantum C. unde vi.* si partem suam invadit. Quæ omnia vel maximè in Regularibus locum habent, utpotè qui non modò non tenentur scire leges, sed qui insuper prohibentur illis studere. *cap. non magnoperè. & cap. super specula. ne cler. vel mon.* fallit tamen ubi delinquitur contra jus naturale vel gentium quod ignorare nemini licet, ut notat Barth. *l. neq; enim ff. de testa. mil.* & Socin. *reg. cit. 17.* Et à fortiori si Clericus vel Regularis peccat contra Canones *can. quæ ipsis. & can. nulli. d. 38. can. nulli & can. hæc consona 25. quæst. 1. can. imperiali. 25. quæst. 2.* & Gloss. *Can. Sacerdotes. 2. quæst. 7.*

7 *Alterum privilegium* est, quòd miles potest testari, & liberè disponere de Castrensi peculio *l. cum antiquis. C. de in off. testa. l. penult. eod. de mil. test. & l. 3. ff. ad* 8 *maced.* licèt autem hoc privilegium non tribuatur ita clarè, & in suis terminis regularibus, aliquid tamen ad illius similitudinem & per imitationem permittitur, nempe ut Minor ingrediens Monasterium, non obstante ætate possit donare, ut inter alios advertit Auctor notarum in jus Gall. *v. Moines.*

9 *Tertium.* Quòd miles potest testari sine solemnitatibus juris, præterire liberos, aut decedere partim testatus, & partim intestatus *l. 1. & 2. C. de mil. test. l. fin. eod. de inoff. testa. & l divus. ff. de mil. testa.* In quem modum posse etiam testari regularem Novitium, docent Panormit. & Butr. *cap. in præsentia. de probat.* Barth. *auth. si qua mulier. C. de Sacros. Ecc.* Cancer. *par. 2. var. cap. 1.* Angel. *v. testamentum.* & Saeod. *v.* de praxi tamen ego satis dubito in hac parte.

Quartum. Quòd miles condemnatus pro debito, eatenus tantùm solvere tenetur quatenus potest. *can. studeat. d. 50. cap. si propter tua de reser. in 6. l. stipendia Codice de execut. rei iudic. & l. miles. Cod. de re judic.* ubi Gloss. & Doctores. Adeò ut non possit fieri executio super ejus arma, vel stipendia. *l. stipendia & l. spem eorum. Cod. quæ res pign.* In quẽ modum nõ potest fieri executio super res sacras Clericorum vel Regularium. *l. si momento. eod.* Imò neque super fructus beneficiorum, vel Monasteriorum ipsorũ *cap. fin. de vit. & hon. cler.* Imol. & Panor. *cap. tuis. de prob.* Nisi semper ipsis relinquatur tantùm, quantùm opus est, ne egeant, ut notat Nald. *v miles. num. 6.*

Multóque minùs cogi possunt bonis cedere. *cap. Odoaldus. de solut.* Aut incarcerari pro debitis *l. si Ecclesia. & seq. C. de ep. & cler.* An verò possit fieri executio super illorum vestes, aut profanam suppellectilem, variæ sunt locorum consuetudines. Et putant aliqui, quòd non per notata ab Aretin. *cons. 45.* & Tusch. *v. libri. concl. 350.* Ubi per proportionem ad dicta de armis militis, quòd super ea non datur executio, affirmant, nec etiam dari super libris studiosi vel advocati, quia sunt illorum arma, uti & aliquando ordinatum fuit in Francia, in statutis Philippi Pulchri, & Blesensibus *ar. 28* Et secundùm hoc pronunciatum Parisiis, ut refert

fert Papon. *titul. de execut. arrest. 5. Verùm ego*

Respondeo. Breviarium, libros chorales, aut etiam de Bibliotheca bene posse dici arma Religiosi, atque ideo quoad talia eodem privilegio debere frui quo mi-
16 les, vel studiosus: sed hoc non potest extendi ad aliam suppellectilem profanam Monasterii, sicut non extenditur ad aliam suppellectilem studiosi, à libris.

17 *Quintum Privileg.* est, quòd sicut servi prohibentur admitti ad militiam. *l. ab omni. & l. super servis. Cod. qui mil. poss. lib. 12.* Aut deniq; qui in fraudem civilium munerum veniunt. *l. non tantum. eod. qui mil. poss.* Sic ab ingressu Religionis arcentur eodem jure Servi, Criminosi, Conjugati. Ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, vel qui ad declinandum forum, petunt se recipi. *arg. can. nullus Episcoporum. d 44. can. 1. & seq. d 54. & tit. de serv. non ordin.* Circa quod extant speciales constitutiones Sixti V. Greg. XIV. & Clem. VIII. Quæ videri possunt apud Mirand. *in man. to. 1: quæst. 21. a. 2.* Portel. *v. novitius.* Quarant, Tambur. Peyrin. Roder. & alios litterarum Apostolicarum collectores.

§. IV.

De Privilegiis Pauperum, quibus Regulares fruuntur.

SUMMARIUM.

1 *Pauperum varia privilegia, & à variis tractata.*
2 *Pauper potest in prima instantia, citare partem ad curiam Principis. diversis Regularibus idem concessum. 3.*
4 *Pauperum causæ ante alias discutiendæ.*
5 *Gratis. Et gratis etiam ab advocatis defendendæ. 6.*
7 *Iudex tenetur pauperi providere de advocato.*
8 *Non valenti producere testes subvenire.*
9 *Appellanti gratis acta exhibere.*
10 *Pauper excusatur à lapsu fatalium appellationis.*
11 *Item à restitutione fructuum, & impensarum.*
12 *Regularibus hæc omnia competunt de jure, fiscus de facto.*
13 *Iudex tenetur mittere ad pauperem pro testimonio.*
14 *Item & ad Religiosum ibidem & quare.*
15 *Pauperes tenent loco fisci. Item Religiosi ibi. Legatum factum pauperi reputatur in causam piam, & gaudet privilegiis causæ pia.*
16 *Item & factum Religiosis. ibid.*
17 *Privilegia causæ piæ, quæ.*

ARchid. in *can. pauper. 11. qu. 3.* enumerat ad 30. privilegia pro pauperibus. Et qui scribunt super leges Neapolit. ad 44. Quorum nonnulla tanguntur à Gloss. *in extr. Ioan. 22. cùm ad sacrosanctæ. de sent. exc. v. paupertati.* Et à Felin. *in cap. si quis testium. de testib.* Et hæc convenire Regularibus secundùm quod sunt ipsis adaptabilia, affirmat Alexand. *lib. 4. cons. 104.* Et Cancer. *infra citandus.*

Primum horum est, quòd potest pauper suam partem in jus vocare, etiam in prima instantia ad curiam Principis, omissis intermediis judicibus, ut docet Cancer. *2. p. var. cap. 2.* Quoad Regulares autem: diversæ super hoc factæ sunt declarationes, in singulis ferè Provinciis, nam in Catalaunia v. g. permittuntur omnes Regulares hoc privilegio uti, excepto, quòd non liberantur ab expensis, ut refert Cancer. *cit.* In Hispania hoc item conceditur indiscriminatim omnibus Regularibus sexus fœminei, virilis verò non nisi mendicantibus, ut post Covarr. & Cabedo refert Sanch. *in sum. lib. 7. cap. 31. num. 26.* In Gallia autem antiquo jure id fuit concessum Monasteriis, quæ sunt fundationis regalis, recentiori verò, & ex gratia Ludovic. XIII. omnibus

bus Cluniacensibus, cujuscunque conditionis data est facultas evocandi omnes suas lites ad supremum, & Majus Parlamentum Parisiense. (a)

2 *Alterum Privilegium* pauperum est, quòd eorum causæ sunt ante alias examinandæ. Gloss. *can. in primis 2. qu. 1.* & Felin. *cap. 1. de accus.* facilitas autem litigandi, & litiũ multiplicitas causa est fortè, ut jam parum huic privilegio deferatur: nisi remissionem pietatis, in judicibus placeat potiùs incusare.

5 *Tertium.* Quòd illorum causæ debent gratis expediri, adeò ut nec sportulas solvere teneantur *§. sit tibi auth. de mand. princ.* Ubi Gloss. *& cap. cum ab omni. de vir. & hon. Cler. & cap cum instantia de cens.* Aretin. *cap si quis testiũ de testib.* Paris *in tr. de Syndic. & expensæ* Boet. *decis. 804.* & Gravat. *in annot. ad pract. vestri lib. 4. cap. 4.*

6 *Quartum.* Quòd advocati nihil debent ab ipsis accipere. Jas. *§. tripli. inst. de actib.* Bald. *l. si furiosi C. de nupt.* Angel. *in sum. v.* 7 *advocatus* & Gravat. *cit. loco* ubi dicit, quòd quin etiam ipse judex tenetur providere pauperi de advocato gratuito. Imò etiamsi non petat. *c. 1 ut lite non cont. l. providendum C. de post. l. 1. ff. eod. & l. nec quidquam* 8 *de off. procons.* Addit Abb. & Butr. in *cap. si quis testium de testib.* Quòd non valenti producere suos testes tenetur judex subvenire & juvare. Addit Accurs. in *l. tam de-* 9 *mentis C. de Episc. & Cler.* Quòd appellanti exhibenda sunt actorum exempla sine mercede. Addunt Bald. *lib. 1. cons. 5* Socin. *lib. 4. cons. 30.* & Alex. *lib. 7. cons. 37.* Quòd 10 excusatur à lapsu fatalium, appellationis.

Ac demum Vestrius *in pract. lib. 4. cap. 4.* 11 cum liberat à restitutione fructuum & 12 impensarum. Hoc autem privilegium, ut & præcedens competit Regularibus, de jure, licèt aliud de facto contingat. Ad quod aliqua forent dicenda, sed quia veritas odium parit, etiam *à bonis filere* eligo.

Quintum. Quòd quando pauper habet 13 deponere de aliqua re, & dicere testimonium, debet judex ad illum mittere *cap. si quis testium de testib.* Quod licèt Gloss. explicet intelligendũ de paupere, qui ob verecundiam paupertatis non audet comparere in judicio eò quòd non potest honeste; aliud tamen motivum fuisse Authori 14 canonis, (quòd militat etiam in Regularibus) arbitror, nempe mittendum esse ad pauperem, non præcisè quia verecundatur de sua paupertate, pauci enim sunt sic verecundi, sed quia cùm non sit solitus interesse forensibus, & in talibus tempus (sibi aliis negotiis implendis necessariũ) terere; faciliùs posset in sua mente confundi, loquendo in publico, & minùs certum testimonium dicere, videturque pietas & prudentia judicis exigere, ut ad illum mittatur, ficque statim expediatur.

Sextum. Quòd pauperes tenent locum 15 fisci, quibus ideo ex interpretatione debetur restitutio incertorum malè ablatorum, secundùm Feder. de Sen. *consil. 33.* Quod & Regularibus æquo jure convenit. Unde idem Federic. *consil. 282.* Alex. *lib. 4. consil. 104.* Et communiter omnes docent, quòd distribuenda pauperibus, possunt applicari Regularibus, seu illorum Monasteriis reparadis, vel etiã augendis.

Septimum. Quòd legatum factum pau- 16 peribus, & quævis alia ipsis donata censentur facta in piam causam, atque ideo privilegiis causę pię fruuntur, secundùm Alexand. *lib. 7. consil. 158.* In quem modum etiam legatum, institutio, vel substitutio facta Regularibus reputatur causa pia, & ejus privilegiis gaudet, ut asserit in specie de Franciscanis, & Dominicanis Federic. Sen. *cons. 17.* Et in communi de omnibus Regularibus Socin. Junior. *lib. 1. cons. 42.* Decius *cons. 427.* Et Bald. *in auth si cum testator.*

(a) Concil. 4. Ernense can. 23.

stator. C. ad l. Falcid. Ubi notabiliter dicit quòd legatum factum filio, non quia filius, sed quia Monachus, dicitur ad causam piam.

17 Quæ verò sint privilegia causæ piæ, hæc videri possunt apud Tiraq. in tract. proprio quem de illis edidit, & Socin. *in tract fallent. reg 310.* ubi enumerat ad 61. Præcipua autem, & magis notabilia sunt quod *primò* dispositio generalis nunquam comprehendit causam piam. Gravet. *cons. 3.* & Calcant. *cons. 13. secundò.* Quòd potest quisque agere pro causa pia etiam sine mandato Felin. *cap. fin de accus* & Roman. *auth. similiter C. ad l. Falcid. tertiò.* Quòd fœmina fidejubens non juvatur velleiano. Socin. jun. *supra cit. quartò.* Quòd legatum ad piam causam, non patitur detractionem Falcidiæ vel Trebell. Oldrad. *cons. 111.* Barth. *lib. 1. cons 6.* Et Abbas *lib. 2. cons. 5. quintò.* Quòd licèt legatum non cõtingat ad intentionem testatoris, nunquam tamen sit caducum, sed debet converti in aliam causam similiter piam. Lapus *alleg. 88.* Et Sebast. Medic. *in opusc. de caus. pia. sextò.* Quòd debentur legata pia etiamsi non sit adita hæreditas. Abb. *lib. 2. cons. 32. septimò.* Etiam non lecta nec publicata Joan. de Anan. *cons. 57. octavò.* Quòd inter diversas opiniones illa tanquam prævalens est amplectenda quæ invenitur magis favere causæ piæ. Alsinius *l. sunt personæ ff. de rel. & sumpt. fin.* Roman. *auth. similiter C. ad l. falcid.* Alexand. & alii. *Nonò.* Quòd in his quę spectant ad causam piam nulla solemnitas juris positivi attenditur, sed tantùm servantut illa, quæ sunt juris naturæ, in quacunque materia. Bald. *cons. 118.* Et sic v. g. si agitur de receptione testium, sufficit qualiscunque. Idem *ibid.* Si de illorum qualitate, sufficiunt mulieres. Lud. Molin. *tomo 1. de just. tract. 2. d. 134.* Si de numero, sufficiunt duo *cap relatum de testa. & l. si Pater ff. de fidei cons. lib.* Si agitur de testamento, vel aliqua simili dispositione, sustinetur, etiam si testator decedat partim testatus, & partim intestatus. Abb. *lib. 2. cons. 32.* Et quando verisimiliter creditur quòd disposuisset, censetur disposuisse per *l. titius ff. de lib. & posth.* ubi Barth. Et sic de cæteris de quibus Socin. citatus, & quæ Regularibus servire possunt in occasione.

CAPUT II.

De Privilegiis status Religiosi.

SUMMARIUM.

1 *In ingressu Religionis (hoc est professione) dimittuntur omnia peccata.*
2 *Recuperatur innocentia baptismalis.*
3 *Professio Religiosa, novus baptismus, & 7.*
5 *Exhibet plenam satisfactionem peccatorum, per eam remittuntur peccata non per modum indulgentiæ, sed veræ satisfactionis, 5.*
6 *Hæc remissio certior indulgentiis.*
7 *Probabile, non redditurum rationem Religiosum de peccatis commissis ante professionem, & quòd iret ad cælum sine purgatorio, si ea facta statim moreretur, 8.*
9 *Probabile, majorem gratiam dari in professione Religiosa, quàm in baptismo, simul infusum Spiritum Ordinis, & dona supernaturalia.*
11 *Quando renovatur professio, an eadem gratia conferatur, sicut cùm primò fuit facta.*
12 *Omnia vota præcedentia absorbentur in professione, & quo sensu ibid. Sententia S. Angel. super hoc.*
14 *Professio abstergit omnem maculam etiam gratitudinis, & quo sensu 15.*
16 *Professio non tollit ullam irregularitatem, nisi ea oritur ex defectu natalium, & per dispensationem solùm ad simplica officia 17.*
18 *Professio solvit à patria potestate.*

19 Quæ

19 *Quæ sint jura patriæ potest. remissivè.*
20 *Professio solvit Matrimonium ratum, & quo jure. ibid. Secus de sacris Ordinibus 21.*
21 *Non Religiosus non potest indui veste Religiosa. Vnus Religiosus non potest portare habitum alterius Ordinis ibid.*
22 *Abutens habitu Religioso punitur, & quibus pœnis.*
23 *Osculanti habitum Religiosi concessæ indulgentia. Item & in eo sepulto ibid.*

ALtera species Privilegiorum communium omnibus Regularibus, est illorum, quæ ratione sui ipsorum status illis attribuuntur, de quibus ad longum & satis fusè Læsan. *tomo 1. qq. Reg.* Verùm quia hæc pro majore parte illis conveniunt participativè tantùm, cum personis alterius conditionis, de quibus in superioribus. Ideo in præsenti capite ea tantùm recensebo, quæ præcisè ratione ipsius status Religiosi communiter omnibus tribuuntur.

1 *Primum* est, quòd in ingressu Religionis (quem ego hîc Professionem appello) accipitur indulgentia plenaria instar jubilæi absolutissimi, & generalissimi, per quem professus manet liber ab omni culpa & pœna quorumcunque peccatorum, quantumvis multorum, vel gravium, ita Sfor. *1. p. inst. lib. 12. cap. 5. quæst. 11.* Angel. *v.* Religiosus *n. 46.* Sâ *eod. v.* Armil. *v. novitius.* Barth. à sancto Fausto *in thesaur. quæst. 317.* Martin. à sancto Joseph. Villalob. & alii infra citandi, & ita videtur clarè decisum *in can. quis aliquando 87. d. 1. de pœnit. §. non ergo.* Quia ut *ibi* dicitur intranti Religionem non imponitur pœnitentia, quod signum est nullam aliam satisfactionem ab illo Deum expetere pro quibuscunque
2 peccatis. Imò ego addo, quòd probabilissimè (ne dicam indubitanter) restituitur homo per Professionem religiosam illi innocentiæ, & puritati, quam per baptismum primùm fuit consecutus. Tum quia per illustrem visionem ita revelatũ fuit cuidam seni in vitis PP. de quo Joan. subdiac. *ibi* & Rosueid. post ipsum *lib. 1. num. 9.* Tum quia communi consensu omnes tum sancti Patres, tum Theologi appellant Professionem religiosam secun- 3
dùm baptismum, & baptismo cõparant, ut Leont. Cypr *in vit. Simeon. Abb.* Hieron. *Ep. 25. ad paul. de Blesil. obitu. & epist. 8. ad Demetr.* Ansel. *cap. fin. de similitud.* Bernard. *de præcep. & disp. cap. 17.* Petrus Dominiani *in opusc. 16. contra Episc. mon. ad sæcul. revocantem c. 8.* Antonin. *in sum. p. 3. tit. 16. c. 3. §. 3.* D. Thom. *2. 2. quæst. 189. art. 3. ad 3. Et in 4. d. 4. qu. 3. art. 3.* Palud. *eod. d. 38. q. 3.* Stephanus de Gaeta *capit. ad limina 30. quæst. 1. §. 7. num. 74.* Federic. de Sen. *cons. 31.* Valdens. *de Sacramental. tit. 9. c. 80.* & Renat. Chopp. *lib. 1. Monast. tit. 2. num. 17.*

Et fundatur hæc indulgentia, seu gratia in ipsa rei natura, & operis, seu pro- 4
fessionis dignitate ac præstantia, ut bene ratiocinatur Plat. *de bon. stat. rel. lib. 1. cap. 15.* & Laym. *in Theol. mor. lib. 5. capit. 10.* Quia per Professionem offert homo Deo satisfactionem plenissimam suorum peccatorum, & talem ut impossibile sit majorem aut pleniorem exhibere, ex quo fit, ut etiam ex natura rei sequatur plenissima venia, & extinctio omnis debiti cujuscunque pœnæ luendæ pro peccatis, *unde ego*

Infero 1. Quòd licèt hæc remissio pec- 5
catorum, quæ obtinetur per Professionem, appellatur communiter indulgentia, non tamen propriè loquendo obtinetur per modum seu viam indulgentiæ, sed potius per modum satisfactionis, & solutionis plenissimæ.

Infero secundò, hanc remissionem esse 5
longè certiorem omnibus aliis, quas per

Ponti-

Pontificias indulgentias consequimnr, quia ad illas oportet concurrere diversas circumstantias, de quibus rarò certi sumus, an adsint omnes, in professione verò solus consensus voluntatis sufficit. Licèt Summi Pontifices de thesauro Ecclesiæ omnibus profitentibus, imò & ad Novitiatum intrantibus, indulgentiam plenariam in augmentum, & ad consolationem uberiorem concesserint.

7 *Infero tertiò*, valdè probabiliter docere Asor. *loco supra cit.* quòd de peccatis commissis ante professionem, non erit Religiosus rationem redditurus, nam *ibi* refert ex vita sancti Antonii, Angelos ita revelâsse quibusdam Monachis, & ita inferendum videtur ex eo quòd Professio comparatur baptismo, quòd satis clarè insinuat Bernard. *in cap. 40. cit. de præcep. & disput.* dum ait, quòd *Religio divinam reformat in homine imaginem, configurans nos Christo ad instar baptismi.* Et S. Antonin. *in hist. p. 3. tit. 23. cap. 6.* ubi dicit, quòd *tanquam per baptismum, habetur in ea remissio peccatorum.* Atqui nemo redditurus est rationem de peccatis admissis ante baptismum. Ergo neque de admissis ante professionem. Et facit ratio, si non omnino eadem, at certè suo modo similis, nam ratio quare non sit petenda ratio in die judicii de peccatis admissis ante baptismum, est quia in baptismo consepelimur Christo in mortem, ita quòd merito mortis Christi, quod nobis applicatur in baptismo, extinguatur omne debitum cujuscunque peccati, atqui per Professionem extinguitur similiter omne debitum peccatorum, ergo & similiter de his non erit exigenda ratio.

8 *Infero quartò.* Quòd si facta professione aliquis statim moreretur, recta via iret ad cælum sine purgatorio, quantiscunque peccatis foret anteà inquinatus, ita Asor. & DD. citati, & patet ex dictis, nam purgatorium non est destinatum, nisi pro his, qui non plenè satisfecerunt pro suis peccatis, Professio autem continet plenam satisfactionem. Deinde ita contingit in baptismo, & Martyrio, utrique autem æquiparatur professio.

Infero quintò, quòd licèt gratia, quæ confertur puero in baptismo, sit certior, quia ex opere operato, ea tamen quæ in professione accipitur, satis probabiliter est major, fortè enim in baptismo pueri non datur gratia nisi in primo gradu, quantùm sufficit ad tollendum peccatum originale, in Professione autem ob favorem, amorem, abnegationem sui, & alias circumstantias intervenientes. valdè probabile est plus gratiæ promereri, quam unius gradus, ex opere operantis.

Infero demum sextò, quòd sicut in baptismo simul cum gratia sanctificante infunduntur habitus virtutum supernaturalium, & dona Spiritus sancti, ita admodum probabile, & pium creditu mihi videtur, infundi in Professione una cum gratia, & bonis supernaturalibus eam concomitantibus, habitus earum virtutum, quæ faciunt ad spiritum Ordinis, quod Rodriq. *3 par. exercit. perfect. cap. 7.* & Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 5. cap. 3.* vocat *gratiam Religionis.* Ita quòd sicut videmus nonnullos sollicitè conservare gratiam, & innocentiam acceptam in baptismo, ac in illo crescere per bona opera, alios verò suis peccatis illam extinguere. Ita inter Religiosos acceptum Spiritum in Professione aliqui conservant, & in illo crescunt, sanctique illustres fiunt, alii suâ negligentiâ perdunt, & nebulones evadunt quod facilè potest notari ex studiis singulorum, etiam intra idem Monasterium, & hæc est defectio, quam notat S. Benedict. in sua Reg. *capit. 1. de gener. mon.* in sarabaitis,

dum

dum ait, eos non sicut aurum fornacis esse probatos, sed in plumbi naturam remollitos, adhuc operibus servare fidem sæculo.

11 An verò ea gratia, indulgentia, & peccatorum remissio, quæ in Professione obtineatur etiam quoties Professio renovatur? Affirmat S. Bernard. Senen. in Quadrag. *to. 2. ser. 24. a. 1.* his aureis verbis, & consolatione plenis: *Hæc libertas* (inquit) *nõ solùm datur in illa hora, quâ ipsum votum emittitur, sed etiam in omni tempore, quo sibi voluisse placet, & in quo cum hac complacentia voluisse placet, & in quo cum hac complacentia votum implet.* Ita etiam tenet Carthus. *in opusc. de profes. mon.* Hyacin. Casal. *in cens. Christ. in monit. ad relig. nu. 4.* & Fum. *in armill. v. novitius in fine.*

A quibus non dissentit Eman. Sà *v. Religio. num. 17.* Nec improbabile putat Laym. *loco supra citato.* Ex quibus intelligere licet, quàm sit utilis frequens Professionis renovatio, & præcipuè in articulo 12 mortis.

Alterum privilegium Status religiosi est, quòd omnia alia vota, quæ præcesserunt Professionem, absorbentur in illa, adeò ut cessent deinceps obligare, quin potiùs reputentur per emissionem Professionis impleta, ita Sylvest. *v. votum. 4. n. 7.* & quos *ibi* citat S. Antonin. & Petr. de Palud. Quod communiter adstruitur à Doctoribus, per *cap. scripturæ de vot. & cap. qui post votum de regul. in 6.* Et Ratio est, quia cum Religiosus se totum, omniáq; sua Deo donet in Professione censetur per tam absolutum munus, simul & semel dedisse, & fecisse omnia, quæ successivè fuisset daturus, aut facturus, pro votorum suorum adimpletione.

Quòd si dicas, non liberari, qui solvit rem etiam meliorem, nisi solvat hoc quod debet, *l. 2. ff. si cert. pet. & §. 1. inst. quib. mod. solv. oblig.* *Respond.* Angel. *v. votum. 4. num. 4.* hæc instantia motum, dixisse esse necessarium, ut qui profitetur, intendat vota sua in Professionem commutare, ad hoc ut in illa censeantur absorpta, verùm ego arbitror, nihil opus esse tali intentione, quia Professio non extinguit vota præcedentia per modum commutationis, sed exhibitionis, & satisfactionis, cùm enim se totum Deo donet homo, per illam ideo censetur (ut jam dixi) simul & semel feciisse, quidquid successivè fuisset facturus, pro votorum suorum impletione, quia nihil habet ampliùs, quod possit Deo offerre in hunc finem; propter quod etiam non dicitur commutasse vota præcedentia, sed implevisse, & satisfeciisse omni eorum obligationi. Et pro uberiori elucidatione hujus puncti placet hîc subtexere fragmenta duarum epistolarum S. Anselmi de hac materia, ex quibus intelligemus, non solùm illius, sed etiam antiquorum Patrum, & præcipuè nostri Ordinis S. Benedicti opinionem.

Prima habetur *lib. 3. epist. 33. ad Ricard.* 13
mon. in qua sic loquitur: *Audivi, frater mi, quòd antequam fieres monachus, in ægritudine voviisti te iturum ad S. Ægidium de qua re non debes tantùm credere tibi, quantùm Abbati tuo, cuius consilio, & ordinationi animam tuam commisisti, & aliis qui meliùs te sciunt, quid magis placeat Deo, vel prosit animæ tuæ. Quapropter consulo tibi, & præcipio, ut omnino dimittens intentionem præfati itineris, & sollicitudinem illius voti, in proposito, quod assumpsisti, quietus, & immobilis permanens, & quiete, ad hoc quod proposuisti, id est, ad obedientiam, & pœnitentiam, pro peccatis tuis, & ad alios bonos mores proficere studeas, certus enim esse debes, quia cùm te totum Deo devovisti, & reddidisti per Professionem monachicam, solvisti omnia vota minora, quarumlibet actionum, quæ priùs sine iureiurando, & fidei obli-*

gatione promisisti. Esto ergo quietus & securus. Et ego ea authoritate, quam per gratiam Dei habeo supra te, ab illo voto te absolvo. Vale.

Altera verò habetur in *eod. lib. epist 154. ad Vilelm. Abb. Becens.* in qua sic idem Sanctus loquitur: *De voto Monachi, de quo nostrum vultis audire consilium, qui antequam ad nostrum Ordinem veniret, vovit se nunquam amplius vinum bibiturum, hoc videtur mihi faciendum, quod fit à maioribus nostri Ordinis, & præcipuè apud Cluniacum. Ut videlicet eiusmodi vota, quæ fiunt sine promissione fidei & Sacramento, in voto Monachici Ordinis, in quo homo, quidquid ad se pertinet, & se totum Deo offert, iudicentur esse completa. Et sit in dispositione Prælati, vel ea servare rationabiliter, vel mutare. Vos autem huic Monacho, de quo loquimur, potestis si placet, ad tempus concedere ut quod incepit faciat, quòd si aliquando intellexeritis, non expedire, præcipite illi ut faciat fidenter, quod faciunt fratres communiter.* Hactenus Anselmus.

14 *Tertium* Privilegium Status religiosi est, quòd Professio purgat omnem humanam maculam. *auth de mon. coll. 1.* & Gloss. *ca. 2. de Apostat.* Disputant tamen Doctores, an hoc sit intelligendum de quacunque macula, & per ordinem ad quoscunque actus, seu temporales, seu spirituales. Et quidem de maculis legalibus, & actibus civilibus, mihi videtur indubitatum, quia cùm illa authentica loquatur generaliter, etiam generaliter venit intelligenda, & omnibus ad quæ se extendit potestas Imperatoris, qui est illius Auctor, nec apparet, cur ad aliquam speciem maculæ legalis, illius dispositionem coarctemus. Et sic v. g. damnatus crimine furti, perjurii, aut alio simili, potest, si Monasterium ingressus fuerit, recipi in testem & ad alios actus legales similes, non obstante, quòd aliàs non posset, si non esset ingressus Monasterium.

De macula tamen ingratitudinis & exhæredatione, occasione ipsius, magis controvertitur inter DD. an per Professionem extinguatur, negant enim Gloss. *in auth. cit.* Aretin. *cap. in præsentia de probat.* & Corset. *cap. cùm tu. de usur.* Quia ex quo filius deliquit, jus fuit acquisitum patri ad illum exhæredandum, quod non tollitur per pœnitentiam subsecutam. Affirmat tamen alia Gloss. *l fin. C. de ep. & cler.* Hipolit. *in rubr. ff. de fide inst.* Felin. *cap. Rodolphus de rescr.* Niger. *extra. vag. unic. de vita & honest. clericor.* Roman. *singul. 37.* Angel. *v. religiosus. num. 6.* Et communiter alii Canonistæ in *c. quantùmlibet d. 46. cap. non liceat 19. quæst. vlt. cap. 2. de apostat. & cap. fin de eo qui furt. ord. susc.* Et hæc opinio mihi tenenda videtur propter rationem, in initio allatam, nempe quia authentica loquitur generaliter. Et maximè si exhæredatio nondum est adhuc facta, secus si est.

At verò quoad maculas & actus spirituales, seu irregularitates. Gloss. in *cap. cùm deputati. de iudic.* putat similiter eas omnes tolli per Professionem. Itaque etiam tenet Sot. in 4. *d. 25. quæst. 1. art. 3.* exceptâ illâ, quæ provenit ex bigamia, vel homicidio. Verùm, quia authentica supra memorata nusquam invenitur canonizata. Et aliàs non potest de se extendi ad res Ecclesiasticas, vel actus spirituales, cùm sit emanata à potestate laica: ideo nulla illius ratio habenda est, quando de talibus tractatur, sed tantùm Juris Canonici. Unde sicut non inducuntur irregularitates, nisi quatenus inventur in Jure Canonico expressum, sic neque eas tollere debemus, nisi similiter, quatenus invenitur in illo expressum. In Sacris autem Canonibus non legimus aliam irregularitatem tolli per Professionem, nisi eam quæ oritur ex defectu natalium,

talium, & per respectum ad solos Ordines recipiendos. *cap. 1. d. 56. & cap. 1. de fil. presb.* Ergo hæc solùm tollitur, & per hunc solum respectum. ita Gloss. Host. & Abb. *in cap. ex litterarum. de apost.* Ex quo bene infert Asor. *1. p. inst. lib. 12. cap. 5. quæst. 12.* Graph. *lib. 3. decis. cap. 5. num. 33.* Layman. & alii. Quod quoad beneficia curata, administrationes & dignitates, etiam in proprio Ordine, non deletur irregularitas per Professionem, quod probatur ex privilegiis ad hoc concessis variis Ordinibus, de quibus suo loco.

18 *Quartum* Privilegium Status religiosi est, quòd absolvit à patria potestate. *auth. ingressi. & auth. si qua mulier C. de Sacros. Eccl.* Gloss. & Barth. *l. si ex causa ff. de minor.*

19 Quæ sint autem jura patriæ potestatis, à quibus Religio liberat. Hæc notantur à Gloss. & DD. in *§. ius autem. inst. de patr. pot.*

20 *Quintum.* Quòd dissolvit matrimoniũ ratum, modò non sit consummatum. *cap. 2. de convers. coniug. & seq. ibi.* Et Trident. *sess. 24. can. 6.* Quod quidem fit non ex natura Professionis, seu jure naturali, ut putarunt Covarr. *2. p. decret. c. 7. §. 4.* Durand. in *4. d. 27. quæst. 2.* & Palud. *eod. qu. 3. art. 4.* Neque jure Divino, ut volunt Sot. *eod. d. 27. qu. 1. art. 4.* Basil. *lib. 9. de matr. cap. 5.* Sanch. *lib. 7. d. 26. nu. 4* Sed solo Ecclesiastico, ut docent Lessius *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 8.* Coninch. *de matr. d. 26. dub. 3.* Casp. Hurt. *d. 8. dis. 4.* & Mich. de Medin. *lib. 5. de sacr. hom. cont. 21 cap. 16.* Et hoc solo favore Religionis. Unde si conjugatus ante consummationem vellet sacros Ordines suscipere, vel vovere castitatem servandam in sæculo renitente conjuge, non permitteretur, quia Sacri Canones de sola Religione mentionem faciunt, quando id licitum dicunt.

Sextum. Quòd nulli non Religioso licet assumere, seu uti habitu alicujus Religionis. Imò nec uni Religioso, portare habitum alterius Ordinis à suo: vel ipsi ita consimilem, ut possit putari esse illius. Quod favore Celestinorum, sancivit eorum fundator Celestin. V. Pro Minoribus Innocentius & Sixt. IV. Pro Dominicanis idem Sixt. & pro singulis aliis Ordinibus, diversi alii Pontifices, quorum constitutiones, & decreta videri possunt apud Roder. *to. 2. qq reg. 77. art. 4.* Portel. *v. habitus.* & Casar. *eod. v.* Quòd si aliquis laicus convincatur, usus fuisse habitu alicujus Religionis, in scenis, ludis, lasciviis, seu ludicris actionibus, judicandus est peccasse mortaliter, secundùm Gloss. *cap. cùm decoranda. de vit. & hon. cler.* Roder. *quæst. 77. cit. art. 7.* Sylv. *v. habitus* & Nald. *eod. v.* Et secundùm leges debet exilio mulctari, & aliis pœnis, de quibus in *auth. de sanctiss. ep. coll. 9. cap. fin.* Cùm è contra venerantibus Regularium habitum, & illum osculantibus, vel cum illo sepeliri eligentibus, plures sint gratiæ & indulgentiæ concessæ, de quibus suo loco in sequentibus.

SECTIO TERTIA

DE PRIVILEGIIS CONCESSIS IN PARTICVLARI CVILIBET ORDINI REGVLARIVM.

Circa præcipuas, & magis frequentes Materias.

CAPUT I.

De Abbatibus.

SUMMARIUM.

1 *Abbas Cisterciì potest alios Abbates benedicere, & delegare Vicarios, qui alios item benedicant. 2.*

3 *Episcopo recusante benedictionem Abbati Ordinis Cisterc. potest ille Pontificalia exercere, perinde ac si esset benedictus. Item, & Abbates aliorum Ordinum. 4.*

5 *Quando censeatur Episcopus recusasse Abbati benedictionem.*

6 *In variis Congreg. Abbates exercent Pontificalia sine benedictione.*

7 *Patientes defectum, non possunt eligi Abbates. Extant privilegia ad dispensandum cum ipsis. Quæ tamen non operantur, nisi intra Religionem. 8. 9. & 10.*

11 *Capitulum non censetur dispensare hoc ipso præcisè, quòd eligit habentem defectum.*

12 *Abbas non venit nomine Monachi, secus in favorabilibus ibidem vel ubi agitur de moribus. Quid in materia indifferenti. 13. 14.*

15 *Abbas non tenetur servare sua statuta etiam iurata. ibidem peccat tamen si non servat. 18. & 19.*

17 *Abbas non tenetur servare promissa, vel iuratæ Monachis. Hoc quo sensu. 18.*

19 *Abbati priùs providendum, quàm Monachis & Ecclesiæ.*

20 *Abbas potest sibi plùs indulgere, quàm aliis. In quo sensu, & in quibus casibus. Extrahitur per tot. 21. 22. & 23.*

24 *Vestis Abbatis pretiosior, post eius mortem cui bussit priorem.*

25 *Abbas an sibi acquirat, & de acquisitis possit disponere.*

26 *Inter Principes Imperii sunt multi Abbates, & inter hos quatuor principales.*

27 *Abbas Cassin. Olim erat Vice-Imperator. Abbates Sancti Dionysii regebant absente Rege ibid.*

28 *Aliqui Abbates non recognoscunt in temporibus superiorem.*

29 *Abbas Campid. & Rivipol. non contrahunt irregularitat. exercendo iudicium sanguinis.*

30 *Abbas Cavæ potuit olim reos à morte liberare.*

31 *Abbas Cassin. & S. Ambr. Med. utuntur sceptro pro baculo pastorali.*

32 *Abbas Cluniac. olim cudebat monetam.*

33 *Abbates 22. olim assistebant Papæ, sacra facienti.*

34 *Abbas S. Trinit. Cluniac. & Cisterc. fuere Cardinales.*

35 *Abbas Fuldæ est Primas per Germaniam & Galliam.*

36 *Abbates*

3 Abbates plures olim in Episcopo sacrabantur.
3 Abbatibus Episcopi olim fuere subditi.
4 Abbas Dumiensis fuit Præfectus familiæ Regum Suevorum.
Reges Galliæ ad bellum procedentes, accipiunt auriflamen de manu Abbatis S. Dionysij.

ABbatum sunt varia jura, & Privilegia, sed quia illi diversis nominibus, & titulis censentur, hæc etiam sub diversis capitibus, in sequentibus referre differo. Quod autem ad eorum institutionem, præeminentiam & favores attinet, hæc placet in præsenti proponere.

1 Innocent. VIII. concessit Abbati Cistercii facultatem benedicendi Abbates, & Abbatissas sui Ordinis, ubivis terrarum. Bullam concessionis ad longum refert Roderiq. *tomo 1. Bull. 5. ejusd. Innocent.* Hujus privilegii meminit Tambur. *to. 1. de jur. Abb. d. 11. quæst. 11.* Et de praxi sui temporis testatur Host. *in sum.*

2 Clemens VIII. concessit eidem Abbati Cisterc. ut per Provincias sui Ordinis posit deputare Vicarios, qui Abbatibus, & Abbatisis ejusdem sui Ordinis, munus benedictionis impendant. Renat. Chop. *lib. 2. mon. tit. 1.*

3 Recusante verò Episcopo benedicere aliquem Abbatem ejusdem Ord. Cisterc. conceditur ipsi facultas, omnia sua munia obeundi, & Pontificalia exercendi, perinde ac si forer benedictus, ex dispositione *capsstatuimus 1. de sup. negl. præl.* ubi Alexand. III. ita decernit. Quod licèt favoresolorum Cistercienium sancitum sit, atque ideo Innoc. teneat illos solos hac facultate posse uti Gloss. tamen Host. Panor. & Joann. Andr. æqualiter omnibus Abbatibus, cujuscunque Ordinis, id attribuunt, & licitum dicunt. Sufficitque si Episcopus semel fuerit requisitus, secundum Butr. ibid. & Sylv. *v. Abbas n. 4.* Et ut sit locus privilegio, ego arbitror non esse opus ut expresse Episcopus detrectet venire, sed sufficere recusationem interpretativam, qualis erit v. g. si de industria moras trahit si fictitias excusationes promittendo allegat, si aliis communiter solet negare, & jam pluribus negavit, aut uno verbo si ita se gerit, ut arbitrio prudentis viri judicetur nolle. 5

At in Congregatione Cassinensi mihi 6
semper veneranda. In Valli solet Casalisben. & aliis similibus, non est opus Abbatibus ulla confirmatione, vel benedictione, sed ex quo sunt electi in capitulo, habent usum Pontificalium, & eadē in omnibus auctoritatem, ac potestatem, quam habent alii Abbates benedicti, & perpetui ex concessionibus diversorū Summ. Pontificum, quæ videri possunt in Bullariis, & compend. privileg. earumdem Congregationum.

Nota tamen, quòd per ejusmodi con- 7
cessiones, & privil. non datur facultas eligendi, vel benedicendi Abbates, patientes aliquem defectum, seu aliàs inhabiles, sed semper supponitur, quòd tales eligantur, quales de jure sunt eligēdi. Et sic v. g. debent esse 25. annorū, seu 30. in opinione aliorum, & ex legitimo Matrimonio procreati. Verùm quia potest contingere, ut aliquis illegitimo thoro natus, sit aliàs laudabilis conversationis, ideo Eug. IV. concessit Cassin. & alii Summ. Pont. aliis Ordinibus facultatem assumendi tales ad Prælaturas. Quas concessiones postea universaliter confirmavit Greg. XIV. prid. idus Mart. An. 1591. B. quæ incipit: *Circumspectæ.* Quantum verò ad alios defectus, ex quibus redditur aliquis inhabilis ad Prelaturas, extant alia privilegia, ad conferendam dispensationem, de quibus ubi de *confess. pass.* & ubi de *pot. præl. ad absol.* & *disp.*

Quæ

10 Quæ tamen privilegia (pro majore parte) non operantur, nisi intra ordinem dispensati, atq; ideo vide dicenda illis locis. An verò censeatur Capitulum hoc ipso dispensare cum illo quem eligit in Prælatum, arbitror ego, quòd non, quia sunt actus disparati, quorum unus non includit alium.

12 Abbas non venit nomine Monachi, nec cum Monachis comprehenditur in odiosis, secus in favorabilibus, Panor. Felin. & alii Canonistæ *in cap. fin. de sim. & in Clement. 1 de Regul.* Tusch. *v. Abbas concl. 3.* Portel. & Nald. *eod. v.* Auson. *in sum.* Dian. *v. Abbatissa* Navarr. *lib. 3. cons. 75. de Regul.* Laym. *in Theol mor. lib. 5. tr. 9. cap. 14.* Lam. *in meth. p. 3. cap. 13. §. 15.* & passim alii. *Ratio est*, quia in odiosis appellatione simpliciũ, non veniunt mixta, & simul juncta, ut inter alios notat Roman. *cons. 259* Abbas autem, licèt sit Monachus, nõ tamen simplex, nec simpliciter, unde v.g. si feratur censura contra quoscunque Monachos, qui tale quid fecerint, illâ non ligabitur Abbas, etiamsi rem prohibitam fecerit. E contra verò si v. g. fiat legatum de danda veste singulis Monachis, debebitur etiam Abbati, imò etiam melior quàm simplicibus Monachis, secundùm dicenda inferiùs, quorũ omnium *Ratio est*, quia hæc posterior dispositio continet favorem, prior verò est odiosa, Abbas autem non venit nomine Monachi in odiosis, sed in

13 favorabilibus. At quid juris, ubi agitur de moribus, correctione, vel salute animæ? Respond. Nald. *v. Abbas*, æqualiter cum Monachis comprehendi Abbatem, sive materia sit favorabilis, sive odiosa.

14 Quòd si materia sit indifferens, posset fortè aliquis dicere Abbatem tunc non comprehendi sub nomine Monachi, sed tamen contrarium docet Tusch. *supra cit. loco.*

Abbas, qui aliqua statuta facit pro ordinatione sui Monasterii, ad illa servãda non tenetur. Panor. *cap. cum ad Monasteriũ de stat. mon* Sylv. *v. Abbas q. 4.* Navarr. *cõs. 20. de Regul. n. 9* & alii communiter. *Ratio est*, quia nemo est sibi Superior, nec potest se per modũ subjectionis obligare ad suam legem. Unde jurisconsultus *l. Princeps ff. de leg. Princeps est legibus solutus.* Et hoc verum est, etiamsi talia statuta fecerit cum communi consilio, & consensu Conventus, quia nõ potest obligari à suis inferioribus. Imò etiam si per juramentum obligaverit se ad illa, tamen adhuc poterit revocare; & casu quo absq; revocatione illis contraveniat, peccabit quidem propter Religionem sui juramenti quod violat, sed factum tenebit. Joã Andr. *cap. cit. cum ad Monasterium* Sylv. & Navarr. *citati.* A fortiori idem dicito, si Abbas aliquid promiserit suo Monacho etiam sub juramento, si non præstet, eum quidẽ peccare contra suum juramentũ verùm non posse obligari à Monacho ad hoc præstandum, quod illi promisit, nam sicut non potest servus sibi Dominum suum obligare, sic neq; Monachus Abbatem. Ita Panor. *loco cit.* Attamen ego puto adhibendã esse micam salis huic doctrinæ, dicendo quòd si licèt ex justitia, non possit obligari Abbas suo Monacho, ex fidelitate tamen teneri id præstare quod promisit, (etiam secluso juramento) nisi velit æstimatione cadere apud suos, & multis se incõmodis exponere. (a) Quantùm verò ad sua statuta, verum quidẽ est, ex *vicoactiva* ad hæc non teneri Abbatem, secus autem ex *vi directiva.* Unde in *l. digna vox C. de legib. Est verbum dignum majestate regnantis, ut dicat se legibus ligatum, usque adeò eius authoritas ab ea quæ juris est, sumit, & revera maius est imperio,*

(a) Debetis, qui præestis patres, tales vos exhibere, ut ait Apostolus, estote forma credentibus. reg. sancti Mac. c. 5.

ipsum

ipsum imperium legibus submittere. (a) Et Ratio est evidens, nam statuta quæ facit Abbas pro ordinatione sui Monasterii, aliud nihil respiciunt, quàm manutentionem observantiæ regularis. At *Prælati nō minùs obligantur ad observantiā disciplinæ regularis, quàm Religiosi simplices, nec eos excusat ab eiusmodi obligatione Prælatura*, inquit Layruet. *in opt. Regul. specul. 108.* Et ita olim definitū fuit in Concil. Mogunt. *can. 11.* Doctrina igitur Panormitani in initio relata, debet intelligi de vi *coactiva*, non de *directiva*.

19 Abbati seu Prælato providendum est de bonis Monasterii, priusquam aliis. Imò quàm ipsi Ecclesiæ. Navarr. *com. 3. de Regul. nu. 4.*

20 Addunt Cassan. (b) *in cat. p. 1. cons. 22. & 23.* Lamas *in meth. p. 3. c. 13. §. 15.* Selua *in tr. de benef.* & alii, posse Abbatem sibi aliquātùm meliùs prospicere quàm aliis, in cibis & vestibus. Consentit Bald. *l. sed si quid ff. de usufr.* Ubi ait Abbatem debere meliùs indui, quàm alii. Favent Innoc. & Host *in cap. cum omnes de const.* Ubi dicunt, quòd licèt debeat esse æqualitas inter omnes, qui sunt de cōmunitate quantùm ad illa, quæ dantur pro vestimentis, & aliis necessariis, distributio tamen faciēda est secundùm cujusq; merita, & conditionem, undecùm Abbatis conditio sit major, magis etiam debet habere. Addit Panor. *in cap. cum omnes.* Eandem acceptionem habendam esse in Abbate quoad victualia, quam Innoc. *ibi* vult haberi quoad vestes. Quod autem de victualibus, & vestibus

21 dicunt illi hoc me hercle alii dicent de omnibus aliis commodis, ut de cameris, lectisterniis, hortis, electuariis, recreationibus, & his similibus, est enim par in omnibus ratio.

22 Verum ego mihi nunquam potui suade-

(a) Num te ex congreg. cognoscas Reg. Ferreoli cap. 17.

(b) Cap. Clerici omnes 1. q. 2.

re, viros illos usque adeò graves, & eruditos tam generaliter fuisse locutos, aut scripta sua velle intelligi sic, ut hoc ipso quo aliquis est Abbas, possit sibi quidquā largius indulgere, hac sola ratione, quia est Abbas, vel Prælatus. *Ab initio enim non fuit sic.* Sed siquidem placet adlaborare ad excusandas excusationes in peccatis, & excessibus; Arbitror ego, doctrinam illorum posse sustineri in 4. casibus, & de his solùm locutos esse & intelligendos nempe posse Abbatem in cultu corporis plùs sibi indulgere, quàm aliis, *Primò.* Si id necessariū sit ad servandam suam authoritatem, aut famam, vel sui Monasterii, ejusvè jura, & bona. Aut *Secundò*, si persona Abbatis, sit alicujus momēti, ut ejus conservatio videatur necessaria Monasterio eò quòd pollet authoritate regendis fratribus, aut defendendis ejus juribus. Aut *Tertiò*, si hoc facit, & expendit propter hospites, quos ex honestate, pro sua & ipsorum conditione tenetur excipere, & tractare. Aut demum *Quartò*, si aliquid sibi indulget per modum subsidii, & sustentationis, ratione laborum, & curarum, quibus magis fatigatur, & consumitur administrando suo Monasterio.

Extra hos casus, non puto posse quem 23
quam Prælatum sibi plus in ullo indulgere quàm aliis. Et ita olim fuit præceptum in Concilio Aquisgrani celebrato, à Prælatis nostri Ordinis S. Bened. Anno 817. artic. 27. Ubi sic habetur: *Vt ea quam habent sui Monachi mensura sint Abbates contenti, in manducando, in bibendo, in dormiendo, in vestiendo, in operando, si in aliis non fuerint occupati.* Quod deinde fuit innovatū in Concil. 3. Turon. *can. 24. 25. & 42.* Trosleian. *cap. 3.* & novissimè in Trident. *sess. 25 cap. 1. de Ref. Exemplo Patrum nostrorum, in Cōcilio Carthaginensi, non solùm iubet sancta Synodus, ut Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu*

victu sint contenti, verùm etiam in reliquo vitæ genere ac tota domo caveant, ne quid appareat, quod à sancto hoc proposito sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. Et post pauca: *Quæ verò de Episcopis dicta sunt eadem in quibuscunq; habentibus beneficia Ecclesiastica, tam sæcularia, quàm regularia, pro gradus sui conditione observanda sunt* &c. Et Clem. VIII. in decretis pro reformatione Regularium ad hæc conformiter Sancit. *num. 8. Vestitus, & supellex cellarum, omnino uniformis sit, fratrum & quorumcunque Superiorum.* Et rursus *num. 10. Omnes etiam Superiores quicunque illi sint eodem pane, eodemque vino, & obsonio, seu ut dicunt, eadem pitantia, in communi mensa vescantur, si quis in ea re peccaverit, nihil ea die percipiat, nisi panem & aquam.* Et iterum *nu. 26. Nullus etiam Superior, cellas, seu in claustro, seu alibi separatas à communi dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella, eaque cum cæteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique supellectili sit contentus.* Quæ decreta aliaque similia fuere confirmata, deinde innovata, & iterum mandata ab Urbano VIII.

His consonant censuræ, & scripta (qui de hac materia tractant) tam antiquorum, quàm modernorum Doctorum, ut Tambur. *tomo 1. de iur Abb. d. 26. quæst. 4.* ubi sic loquitur. *Debent ea quam sui Monachi habent mensura, in comedendo, & bibendo, Abbates esse contenti.* Et idem *q. 5. Quòd verò ad lectum quo Abbas uti debet, cum à sua Regula exemptus non sit, observare tenetur id quod à Monachis observandum curare debet, & præcipuè Abbates militantes sub Regula sancti Benedict.* & Navarr. *com. 3. de Regul. num. 4. Multi Abbates graviter peccant, nimiam sibi familiam sæcularem, & non tantùm necessariam assumendo cùm secundùm observantiam suæ Regulæ primævam non debeant plus, quàm cæteri monachi expendere, nisi excipiendis hospitibus* &c. Ita etiam Layruel. *in optic. Regul. mon. 6. specul. 23.* ubi dicit quòd Prælatus in mensa prodigus, & superfluos admittens hospites, vel oppiparos cibos sibi procurans, *est proprietarius & peccat mortaliter.* Ita etiam (ut alios omittam) Major *in 4. d. 38.* ubi ait quòd Prælatus expendens aliquid de bonis Monasterii in vanos aut malos usus, *est maximè proprietarius.* In vanos autem & malos usus expendere clarum est, eum qui expendit sine ulla causa ex relatis. Quòd si sic expendendo peccat mortaliter, & fit proprietarius, consequens est ut dicatur, eum qui sic vivit, esse in statu damnationis. Quorum omnium Ratio est, quia Abbas non est nisi Administrator, dum autem sine causa sibi plus justo indulget, non agit ut Procurator, seu Administrator, qui debet se conformare voluntati Domini, sed ut dilapidator, & latro, & consequenter peccat.

Quod interdum etiam visibilibus exemplis punivit Deus, & quantùm is excessus sibi displiceat, ostendit. Unde *in lib. de vir. ill. Ord. Cisterc.* refertur de quodam Abbate in Saxonia; quòd cùm fuisset solitus sibi pretiosiores vestes procurare & de meliori panno quàm suis fratribus, eo fatis functo, Prior in quadam solemnitate volens honorabilius apparere, induit unam de ejusmodi vestibus defuncti Abbatis, intra quam tanto ardore correptus est, ac si non vestem induisset, sed in fornacem ardentem ingressus fuisset. Unde rejecta hac fatali veste intellexit in quibus incendiis deberet esse Abbas, cujus vel simplex tunica tantos æstus creabat.

Aliud Privilegium, quod à nonnullis in communi conceditur Abbatibus, est, quòd possint disponere ad libitum de his quæ acquisierint; quæ acquirunt non Monasterio, sed sibi. Quæ in alio sit,

sit, nomine Monachi non venit intelligendus Abbas. Monachus autem quacunque via, (ut servus Domino) sic suo acquirit Monasterio. Et sic Abbas recipiat Eleemosinas, pro missis à se dictis, concionibus, vel pro cathedra, vel per liberam alicuius largitionem, dum Prælatus est, date potest illa cui voluerit, vel quomodocunque voluerit expendere, modò non contra iustitiam. (a) Ita ad verbum Lamas *in meth. p. 3. cap. 13. §. 15.* Verùm hæc doctrina mihi videtur improbabilis, quia non potest concedi ulli Abbati illa libera dispositio, nisi faciamus proprietarium. Fundamentum autem Lamasii mihi non placet: ratio enim cur Abbas non possit pro arbitrio de ulla re disponere, seu habere proprium, vel sibi acquirere (quæ omnia eodem recidunt) non provenit ex eo quòd sub nomine Monachi comprehenditur: sex ex vi suæ Professionis, per quam redditur incapax aliquid habendi, eo modo ac Monachus, à qua incapacitate non absolvitur, quando in Abbatem promovetur. Quod similiter ait Lamas Monachum acquirere Monasterio, ut servum Domino, verùm quidem est; sed quòd Monachus sibi ipsi non acquirat, hoc non provenit ex eo præcisè quòd comparatur servo ut videtur velle, aliàs enim comparatur etiam filiofamilias, quo titulo posset saltem sibi acquirere quasi castrense peculium (quod nemo admittit) sed ex eo quòd per Professionem, accedente juris dispositione spoliatur omni proprio. In quo cùm Abbas sit æqualis conditionis cum suis Monachis, ideo sicut illi, ita nec ipse potest quidquam acquirere, vel proprium habere.

Et hæc quidem in communi; cæterùm possem hîc ad commendationem congerere non pauca alia jura, & privilegia, Abbatibus diversis in particulari concessa, tam secundùm statum civilem, quàm Ecclesiasticum, in quibusvis provinciis.

Nam primò quando Imperium fuit 26
translatum in Occidentem, & Teutones; fundata similiter fuit translatio, in quaternario numero, & designatis ex cæteris, quatuor ducibus principalibus, qui dicerentur Duces Imperii IV. Comitibus IV. Baronibus, *&c.* fuere designati item quatuor Abbates, (ut refert Munst. *in sua Geograph.* Et Maiol. *lib. de Maiest. Imp.* Qui sunt ex primoribus Imperii Principibus, & præ cæteris eminent, nempe Fuldensis, Campidonensis, Murbacensis, & Weissenburgensis, omnes Ordinis S. Benedicti. Ad quorum gloriam successivis temporibus, non pauci alii, benigitate Imperatorum assumpti sunt, & inter Principes Imperii similiter assumpti, ut Lurendsis, Einsidlensis, S. Galli, S. Lamberti, *&c.*

His addo (quod plenius suo loco di- 27
cam) Abbatem Casinensem fuisse à Carolo Magno, & Ludovico Pio creatum Vice-Imperatorem, & super-Intendentẽ negotiis Imperii. In Gallia verò moris fuisse, ut Rege absente Abbates S. Dionysii Regnum administrarent, ut de Suggero, & Matthæo Vindocin. testantur Guaguin. Belforest. & Claud. Robert.

Quid memorem alios Abbates, qui Su- 28
periorem in terris non recognoscentes, summum jus in sua ditione exercebant, ut Luxovienses, & adhuc de præsenti Monachi Lerinenses, in Sbourg.

Sanè non tacendum jus gladii concess- 29
um Abbati Campidonensi, & privilegium interessendi, ac exercendi judicium sanguinis sine periculo incurrendæ ullius irregularitatis. Quod etiam Abbati B. V. Rivipolensis competere affirmat Tambur. *in op. suo de jur. Ab.*

Verùm quantùm vita præfertur mor- 30
ti, tantùm etiam plùs æstimo privilegium aliud,

(a) Abbati nulli liceat sibi quidquam proprium vendicare. Regula Patrum cap. 2.

aliud à Rogerio Duce (posteà Neopolis & Siciliæ Rege) concessum Abbatibus Cavæ, ut per omnem dicti Regis ditionem possent reos vita donare, si sibi obviarent, dum ad patibulum ducerentur, eo modo quo olim Romani vestalibus suis concesserant, & de Cardinalibus asseritur.

31 Etiam hîc commemorabo quibusdam Abbatibus nostri Ordinis S. Benedicti fuisse sceptrum concessum loco baculi pastoralis, quo communiter alii utuntur, ut Casin. quem Petr. Diac. refert. per sceptrum olim debuisse investiri ab Imperatore, & S. Ambrosii Mediolan. de quo item refert Tambur. quòd dum ad celebrandum Pontificaliter pergit, non baculum pastoralem, sed sceptrum tenet in manibus.

32 Huc accedit jus cudendi monetam, quo olim Abbas Cluniacensis utebatur meminique me aliquando nummum vidisse sub insigniis perillustris illius Monasterii cusum.

33 Quòd si ad statum Ecclesiasticum convertamus oculos, nec secundùm eum minùs claruisse Abbates videbimus, nam primò ego lego apud Yepez, (a) quòd antequam Cardinales eveherētur ad eam gloriam, in qua nunc cum admiratione universus orbis eos conspicit, fuisse Romæ 22. Abbates, Omnes S. Benedicti, qui Romano Pontifici sacra facienti semper assistebant, ut nunc faciunt dicti Cardinales.

34 Hinc ego lego apud eundem Yepez Uvion. & Belforest. Calixtum II. creâsse Cardinales, Abbates S. Trinitatis de Uvindocino, titulumque S. Priscæ, jure perpetuo eis attribuisse. Ac item Abbates Cluniacens. & Cistercienſ. cum ad Curiam venire contingeret, inter Cardinales fuisse adscitos, & in Cōsistorio hinc inde ad pedes Sanctissimi locum tenuisse, ut refert Cassan. *in cat. glor. mundi p. 4. cons. 31.*

Hic etiam locus debetur Abbati & Principi Fuldæ, quem glorioso Titulo, Primatis per Germaniam & Galliam prosequuntur, tum antiqui scriptores, tum moderni: nempe ob merita S. Bonifacii Apostoli Germaniæ, & Primi Fundatoris Monasterii Fuldensis, ut & Ecclesiarum illius gentis.

Addo & non paucos Abbates qui olim sacrabantur in Episcopos, sicq; sacro fædere humilitatem Monasticam in sua persona, cum Episcopali gloria sociabant: adeò ut idem esset Abbas, & Episcopus & eorum Monachi simul forent Canonici; ut nunc de præsenti videre est in Monasterio Maleacensi in Gallia: & olim fuere in Anglia; Roffense, Cantuar. Vintonienſe, Ciceſtr. Convent. Batton. Lychefeld. & Elienſe usque ad ultimam extinctionem Ecclesiæ, ut refert Reyner. *in Apost. tract. 1. §. 3. sect. 1.* Qualis item fuit olim Ecclesia Cathedralis Vormaciæ, teste Demochar. *lib. de sacrif. Miss.* Cathedralis de Astorga in Hispania teste Yepez *cent. 2.* Salisburgensis, *&c.*

Sed singulare, & non prætereundum in hoc sermone de præcellentia Abbatum eo usque olim nonnullos fuisse evectos gloriæ, ut raro & inusitato admodum exemplo, Episcopi eis subiicerentur, ut Casinenſi, quem sub sua jurisdictione tenuisse IV. Episcopos refert Petr. Diac. *in sua Hist.* Et Huensi cui teste Vener. Beda *lib. 3. hist Ang. cap. 4.* omnes Episcopi Scotiæ, & Hiberniæ subiiciebantur.

His addere possem non pauca alia, ut quòd olim Abbates S. Martini Dumiensis authoritate Conciliorum erant Præfecti familiæ Regum Suevorum quando tene-

(a) In Chronic. Ord. S. Benedict. centur. 1 in impress Gallica in append. t. 6 Vuion. li. 2. ligni vitæ c. 11.

tenebant Galæciam, ut ei circa divina advigilabant, ut refert Ambros. Moral. *in sua Historia.*

3 Quòd Reges Galliæ cùm ad bellum procederent, accipiebant auriflamen de manu Abbatum S. Dionysii, *&c.* Verùm quia hæc singularia, & præter institutum mihi propositum, (qui generalia, & communia omnibus, tractare intendo) ideo & ab his calamum retrahens, aliis materiis concedo.

CAPUT II.

Circa Benedictiones, & Consecrationes.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt petere benedictiones sibi necessarias ab Episcopis, qui per eos transeunt vel quemcunque Episcopum pro eisdem ad sua Monasteria vocare 2.*

3 *Hoc non est revocatum in Tridentino.*

4 *Regulares possunt invitare quemcunque Episcopum ad Celebrandum Pontificaliter in suis Monasterijs. Et non revocatur in Trid. ibid.*

5 *Regulares possunt consecrare suas Ecclesias. Et easdem pollutas reconciliare.*

6 *Regulares possunt conficere aquam Gregorianam & quando. ib. d.*

7 *Ecclesia simpliciter benedicta, si polluitur, potest reconciliari à simplici Sacerdote.*

8 *Ecclesia polluta non eget reconciliatione, nisi delictum sit notum & præcedat sententia, secundùm aliquos. 9.*

10 *Regulares possunt uti dictis privilegiis in omnibus locis sibi pleno iure subditis. Quando sic locus dicatur subditus 11.*

12 *Abbates possunt sacrare Altaria portatilia fixa 13. & 14.*
Campanas & Calices. ibid.

16 *Abbates possunt uti Chrismate, tam in suis Ecclesijs quàm in aliis sibi pleno iure subditis.*

12 *Prælati Regularium possunt benedicere Corporalia & alia Ecclesiastica Ornamenta. Et hoc undecunque sint. ibid. & non est revocatum 13.*

14 *Simplex Sacerdos regularis potest benedicere Ornamenta Ecclesiastica. Negatur hoc privilegium à nonnullis 15. Sed contra eos asseritur 16. An secluso privilegio id licitum aliis Sacerdotibus 17.*

EUgen. IV. cõcessit *Augustinian.* & Sixt. IV. *Carmelit.* ut in defectu proprii Episcopi si alius habens gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ, per eos transierit, possint ab illo accipere benedictionem suorum vasorum sacrorum Altarium, Ornamentorum, & alia ejusmodi, Casarub. *v. benedicere nu. 6. & 10.* 1

Monasterio *Cassinensi* concessere Zachar. I. Calixt. II. & Innoc. III. *S. Pauli de urbe Roma*, idem Innocent. & Gregor. IX. *Cavensi* Alexand. III. universæ Congregationi *Cassinensi* Eugen. IV. Ut pro consecrandis Altaribus, Ecclesiis, vasibus sacris *&c.* possint Prælati ad eadem sua Monasteria vocare quemcunq; Episcopum, etiamsi proprius adsit: & absq; ulla ipsius licentia. Margarin. *in Bull. Cassin. const. 63.* quæ incipit: *Etsi quaslibet.* Et *const. 64.* quæ incipit: *Regularem vitam* & Roder. *t. 1. l. 9. & 11.* Eugen. IV. Idem concessit *Minoribus* Leo X. ut refert Casar. *v. benedicere nu 15.* Et rursus Jul. II. ut idem ait *v. Ecclesia.* Sed eo tantùm casu cùm propriusEpiscopus bis aut ter requisitus, recusat beneficium impendere. Vide Gloss. *c. cum & plantare de privil. §. in Ecclesiis.* 2

Nota autem circa hæc privilegia, quòd à nonnullis dicuntur revocata propter dispositionem Trid. *sess. 6. c. 5. de Ref. & sess. 14. c. 2.* ubi sic dicitur. *Nulli Episcopo l ceat cuiuscunque privilegii prætextu, Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordinarii licentia expressa, & in personas eidem ordi-* 3

nario subjectas tantùm. Si secus factum fuerit. Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab exercitio ordinum sint ipso iure suspensi. Puto tamen ego, *Primò* quòd ubi Tridentinum non fuit receptum gratis allegatur hæc ejus dispositio contra prædicta privilegia, quin potiùs ea omnia adhuc valere juxta omnem concessionis tenorem. *Secundò*, Quòd ubi Trident. fuit receptũ hæc dispositio mihi videtur respicere non Regulares, sed Episcopos, ut ejus intentio, & voluntas fuerit, non tollere prædicta privilegia, sed quosdam Episcopos qui prætendebant se posse ubique Pontificalia exercere virtute quarundam concessionum, quas dicebant se habere, ab hac praxi prohibere. *Tertiò*, Quòd illa prohibitio Tridentini non est generalis, nec debet intelligi de exercitio, quorumcunque Pontificalium, & in quocunque actu, sed solùm de collatione Ordinum, uti declarat ipse textus cõstitutionis sub finem, secundùm cujus finis verba, sunt regulanda antecedentia. *Quartò*, Quòd Trident. fortè aliud non voluit, quàm innovare dispositionem *c. non liceat d. 92.* Nam ibi ad marginem citatur. Et Aug. Hunnæus in approbatione harum citationum, dicit textum Tridentini esse secundùm illas intelligendum. Licèt autem in prædicto capite prohibeantur Episcopi exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, non pauci tamen, nec ignobiles Canonistæ interpretantur illam prohibitionem, non de simplici, & nudo usu Pontificalium, aut exercitio, eorum præcisè, quæ sunt ordinis Episcopalis, quales sunt consecrationes, sed de exercitio propriè dicto Pontificalium, puta cùm adjuncto aliquo iurisdictionis actu. Ex quibus omnibus patet, quàm malè torqueatur locus supra relatus Tridentini, contra supra memorata privilegia.

Sicut autem possunt Regulares eorum virtute vocare ad sua Monasteria quemcunque Episcopum pro benedictionibus, & consecrationibus, sibi necessariis, ità à fortiori pro celebranda Missa Pontificali, in suis ipsorum Ecclesiis, non obstante Tridentino, nam etiam seclusis privilegiis licitus est usus Pontificalium, qui nõ habet adjunctum actum aliquem jurisdictionis, ut superiùs dicebam, & docent Host. *c. fin. de usu & auth. pall.* Panor. *c. antiqua de privileg.* Gloss. *Clem. Archiepiscopo. eod.* & Laudun. *eod. quamvis de jud. c.* Quorum authoritas facit rem probabilem. Et ita etiam pro locis exemptis (qualia sunt Regularium Monasteria) tenet Barb. *de off. & pot. Epis. p. 3. alleg. 80.*

Benedictus XIII. concessit *Cassinens.* Jul. II. *Mimmo* Leo X. *Minoribus* ut Prælati possint suas Ecclesias solemniter benedicere, sua Oratoria, & Cœmiteria, vel si contingat pollui sanguinis aut seminis effusione, seu quavis alia via, reconciliare per aquam Gregorianam ab aliquo Episcopo factam, quam tamen ipsi facere poterunt, si intra duas dietas, nõ reperiatur Episcopus, à quo illam possint accipere, dieta verò est spacium 7. leucarum Joan. de la Cruz. *in epi. privil. lib. 2. c. 5. dub. 9. ccl. 4.* Confett. *in summar. mar. magni a. 6.* Portel. *v. benedicere.* Casar. *eod. v. & v. Ecclesiæ* Hugolin. *de off. ep. c. 29. §. 7.* Sayr. *de censur. c. 10. num. 31.* Henriq. *lib. 9. de miss. cap. 27* Roder. *tomo 1. q. 19. art. 6.* Barbos. *de off. & pot. ep. p. 2. all. 28* & alii apud ipsos. Et Marchin. *de sacr. ord. tr 3. p. 3. c. 10. n. 14.* refert se olim juxtra hujus privilegii tenorẽ, Ecclesiam sui ordinis Ticini reconciliâsse, & aquam Gregorianam, in hunc finẽ fecisse & cum post factũ multos habuisset adversarios, ex Curia Episcopali, viso privilegio & authoribus a quibus refertur, tacuisse; Cùm tamẽ P. Barnabitæ (quorũ ord. est March.

hoc

hoc privilegium non habeant nisi per cõmunicationem, atque ideo illius originale in sua defensione non exhibuerint, sed solùm auctores, à quibus refertur concessum supramemoratis Ordinibus.

Pro luculentiori autem instructione
nta 1. quòd quando aliqua Ecclesia pollutur, si non erat consecrata, sed tantum benedicta, potest à simplici Sacerdote absque ullo privilegio cum aqua benedicta communi reconciliari. per *c. ult. de consec. altar.* ubi Abb. Sed tamen oportebit habere licentiam Episcopi, ut dicit textus Canonis, & tenent Sylv. *v. consecratio 2. n. 7.* Asor. *2 p. inst. lib. 9 c. 5. quæst 5.* Possevin. *in pra. aur. c. 2. de Sacrif. Miss. in fin.* & Barb. *de off. & pot. ep. p. 2. all. 28.* Hoc est ex decentia non est obligatione, si placet credere Laymanno *in Theol. Mor. lib. 5. tr. 5. c. 5. n. 12. Secundò*, Quòd sive Ecclesia sit consecrata, sive non, ad hoc ut post pollutionem, indigeat reconciliatione, oportet delictum esse notorium seu per evidentiam facti, seu per depositionem testium in judicio, aut confessionem rei similiter in judicio, aut per publicam famam, ut ait Gloss. *c. umc. de cons. Eccl. in 6.* Marchin. *cit. n. 10.* Navarr. *in sum. c. 23. num. 36.* Conin. *de sacr. qu. 83. d. 1. art.* & Sot. *in 3. d. 13. qu. 2. art. 3* Quin etiam addit Nevin. *in sum. Dian. v. poll. Eccles.* & quem *ibi* citat Fagund. requiri sententiam judicis, sicut ad vitandum excõmunicatum, quia pollutio est quædam pœna, quæ imitatur naturam censurarum. Quod ego intelligo in casu dubio, non autem in aliquo ex relatis, nam etiam in censuris non est opus sententia judicis, quando casus est notorius. *Tertiò.* Quòd privilegia supramemorata valeant non tantùm pro ipsis Ecclesiis Regularium, in quib⁹ illi officia divina persolvunt; sed pro omnibus aliis quæ sunt *pleno iure* subjectæ ipsorum Monasteriis, quia sunt verè suæ, & ex dispositione juris, ac seclusis privilegiis, possunt Abbates in illis exercere pontificalia. *c. Abbates. de privil. in 6.* Quid autem sit Ecclesiã aliquã esse subjectam uni Monasterio *pleno iure. Resp.* talem dici, quando Monasteriũ habet in illa utramq; jurisdictionẽ hoc est spiritualem & temporalem, & in illa irrequisito Episcopo, instituit, & destituit Clericos. ut notat Gloss. *c. visis. 16. q. 2. c. Abbates cit. c. cum & plantare § in Ecclesiis. extr. eod. & c. quoniam eod. v. ntroq;* Ubi scitè monet Glossa, non desinere esse talem, licèt fortè Episcopus aliqua temporalia in ea habeat, seu recipiat *per c. cum venerabilis. de cens.* 11

Pius IV. año 1565. die 6. Junii. cõcessit Abbatibus Almæ Congr. *Cassin.* consecrationem altariũ portaliũ. *Habetur ad finem reg. impreßæ cum constit.* Iñoc. VIII. Abbati *Cistercu,* & quatuor ejus Coabbatibus. Et Paul. III. Abbati Vallischolariũ consecrationem altarium etiam fixorũ. Bull. Cassin. *const. 260. & 343.* & Tamb. *t. 1 de iur. Abb. d. 23. q. 4.* Ubi ait jure cõmunicationis idẽ posse omnes alios Abbates, ac refert, quòd cùm an. 1624. Visitatores Apostolici visitassent altaria Ecclesiæ S. Praxedis Romę suæ Congr. *Vallisumbrosæ,* ac dictum fuisset illa esse consecrata ab Abbatibns ejusdẽ Monasterii, seu Congr. hoc non improbaverunt. Et novissimè an. 1644 die 16. Apr. Sacra Card. Congr. declaravit contra Episcopum Placentinum. Idem posse Abbates Cassinenses Congreg. 12 13 14

De Calicibus & Campanis, an possint benedici seu consecrati à Prælatis Regularium, ita concessum invenio *Cassinensibus*, super quo cùm Episcopus Patavinus litem eis movisset. S. Card. Congr. anno 1620. die 5. Apr. confirmando eorum jura declaravit, id ipsis licitum. 15

Quantùm demum ad Ecclesias ipsas,

an possint item consecrari à Prælatis Regulariũ, refert Vincent. Barrali, in Chronol. Lerinensi Aldebert 2. Abbatem sacrę illius Insulæ, an 1088 una die (quæ fuit 4. Octob.) consecrasse in illa tres Ecclesias, nempe Majorem; S. Mariæ (quam vocant *de pietate*) illi conjunctam, & S. Crucis intra turrim. Quod privilegium jam est cõmune toti Congr. Cassin cui fuit unitum prædictum Lerinense. Et hoc ipsum longè post, iisdem *Cassinen.* concessit Bened-XIII. *Minoribus* Leo X. & *Minimis* Jul. II. Cruz, & alii citati nu. 6. Circa quod, & tria præcedentia *adverte*, Sacram Rit. Cõgreg. statuisse, non posse Abbates (etiam benedictos) illa benedicere in quibus intervenit chrismatis unctio; Verùm postquàm debitè fuit informata de privilegiis Dominorum meorum Cassinensium; an. 1606. & rursus an. 1614. in eorum gratiã declaravit se suo illo anteriori decreto nõ comprehendere Abbates habentes privilegia Apostolica ad talia. Quin imò ipsis licere, secundùm eorundem privilegiorum tenorem, uti Chrismate. Et hoc
11 velim intelligas non tantùm de suis Ecclesiis, sed etiam de aliis unitis, ac pleno jure subditis suis ipsorum Monasteriis, secundùm dicta superiùs in notis ad *n. 5.*
12 Innocent. VIII. concessit *Cassin.* & *Cistercienſ.* Idem Innoc. & Leo X. *Minoribus.* Et Pius V. Ordini *S. Hieronymi*, ut Prælati & in ipsorum absentia, eorundem locum tenentes, possint benedicere Corporalia, ornamenta Ecclesiastica, & omnia alia, in quibus non intervenit Chrismatis unctio. Et hoc undecunq; eis benedicenda offerantur. Roder. *to. 1. qq. reg. 19. art. 2.* Diana *tr. 2. dub reg. resp. 4* Portel. *v. benedicere.* Casar. *eod. v.* & Capuccin. *in annot. ad idem v. nu. 11 & 14* Cum aliis *infra cit.* Nota autem circa hoc privil. S. Cardin. Congr. declarasse, Regulares non posse benedicere ornamenta, pro Ecclesiis sibi nõ subditis, & consuetudinem contrariam non valere. quam & abrogavit an. 1629. die 18. August. ut inter alios refert Cavant. *in com. in rubr. Missal.* Sed Marchin. *tr. 3. de Sacram. Ordin. p. 3. cap. 12. n. 3.* Tambur. *to. 1. de iur. Abb. d. 22. qq. 2.* Suar. *to. 4. de Rel. tr. 1. lib. 2. cap. 30.* Diana *cit.* & alij apud ipsos dicunt, illa declaratione non obstante, locum esse adhuc privilegio, quia constat de ejus concessione, non de revocatione. *Adde*, quòd Regulares non benedicunt ornamenta ex consuetudine solùm (ut videtur illud decretum supponere) sed virtute privilegiorum Apostolicorũ. Et cùm S. Congreg. nõ abroget nisi consuetudinem, manent ideo prædicta privilegia, ea non obstante, in suo vigore. Quantùm verò ad alias declarationes, quæ fortè possent allegari aut fingi, contra eadem privilegia. *Respond.* eas non habere vim legis, neque esse receptas, propter quo vide dicenda *sect. 4.*

Sixt. IV. concessit *Minor.* ut simplices sacerdotes possint benedicere omnia ornamenta Ecclesiastica, exceptis Corporalibus, pro quibus tamen benedicendis possunt, ex eadem concessione, accipere licentiam à suis Provincialibus. Roder. *to. 1. qq. reg. 19. a. 1.* Cruz. *in epit. privil. lib. 2. cap. 4. concl. 3.* Bauny *in Theol. Mor. qu. 11. de Sacrif. Miss.* Sa *v. benedicere.* Armil. *v. consecratio.* Confett. iu *sum. maris magni.* & Corras. *in sum. privileg. mendic. in resp. 14. censc.* cum aliis infra citandis.

Nota, quòd nõnulli Superiores Regularium, invidentes hoc privilegium suis inferioribus, dicunt (sed non secundùm scientiam) illos non posse eo uti hoc tempore. *Tum* quia appellatur Oraculum Cruzio, sicut de facto, Roder. reponit illud inter Oracula sixtina, unde quia Urban. VIII. abrogavit Oracula, ideo & hoc ab-

abrogatũ volunt. *Tum* quia idem Roder. *loc. cit.* refert, illud nunquam fuisse in usu apud Minores eò quòd statim post concessionem, in proximè secuto Capitulo generali, restrictum fuit ad Guardianos privativè ad simplices Sacerdotes. Ex quo fit quòd cùm inter Minores soli Guardiani seu Superiores hoc privilegio utantur, ideo & inter alios Ordines, solos similiter Superiores posse sibi illud vendicare, cùm ad illos non derivetur, nisi per viam communicationis. Verùm hæc omnia gratis dicuntur, & nullo modo obsunt quo minùs simplices sacerdotes suo privilegio utantur, juxta tenorem suæ originariæ concessionis, tam in Ordine ipso Minorum, quàm in aliis cum illo cõmunicantibus. Non *primum*, quia licèt privilegium appelletur Oraculum ab aliquibus, & inter Oracula censeatur, non tamen ab aliis omnibus. Sunt enim plures, qui absolutè privilegium vocant, & inter alia privilegia per Scripturam concessa reponunt. *Deinde* etiam concesso quòd originariè fuerit emanatum per Oraculum, attamen virtute confirmationis subsecutæ, & factæ per Scripturam, accepit vim & naturam constitutionis Scriptæ & propriæ dictæ, atque ideo sub revocatione Urbani non comprehenditur juxta dicta *sect. 1. cap. 4. ubi de confir. privil. v. quia vero* quæ vide. *Sed neque* contra hoc privilegium obest alia objectio de restrictione facta à *Minoribus*. *Tum* quia in cõmunicatione privilegiorum, non communicantur privatæ restrictiones, privatorum Ordinum, aut personarum utentium, vel usus & non usus (hæc enim non sunt privilegium); sed ipsa gratia prout emanavit in sua origine à Papa, juxta dicta ubi de communic. *v. vis autem*. Et ubi de usu, v. 8. Hoc autem privilegium emanavit à Papa pro simplicibus Sacerdotibus, *Ergo &c.* Et ita Portel. *v. benedicere in addit.* Refert *Dominicanos* in praxi observare, & hoc privilegio uti, quamvis illud habeant per solam communicationem cum *Minoribus*. *Tum* quia etiam in ipso Ordine Minorum illa restrictio cujus meminit Roder. sicut & Statuta Capituli in quo facta est, non fuerunt recepta in multis Provinciis, ut qui post Rodericum scripsit, notat & testatur Chassaing. *tr. 7. de privil. regul. cap. 4. prop. 1.* Et sic manet privilegium sartum tectum simplicibus Sacerdotibus, tam in ipso Odine Minorum, quàm in aliis cum ipso communicantibus. Et ita præter Portel. & Chassaing. tenent PP. Recollecti in comp. Roder. *v. benedicere*. Bauny Sa, & Cruz. in initio citati. Corras. item citatus, qui *ibi* reponit hoc privilegium inter communia omnibus Regularibus Mendicantibus. Et tandem (ut alios omittam) Possevin. in *pra aur. cap. de sacrif. Miss. num. 37*. Vbi non modò dubitat de ejus validitate, & usu licito, quin potiùs ita certum supponit, ut *ibi* hortetur Parochos, ad petendam benedictionem suorum ornamentorum, à Regularibus, quos per suas parochias interdum transire contingit. Et sic recapitulando pro validitate, & usu licito hujus privilegii. Ego produco familiam Recollectorum (nobile membrum Ordinis S. Francisci) cum septem authoribus, qui communiter recipiuntur in aliis materiis, nempe Portel. Sa, Corras. Cruz, Possevin. Chass. & Bauny. Quibus adde alios allegatos, nempe Cordub. Molph. Mirand. Bonac. & ipsum Roder. Quorum omnium authoritas facit mihi hanc opinionem indubitatam.

His addo, quòd fortè dici posset, Sixt. 17
IV. sua illa concessione solùm jus antiquum ostendisse potiùs quàm privile-

gium

gium tradidisse,& secluso privilegio posse simplices Sacerdotes benedicere omnia Ecclesiastica ornamenta, exceptis Corporalibus. Nam de jure communi omnia Sacerdotalia permissa sunt Sacerdotibus,nisi sint Ordinis Episcopalis vel specialiter Episcopis attributa,privativè ad Sacerdotes simplices, vel illis interdicta, *c. ecce ego. d. 95. & cap. legimus. d. 93.* At in jure specialiter prohibentur Sacerdotes Ordines conferre, vel Sacramentum Confirmationis,Chrisma conficere, Virgines vel Ecclesias,seu Altaria consecrare. *cap. quamvis. d.68. Item* solemniter populo benedicere, vel pœnitentes reconciliare. *cap. ministrare. 26. quæst.6. Item* Corporalium benedictio specialiter attribuitur Episcopis,in *cap.consulto.d. 1. de cons.* Cùm verò in anteriori *cap. vestimenta. eod.* dicantur debere esse sacrata, hoc est benedicta, neque hæc benedictio attribuatur Episcopis,sequitur,quòd sit relicta simplicibus Sacerdotibus, exceptio enim firmat regulam. Et ita tenet. Angel. *in sum. v. benedictio. num. 1.* Quamvis Sylv. *eod. v. num. 4.* dicat contrarium.Circa quod attendenda erit locorum consuetudo, quæ solet jura interpretari manente interim privilegio, de quo hactenus in suo vigore.

CAP. III.

Circa Bona.

SUMMARIUM.

Regulares non tenentur ad decimas, quartam funeralium &c. num. 1. 2. & seqq.

6 *An hæc privilegia valeant. & 7.*

8 *Regulares possunt alienare bona, sub diversis modificationibus etiam legata, & non obstante voluntate testatorum. 12. & 13. & seq. ibid.*

14. *Hæc privilegia possunt compleri per se invicem. Sed aliæ solemnitates à jure præscriptæ servandæ. 15.*

19 *Bona Regularium non possunt præscribi. Nec etiam Privilegia. 18.*

EUgen. IV. an. 1436. die 3. Julii exemit omnia Monasteria almæ Congreg *Cassin.* à solutione decimarum, & canonicæ portionis, ex relictis, legatis & donatis, tam per ultimas voluntates, quàm inter vivos, seu quavis alia occasione acquisitis,de præterito,& de futuro acquirendis, & à quibuscunque prætendantur. B.quæ incipit: *Ad Ecclesiarum.*

Nicolaus V. derogando *clem. dudum de sepult.* exemit *Carmel.* à solvenda quarta Ecclesiæ parochiali, de rebus seu bonis quæ illis obveniunt per funera fidelium legata, ultimas voluntates, seu quavis alia via. Item Sixt. IV. exemit *Domus* à solvenda quarta, de quibusvis rebus aut ad quemvis finem eis datis, exceptis funeralibus. Idem concessit *Minimis* Julius II. ac simul eos exemit à solvendis decimis,primitiis, novalibus &c. Quæ *motu proprio, & ex certa scientia*, ipsis confirmavit Leo X. Ac demum Pius V. hæc omnes exemptiones communicavit cum nibus Ordinibus *Mendicantium* per Bu quæ incipit: *Etsi Mendicantium.* Cujus dispositiones deinde extendit ad Ordines seu Congregationes nonMendicantium per B. quæ incipit: *Ex Supremæ dispositionis arbitrio.* Vide Casar. *v. Canon. portio.* Peyrin *in const. Jul. II. &c.* Ubi tamen advertere 1. quòd illa extensio facta à Pio V. uti & Bulla: *Etsi Mendicantium,* dicitur à nonnullis revocata à Gregor. XIII. & successore,per aliam B. quæ incipit: *tanta.* quòd tamen alii negant, de quo nobis amplus sermo *sect. 4. dub. 4.*

Secundò. Quòd quidquid sit de B. Pii supramemorata privilegia valde angusta admittuntur,imò in aliquib. locis,quo partem

partem rejiciuntur propter illa quę diximus *sectione. 1. cap. 5. de intel. privileg. v. 2. quando.* Verùm ne rejiciantur, obstant clausulæ motus proprii, & certæ scientiæ, sub quibus inveniuntur concessa, secundùm dicta *ibid. v. ratio autem.* Sed tamen non possunt extendi ad alios Ordines, etiam habentes communicationem cum his, quibus concessa sunt, juxta notata ubi de acquis. privil. per viam. com. *v. fallit tamen.* Quæ omnia debent adinvicem conciliari, cum praxi cujusque loci, ut certi quid hac in parte diffiniatur.

8 Eugen. IV. concessit Congreg. Cassin. facultatem alienandi, de bonis Monasteriorum usque ad summam 200. florenorum, auri de camera, cum solo consensu Capituli generalis, vel Præsidentis, & Visitatorum. Bull. quæ incipit: *licet ex debito.* quæ est 66. in Bullar. ejusdem Congreg.

9 Gregorius XIII. concessit Societ. Jesu quamcunque alienationem, quorumcunque bonorum, & cujuscunque valoris, sola licentia Generalis intercedentes, modo, si alienatio fiat per emphytevsim, hæc non extendatur ultra tres generationes. Roder. *tom. 2. B. 20. eius. greg.* Et Barbos. *de off & pot. ep. p. 3. alleg. 95. num. 60.*

10 Idem Gregor. XIII. cōcessit Augustin. alienationem quorumcunque bonorum mobilium vel immobilium, cum consensu duarum partium Conventus, & modo, si alienatio fiat per emphyt. hæc non extendatur ultra duas generationes. Quod si judicetur ulteriùs extendenda, permittitur Generali Ordinis licentiam dare nomine Sanctissimi Rod *B. 5. eiusdem greg.*

11 Et Leo X. idem ferè concessit Monialibus 2. & 3. Regulæ Ordinis Minorum, ut nimirum quæcunque bona, & cujuscunque valoris, possint alienare, cum consensu duarum partium Conventus, & Generalis Ordinis, vel saltem Provincialis. Roder. *B. 26. ejusd. Leon.* & Casar. *v. alienatio. num. 5.*

Jul. II. concessit Minimis, ut non ob- 12
stante testatorum voluntate, possint alienare bona sibi legata, etiam immobilia. Cannart. *in sum. privil. passar.*

Sixt. IV. & Leo X. concessere Mino- 13
ribus facultatem ut bona sibi seu legata à vivis donata, ad certum locum vel usum possint (secluso scandalo) in alium commutare, & applicare. Portel. *v. Eleeëmosyna.* Roder. *v. commutare, & v. legata.* & Roder. *in oracul. eius. Sixti & Leon.*

Nota autem quòd cùm hæc omnia sint 14
facta communia omnibus Ordinibus, ideo possunt Prælati uti alterutro pro arbitrio, & pro ratione rei seu summæ alienandæ, aut etiam unū privilegium complere cum alio. Verùm quia per hæc ea- 15
dem privilegia, non eximuntur Regulares, nisi à petenda licentia Sedis Apostolicæ, pro suis alienationibus, ideo in occurrentia casus tenebuntur observare alia, seu ex dispositione Juris antiqui, seu recentiorum constitutionum Apostolicarum præscripta pro alienandis bonis Ecclesiasticis, sin autem, poterit rescindi contractus.

Eugenius IV. pro mihi omnimodis 16
observanda Congreg. Cassin. & S. Joan. Bapt. in Lusitania sancivit, nullam præscriptionem valere contra illarum bona, nisi sit 60. annorum. Bullar. Cassin. *const 59.* Roder. *tom. 1. qq. reg. 8. art. 5.* & Tambur. *to. 1. de iur. Abbat. d. 17. quæst. 14.*

Pro sacro vero Sublacensi Monaste- 17
rio, nulla valet præscriptio, nisi sit 100. annorum constitutione Calixti II. Neq; pro Monasterio S. Pauli de urbe Roma, nisi similiter sit 100. annorum, const. In-

nocent. Honor. & Pauli III. Greg. IX. & Alex. VI. Neque pro Monasterio S. Laurentii in Aversa const. ejusdem Innocent. III. Neque pro Monasterio S. Trinit. Cavæ const. Urbani II. & Alex. III. Portel. *v. præscr. contra bona. Et v. privil. cessat. per non vsum.* Cruz *in epit. privil. lib. 2. c. 3. dub. 2.* Chassaing. *tract. 1. c. 5. prop. 1.* Cherubin, & Margarin. *in suis Bullar* & Baron. *tom. 2. Annal.* Et quia privilegia computantur inter bona Monasteriorum, & 18 Ordinum, ideo Cherub. Portel. & Cruz citati, quos sequuntur Diana & Marcellin. à Sancto Bened. scitè inferunt, non posse ea præscribi minori spacio.

Sed & pro Monasterio Sancti Petri de Mutina. Federic. I. Imperator an. 1159. die 1. Aug. sancivit, nullam præscriptionem, cujuscunq; temporis ei obesse posse, in requirendis suis bonis. Ac rursus idem Feder. anno 1163. die 10. Novemb. Et post ipsum Henric. VI. anno 1196. die 21. Octob. pro Monasterio Sancti Petri, de Perusio, eandem legem tulerunt, uti videre est ad longum in *Bull. Margar.* Et quia hæc privata privilegia facta sunt communia toti Congreg. Casslinensi (cujus sunt illa duo Monasteria) atque inde aliis Ordinibus, ideo sicut superius dixi ex Cherub. & aliis citatis, necessarium esse lapsum 100. annorum ad præscribendũ contra jura, privilegia, vel bona regularium juxta privilegium Sublacense Sancti Pauli & aliorum Monasteriorum, quæ lege cõmunicationis facta sunt omnibus cõmunia, ita virtute istorum, quæ similiter omnibus sunt communia, nunc dico nullam præscriptionem currere, contra eadem privilegia, vel bona, eorundẽ Re- 19 gularium. Neq; obstat quòd hæc privilegia sint emanata ab Imperatoribus, atq; ideo videantur habere locum in Imperio, vel terris ei feudatariis solum, vel respectu bonorum temporalium solùm, nam fuerunt post modum confirmata, innovata, & de novo cõcessa, à diversis Romanis Pontificibus, & sic valent, non solùm ut sunt ab Imperatore, sed etiam ut à Papa, atque ideo per universum orbem, & universas Provincias Ecclesiæ subjectas, & tam quoad temporalia, quàm quoad spiritualia, unde non puto tutos in conscientia hos qui bona Monasteriorum retinent, sola longi temporis præscriptione freti, vel ex hoc quòd fortè hæc privilegia non sunt emologata in curiis sæcularibus, cum non possint ab illis impediri vel rejici, attento quod sunt data super bonis Ecclesiasticis, quæ solius Sedis Apostolicæ dispositioni, & moderationi subsunt, non autem temporali Principum temporalium.

CAP. IV.

Circa Confessiones passivè.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt absolvi ab omnibus peccatis quantumvis enormibus, & reservatis 5. 6. 12. 19. 17. & 24.*
15 *Etiam à reservatis in Bulla cœnæ. 17. & 21.*
1 *Et ab omnibus censuris. 2. 3. 4. 6. 8. 15. 17. &*
1 *Et ab omni irregularitate. 2. 4. 9. 11. 13. 16. 17. 27.*
1 *Et ab omni infamia & 17.*
1 *Et ab omni inhabilitate. 17. 21. 23. & 29.*
5 *Regulares possunt absolvi à suis Confessariis plenitudine qua à Papa absolverentur, & in nocentiæ restitui cui ab ipso restituerentur. hoc pro consolatione. 31.*
Regulares possunt accipere benedictionem Pontificiam à suo Confessario. ibid.
30 *Privilegia pro absolutionibus, possunt compl per se invicem.*
33 *Quomodo hæc possint applicari Novitiis.*
32 *Vt quis absolvatur, sufficit feciſſe opus præcepti*
34 *Privilegia ad rehabilitationem, valent adhuc*

ficia

ficia, extra ordinem.

27 Fallit in quibusdam casibus.

36 Confessarium absolventem Regularem à reservatis, sufficit esse approbatum, secundùm formam communem.

37 Quando datur licentia eligendi Confessarium, nunc est opus ut eligatur approbatus.

38 Trident. nihil innovat circa confessiones Regularium.

39 Privilegia sublata à Trid. sunt restituta pro foro interiori.

1 NIcol. IV. concessit Ordini S. Trinitatis, ut fratres possint semel absolvi ab omnibus casibus (etiam Papæ reservatis,) & dispensari, in omni irregularitate, censura, vel inhabilitate (etiam infamiæ) aut si quam contraxerint immiscendo se divinis, dum forent aliqua censura iam ligati. Roder. *t. 1. B. 7. eiusd. Nicol.*

2 Sixtus IV. concessit Minorib. ut tam ipsi, quàm ipsorum famuli, *semel in vita*, possint eligere Confessarium, à quo absolvantur ab omnibus casibus & censuris. & qui cum illis dispenset in omni irregularitate, præterquàm in casibus reservatis Superioribus Religionis, & irregularitate proveniente ex homicidio, vel mutilatione voluntaria. Casar. *v. absol. extraord. quo ad frat.* Item Eugen IV. concessit iisdem Minorib. ut per Confessarium, de licentia Superioris electum, possint absolvi *semel* ab omnibus casibus, & censuris, ac pœnis, excepto casu fallicationis litterarum Apostolicarum. Casar. *eod. loc.*

4 Et rursus idem Eugen. IV. concessit eidem Minoribus ut possint absolvi, & dispensari per idoneos Confessarios, dum forte aliquam excommunicationem, vel irregularitatem contrahunt, absolvendo inadvertenter, ab aliquo casu, quem non poterant absolvere inter audiendas confessiones. Casar. *v. absol. ord. quoad fratr.* Et Roder. *tom. 1. Bull. in orac. Eugen. IV.* At Monialibus S. Claræ Leo X. concessit, ut *quater in anno* à Superioribus, seu Confessariis ab illis deputatis, possint absolvi ab omnibus peccatis & excessibus, ex plenitudine qua ab ipso Papa absolverentur, & illi innocentiæ restitui, cui ipsas ille restitueret, si suas ipsarum confessiones audiret, & ut posthac nomine & authoritate Papæ benedictionem illis impendant. Casar. *v. absol. extraord. quoad fratr.* 5

Martin. V. concessit Monasterio de Guadalupe Ordinis Sancti Hieronymi in Hispania, ut Confessarii, ibi expositi, possint *semel* absolvere tam Professos, quàm Novitios, ab omnibus censuris, à Iure vel ab homine, in genere vel in specie (non nominata persona) latis. Et ab omnibus casibus reservatis Papæ, & quibusvis delictis, etiam inhabilitatem inducentibus, aut exercitium Ordinum impedientibus, eosque reconciliare, & rehabilitare, sive casus seu inhibilitas contigerit ante ingressum Religionis, sive post Portel. *v. confess. erga fratr. num. 18. & 20.* & Capuccin *v. absol. extraord. quoad. fratr.* Item ipsi Ordini S. Hieronymi Eugen. IV. concessit ut Confessarii à Superiore deputati, *quoties opus fuerit*, possint absolvere fratres ab omni excom. cõtracta, celebrando divina, vel Ordines recipiendo indebitè. Et cum iisdem dispensare, in omni irregularitate, excepta illa quæ provenit ex bigamia, vel homicidio voluntario. Portel *supr. cit.* Item ut dum frater aliquis est in via, possit sibi eligere Cõfessarium, qui cum illo dispenset in omni irregularit. quam in tali via potuit contraxisse, & per quam impediretur à divinorum participatione. Capucc. *v. absol. ord. quoad fratr.* 6 7 8 9 10 11

Sixt. IV. concessit Carthusianis, ut quot annis, in festo Nativitatis B. V. Mariæ, possint sibi eligere Confessarium, de 12

expositis per Superiorem, à quo absolvantur ab omnibus peccatis, & excessibus, etiam Papæ reservatis. Cõpend. privil. Ord. Cisterc. Hispan. *v. indulgentia. n. 5.*

13 Sixt. IV. concessit Cistercien. ut omnes Abbates, Priores monachi novitii, conversi, oblati, famuli, procuratores, & nuntii, qui venerint ad Capitulum generale, possint per suum Confessarium, cui ex dispositione sui Superioris confitentur, vel quem ipsi elegerint, absolvi ab omnibus excom. suspens. interdict. & pœnis, à jure, vel ab homine, quomodocunq; vel quacunq; occasione, vel causa latis. Et ab omnibus peccatis & criminibus (etiamsi sint talia, de quibus Sedes Apostolica meritò esset consulenda.)

14 Et cum iisdem dispensare, in omni irregularitate, quovis modo, & qualitercunque contracta. Bullam ad longum refert Roder. *to. 1. Bullar.* Et est ibi 46. inter Sixtinas.

15 Jul. III. concessit Cassin. ut tam Professi quàm Novitij, possint à suis Prælatis absolvi à quibuscunq; criminibus (etiam

16 contentis in Bulla Cœnæ Dñi.) Et ab iisdem dispensari in omnibus pœnis, ac irregularitatibus (etiam propter homicidiũ voluntarium contractis, modò in Con-

17 gregatione perseverent. Pius verò V. In B. quæ incipit: *Dum ad congregationem.* Motu proprio, ex certa scientia, de mera liberalitate, & plenitudine potestatis Apostolicæ, iisdem Cassinen. sib. cõcessit, ut Professi, Novitii & Cõversi, *toties, quoties,* possint à suis Prælatis absolvi, ab omnib' culpis, reatibus & criminibus, sive ante sive post ingressum Religionis cõmissis, etiã si sint de reservatis Papæ vel contentis in Bul. Cœnæ Dñi, & seu casu, seu data

18 opera tales casus commiserint. Et dispensari in omnibus irregularitat. consurgentibus ex ejusmodi casibus, excepta illa quæ consurgit ex homicidio voluntario, post ingressum Religionis commisso (nõ tamen si ante) & ab infamiæ nota. Aut in-19 habilitate ad officia Ordinis, aliisque pœnis similiter resultantibus, ex prædictis casibus. Imò etiam si in tales pœnas inciderint, eò quòd talibus casibus inquinati, aut censuris ligati, scienter Ordines sacros susceperint, vel Missam, aut Officia divina celebraverint. De quibus absolutionibus, & dispensationibus, nõ teneantur facere mentionem apud Sedẽ Apostol. in quibusvis impetrationibus. Quòd si cõtingat hoc privilegium revocari, idem Pius illud restituit, & *toties quoties,* ac decernit in futurum, ac semper fore exceptum ab omnibus suorum Successorum Romanorum Pontif. revocationibus, Novitijs tamen non suffragare declarat, nisi in Congregatione perseveraverint. Bullar. Cassin. *const. 172. & 197.*

Eugen. IV. concessit Congreg. Valli solet. ut excepta irregularitate bigamiæ, & homicidij, vel mutilationis voluntariæ, possint fratres in omnibus aliis casibus absolvi, & rehabilitari, ad exercitiũ sacrorum Ordinum, quoties opus habuerint. Semel verò ad officia, & dignitates Ordinis. Roder. *Bulla 1. eiusd. Eugen.*

Pius IV. concessit Congregat. Olivetanæ ut frater cui opus fuerit, possit eligere Confessarium, qui cum ipso dispenset in omni irregularitate, ad hoc ut officia & dignitates possit accipere, & retinere in suo Ordine. Portel. *v. confess. regul. fratr. nu. 19.* Vide alia ubi de potestate Prælat ad absol. & dispensat.

Ex dictis autem collige *primò*, quod quantùm ad peccata, nullum est tam enorme, quin possint Regulares ab illo absolvi, virtute suorum privilegiorum, quomodocunque sit reservatũ. Et hoc vel semel in vita, juxta privilegium Nico-

lai

IIV. pro Ordine ſanctæ Trinitatis, & Martini V. pro Ordine S. Hieronymi, vel quot annis juxta aliud Sixti IV. pro Carthuſianis, aut in Capituli generali juxta aliud ejuſdem Sixti pro Ciſtercienſibus. Vel quater in Anno juxta aliud Leonis X. pro Monialibus Minorum, vel demum toties quoties juxta aliud Julii III. & Pii V. pro Congregat. Caſſinenſ. Licèt aliqui velint excipiendos eſſe casus Bullæ Cœnæ Domini, hos tamen non excipiunt prædicti Pontifices Julius III. & Pius V. quin potiùs expreſſe concedunt, & non eſſe excipiendos probatur infra, ubi tractatur de poteſtat. Præl. ad abſol.

25 Quantùm verò ad cenſuras, ſi aliquam quis contraxit, abſolvendo caſum, cujus abſolvendi non habebat facultatem, poteſt ab illa ipſe abſolvi, per privilegium Eugen. IV. pro Minoribus. Si aliquam contraxit malè ſuſcipiendo Ordines, vel Divina celebrando, poteſt abſolvi per aliud ejuſdem Eugen. pro Hieronymit. vel Pii V. pro Caſſin.

Si aliquam contraxit, eò quòd jam alias ligatus, divinis ſe immiſcuerit, poteſt abſolvi vel ſemel juxta aliud Nicol. V. pro Trinitar. vel indefinitè, ac toties quoties, juxta aliud Pii V. pro Caſſinenſibus.

Ac generaliter ab omnibus, quomodocunque, vel quacunque de cauſa contractis; & hoc toties, quoties juxta illud idem, vel aliud Julii III. pro iiſdem Caſſinenſibus. Aut quoties adſunt Capitula ſecundùm aliud Sixti IV. pro Ciſterc. Aut ſemel ſecundùm aliud Martini V pro Hieronymitanis & aliud Sixti IV. pro Minoribus.

27 Quantùm ad irregularitates, poſſunt item conſequi diſpenſationem, in omnibus, & quibuſcunque ſeu fortè aliquam, in via conſtituti, contraxerint, juxta privilegium Eugen. IV. pro Hieronymit. Seu quovis alio loco vel modo, ſemel juxta privilegium Martini V. pro iiſdem Hieronym. & Nicol. V. pro Trinitariis. Aut quoties veniunt ad Capitulum generale, juxta aliud Sixti IV. pro Ciſtercienſibus. Aut toties, quoties juxta aliud Julii III. & Pii V. pro Caſſinenſ. Etiam in irregularitate homicidii voluntarii ſecundùm limitationem ejuſdem privilegii, ejuſdem Pii, vel ſine illa juxta tenorem alteriùs conceſſionis Jul. III. pro iiſdem Caſſinenſ. Et hoc indefinitè, & toties quoties, ut in illis dicitur, vel ſemel in vita ſecundùm cõceſſionem Martini V. de qua ſupra, vel quando interſunt Capitulo ſecundùm Sixtinam pro Ciſterc. de qua item ſupra, vel ſecundùm Eugenianam pro Hieronymitanis ſi contingat aliquem perpetrare homicidium per id tempus; quo eſt in via conſtitutus, & extra Monaſterium. Ac demum etiam in irregularitate Bigamiæ, quia hæc non excipitur in conceſſione facta à Jul. III. & Pio V. Caſſinenſ. à Sixto IV. Ciſterc. & Minoribus, à Nicol. V. Trinitariis, & Martino V. Hieronymitanis, nam cum prædicti Pontifices, aliquas alias exceperint, cenſentur hanc tacendo, conceſſiſſe, quia exceptio firmat Regulam.

Quantùm verò ad infamiam poſſunt 28
item Regulares ſuper illius impedimento accipere diſpenſationem, vel ſemel juxta indultum Nicol. V. pro Trinitariis, & Martini V. pro Hieronymitanis vel toties quoties, juxta aliud Pii V. pro Caſſinenſibus.

Quantùm demum ad inhabilitates ad 29
officia & dignitates Ordinis, poſſunt in his diſpenſari, vel ſemel per privilegium Martini V. pro Hieronym. Nicol. V. pro Trinitariis & Eugen. IV. pro Congreg. Valliſolet. Vel quando veniunt ad Capitulum,

culum, per aliud Sixti IV. pro Cisterc. vel indefinitè per aliud Pii IV. pro Olivetan. vel toties quoties, per aliud Pii V. pro Cassinensibus.

30 Porrò licèt privilegia illa omnia supra memorata sint disparata, possunt tamen ad invicem conjungi, & unum per aliud comperi in occurentia casus ut si v. g. pœnitens commisit peccatum, cui annexa sit aliqua censura, & simul irregularitas, vel inhabilitas, ad officia Religionis, poterit absolvi virtute unius à reservatione sui peccati virtute alterius à censura, virtute tertiæ ab inhabilitate, & hoc ab eodem Confessario, & simul ac semel in una, & eadem confessione, & absolutione, &c.

31 Nota verò *Primò* circa privilegiũ Leoninum pro Monialibus, multa ibi dici ad consolationem animarum tantùm, nam cum Sacramenta non recipiant suam efficaciam à meritis, vel conditione Ministri, & aliàs excusentur Moniales tum propter sexum, tum propter statum & conditionem, ab adeundo Papa pro absolutionibus sibi necessariis, certè æquè plenè possunt absolvi à suo Confessario ordinario, & Innocentiæ restitui, atque à Papa.

32 *Secundò*. Circa Sixtinum pro Cisterc. Quod non est opus ut pœnitens absolvatur in ipso capitulo sed satis est interfuisse, ad hoc ut beneficio privilegii gaudeat, quia ratione interessentiæ acquisivit jus ad illud, & ad illius commodum, adeò ut possit deinde ubivis terrarum, secundùm ejus tenorem, accipere absolutionem sibi necessariam, per proportionem ad illa quæ communiter dicunt DD. de Jubilæo, & eò qui præstitit opera præfixa ad illius consequutionem, videtur enim hic imago quædam contractus onerosi, ut sicut is qui præstitit opera taxata ad Jubilæum lucrandum, acquisivit jus ad absolutionem reservatorum, ita & qui Capitulo interfuit.

Tertiò. Circa privilegia, quæ comprehendunt Novitios, vel Oblatos, sub conditione perseverantiæ, hęc nõ intelliguntur de peccatis afficrẽtibus animam, quia postquam semel sunt absoluta virtute alicujus privilegii, manent absoluta in semper, nec reviviscunt, etiamsi Novitius non perseveret, & etiamsi aliàs non fuerit absolutus, nisi ex spe perseverantiæ suæ. Sed neque intelliguntur illa eadem privilegia, de irregularitatibus, vel inhabilitatibus, quæ sunt aptæ natæ impedire unicum actum & quarum effectus in hoc uno terminatur, si talis actus non habet tractũ temporis, sed simul & semel completur. Et sic v. g. dispensatus, ut recipiat aliquem Ordinem Sacrũ, vel beneficium, manet bene ordinatus, & provisus, & Ordinem receptum potest exercere, etiamsi exeat. Unde relinquitur ut intelligamus prædicta privilegia, de illis irregularitatibus quę per tractum temporis continuant suum effectum, seu præ cadunt super actum, per aliquem tractum temporis complendum, ut si Novitius dispensatus sit ad recipiendos Ordines, & virtute dispensationis & privilegii aliquibus susceptis exeat, non poterit alios recipere. Sic si fuit dispensatus ad celebrandam Missam, non poterit post discessum celebrare &c.

Quartò. Circa privilegia quæ dant facultatem rehabilitandi ad dignitates, videntur prima fronte intelligẽda de dignitatibus intra Ordinem. Et ita expresse cavetur in privilegio Eugen. IV. pro Congreg. Vallisol. & Pii IV. pro Olivetana. Attamen ego mihi suadeo quod etiam valeant pro obtinendis dignitatibus extra ordinem, tum quia in privilegio Marr. V. pro Hieronymit. & Sixti IV. pro Cister.

datur

datur facultas ad rehabilitandum ad dignitatem, sine ulla limitatione, vel specificatione, ergo debet intelligi universaliter de omnibus, & per respectum ad omnes, tū quia ita satis clarè videtur Pius V. significásse in amplo illo indulto pro Cassin. de quo supra. Et in quo expressè ad dispensatos in suis impedimentis, & irregularitatibus sic absolute manere dispensatos, ut nō obligētur facere mentionem hujus suæ dispensationis, apud Sedem Apostolicam, *in quibusvis impetrationibus*, at si in quibusvis. Ergo extra Ordinem, tam bene, atque intra. Imò cùm regulariter non impetrentur apud Sedem Apostolicam officia & dignitates intra Religionē renendæ, quia conferuntur in Capitulo, evidens est Pontificem locutum fuisse de aliis, hoc est de sæcularibus, & extra ordinem possidendis, cùm illæ solæ conferantur à Sede Apostolica. Nisi velimus contra regulas Iuris asserere, has clausulas esse in privilegio superfluas & nihil operari. Verùm quia hæc eadem privilegia loquuntur de impedimentis seu irregularitat. junctis alicui delicto, seu ex aliquo consurgentibus, quale non est impedimentū Bigamiæ, quia consurgit ex defectu Sacramenti, neque defectus natalium quia licet intervenerit peccatum, non tamen ex parte patientis, ideo ego arbitror quod dispensatus in talibus ad obtinendas dignitates intra Ordinem, non potest virtute hujus dispensationis aliquam obtinere extra, sed indiget dispensatione Papæ.

36 *Quintò*. Circa privilegia, quę dant facultatem accipiendi absolutionem, vel dispensationem à Confessario per Superiorem deputato, putant aliqui nō sufficere, quòd sit deputatus simpliciter ad audiendas confessiones, sed necesse esse, ut sit deputatus ad audiendum hunc qui indiget absolutione, vel saltem generaliter ad absolvendum à reservatis, ita Portel. *v. confess. erga fratr. n. 18.* Sed meo quidem judicio gratis hoc utrumque dicitur. Tum quia tenor privilegiorum, aliud non exigit nisi ut Confessarius sit deputatus audiendis confessionibus. Ergo hoc sufficit. Tum quia nemo tenetur se ipsū prodere, quod tamen fieret, si ego deberem petere, mihi deputari Confessarium, qui me absolvat à reservatis. Tum quia hęc privilegia fraternizant cum privilegiis Jubilæorum in quibus datur potestas absolvendi à reservatis, ad quòd aliud nihil exigitur nisi ut pœnitens cōfiteatur alicui Confessario ab Ordinario approbato. Ergo similiter ad effectum horum privilegiorum, sufficit Confessarium esse deputatum audiendis confessionibus in Conventu, absque alia majori specificatione.

37 *Sextò*. Circa privilegia, quæ dant facultatem eligendi Confessarium, posse Religiosum eligere neque ab ullo Episcopo, neq; à suo ipsius Superiore approbatum, tunc enim censetur Papa electum approbare virtute privilegii: ita S. Anton. *in sum. p. 2. tit. 17.* Palud. *in 4. q. 3. a. 2.* Gabr. *q. 2. a. 5.* Sot. *d. 18. qu. 4. a. 3.* Roder. *t. 1. qq. reg. 62. a. 5.* Anglez *in flor. c 4. q. de confess. a. 8. dub. 4. diff. 2.* Medin. *C de conf. q. de Sacerd. alieno* Adrian. *q. 5. de conf. dub. 1.* & Gasp. Hurt. *d. 10. de pœnit. dif. 13.* Quorū opinionem probabilem putat Auson. *in sum.* Dian. *v. absolu. à reserv.* fayēt. Angel. *v. cōfessio 3. n. 5.* & Sylv. *v. conf. 1. n. 8.* ubi dicunt sic electum, virtute suæ electionis, censeri proprium Confessarium eligentis, & quoad ipsū consequi tantam jurisdictionem, quantam habet ejus Ordinarius. Nec dissentit Navar. *in man. cap. 4. n. 3.* Dicens non posse Sacerdotem audire confessiones, nisi habeat jurisdictionem ordinariam aut delegatā à Papa, Vicario, aut Parocho, *vel ratione Bullarum,*

Bullarum, vel propter alias concessiones, ut possit eligi à pœnitente. Ergo hæc electio concessa per Bullas, & privilegia sufficit.

Neque obstat quòd in Trident. dicitur Confessarium debere esse approbatum, nam primo in locis in quibus Trid. non fuit receptum, non procedit objectio; deinde pro locis in quibus fuit receptum, *Resp.* Confessarium censeri approbatum, seu approbari à Papa, quâdo eligitur virtute privilegiorum, ut in initio dixi. Ac
38 tertio *Resp.* Trident. nihil statuere super confessiones Regularium in suo decreto de approbatione *sess. 23. c. 15. de Ref.* sed illos relinquere juri antiquo, secundùm quòd ut olim, ita & nunc consequenter possunt absolvi ab illis quibus id permittitur per ipsorum statuta vel privilegia, & ita docent Coninc. *d. 8. de sacr. pœn. dub. 7.* Cutill. *in addit ad pract. 4.* Mancini *dub. 15.* Ubi pro hac opinione allegat. 7. alios Authores. Et Tambur. *t. 2. de iure Abb. d. 6. q. 6. & 8.* Ubi alios ad 18. enumerat. Quibus
39 adde Pium V. restituisse Regularibus privilegia revocata à Trident. pro foro conscientiæ, in quo versamur, & sic quamvis ita esset quòd Regularis non posset absolvi à Confessario qui non sit approbatus, & illa privilegia de eligendo (etiam non approbato) forent revocata, virtute tamen hujus posthumæ cõcessionis, nunc licitum erit, cùm per illam restituta sint privilegia, quæ dicuntur revocata.

CAPUT V.

Circa Confessiones activè.

§. I.

De Potestate Regularium ad Confessiones audiendas.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt audire confessiones, si ad hoc deputentur à suis Superioribus 5. & 6. absq; ulla alia licentia Prælatorum Ecclesiæ ibid. omnium, cujuscunque sint Diœcesis 2. & 5. C ubivis terrarum. 3. & 4.*

7 *De his privil. potest fieri sermo diverso respectu.*

8 *Circa approbationem regularium plures modificationes factæ à summ. Pontificibus.*

9 *Regulares validè absolvunt.*

10 *Regularium æmuli semper conati sunt eos arc à confessionibus audiendis.*

11 *Privilegia tamen eorum valent, ubi non fuit ceptum Trident. Et probabiliter ubi fuit ptum. 13. Et non obstantibus aliis Concil & dispositionibus. 12.*

8 *Eadem privilegia fuerũt sublata ab Vrbano Dubiũ tamen, an cum sufficienti efficacia*

16 *Regulares, etiam non approbati, possunt uti vilegiis extra confessionem.*

17 *Regulares nõ indigent approbatione, pro audi dis confessionibus suorum domesticorum.*

18 *Nec Prælati pro audiendis confessionibus rumcunque.*

19 *Si Episcopus recuset approbationem Regular ipso facto, approbatur à Papa. Quid hoc faciendum 21.*

20 *Regulares qui se præsentat Episcopo sati Concilio.*

22 *Episcopus non potest approbare Regulares tempus.*

23 *Neque cum revocare ad examen.*

24 *Episcopus potest suspendere privatum Regul à confessionibus. Ob quas causas ibidem, cui revelandæ. ibid.*
Episcopus non potest suspendere omnes unius Monasterii à confessionibus. ibid.

25 *Parochus potest approbare ad confessiones Parochia.*

26 *Mentem Trid. Conc. non possumus melius quàm ab his qui illi interfuerunt.*

27 *Potestas Regularium de audiendis confessio sufficit pro implendo præcepto de con semel, & qui Regulari confessus est hoc cepto satisfecit.*

1 Sixt. IV.

1 Sixtus IV. concessit Augustin. & Carmelit. ut Generalis Ordinis per se, & Provincialis in Capitulo Provinciali possit cum Diffinitoribus demandare munus audiendi confessiones fratribus, quos ad id idoneos judicaverit. Casar. *v. confessiones num. 4.* Leo X. concessit Minoribus
2 facultatem audiendi confessiones omnium ad se venientium, cujuscunque fuerint Diœcesis. Et Paul. IV. ut possint il-
3 las audire ubivis seu in suis Ecclesiis, seu alibi. Roder. *tomb 1. Bull. in orac. Leon. & B. 3.* Pauli IV.

4 Gregorg XIII. concessit Soc. Jesu, ut Patres semel ab uno Episcopo approbati, & à Superioribus expositi audiendis confessionibus, possint illas audire à quibuscunque ad quos, dum sunt in via, contigerit eos divertere, modò Parochi locorum non repugnent, & non sint in loco in quo residet Ordinarius, à quo possint facilè obtinere hanc licentiam. Gutier. *in qq. can. c. 27. §. 3. nu 21.* Roder. *to. 1. qu. 9. artic. 6.* & Capuccin. *in annot. ad* Casar. *v. absol. quoad sæcul. 1.*

5 Eugen. IV. concessit Cassinensibus ut tam Prælati, quàm fratres ab illis deputati, possint audire confessiones omnium ad ipsos venientium, absq; ulla alia Prælatorum Ecclesiasticorum licentia, omnesque sic ad ipsos recurrentes absolvere ab omnibus casibus exceptis his, pro quibus meritò Sedes Apostolica foret consulenda, vel pro quibus ipsi Confessarii judicarent pœnitentem esse remittêdum ad suum Ordinarium. Bullar. Cassinens. *const. 63.* & Casar. *v. absol. ad sæcul. 2.*

6 Eugen. IV. concessit pro Monasterio S. Benedicti Vallisoleti Pius II. pro tota Congregatione ab illo denominata, Nicolaus Francus nomine Sixti IV. & Ludovic. Cardinalis nomine Jul. II. (cum pro illis legatione fungerentur, in Hispaniis) ut quamdiu fuerit in observantia Prælatus pro tempore existēs, & quatuor alii Patres, ab ipso nominandi, & ad arbitrium suū removendi, possint absq; ulla alia licentia, quorumcunq; ad sua Monasteria accedentium, audire confessiones, eosque absolvere ab omnibus casibus, etiam Episcopo reservatis. Et ab omnibus censuris ex c. susp. & interd. à jure, vel ab homine, in genere latis, excepta ea quæ contrahitur ob non solutas decimas, & cum iisdem dispensare in omnibus votis, reservatis Episcopis, vel eadem vota commutare. Bullar. Vallisolet. *B. 44. 57. & 63.* Et Casarub. *v. absol. quoad sæcul. 1.*

Nota autem, circa supra relata privilegia, & plura alia similia, de potestate Regulariū ad audiendas confessiones, quod possum⁹ de illis loqui, vel secundùm tempora præcedentia Trid. & jus antiquum, vel secundùm subsequētia, & jus novum ab illo constitutum. Et quidē quòd ad jus antiquum attinet cùm olim plures difficultates, & lites super hac materia moverentur Regularibus Bonif. VIII. primùm sancivit ut Prælati hos præsentarent Episcopis, quos vellent occupare confessionibus audiendis, *ut de eorū licentia, gratia & beneplacito confessiones, sibi confiteri volentium audiant.* Quòd si fortè ex præsentatis aliquem Episcopus reciiciat, debet Prælatus alium subrogare, & si etiā huic licentiam petitam recusēt. Ex tunc ipse Pontifex de plenitudine potestatis, cō cedit ut possit confessiones audire, uti habetur *in extrav. super cathedram. de sepult. inter com. §. statuimus.* Deinde cùm iterum super hac materia fuissent turbæ excitatæ. Bened. XI. successor Bonifacii sic providit, ac decrevit, ut Regulares *authoritate Apostolica, absq; licentia Diœcesanorum, & aliorum Prælatorum inferiorū exemptorum, & non exemptorum quibus subsunt, qui ad confitendū accedunt, audiant*

7

8

eos peccata sua confiteri volentes. Verùm *ut debitus honor Diœcesanis reservetur.* Jubentur Prælati Regularium, seu per se, seu per alios scripto, aut verbo eos monere, se ex suis elegisse, quos confessionibus audiendis mancipare cupiunt. *Et non nominando, aut coram ipsis sistendo eos, nec illorũ numerum exprimendo*, petere humiliter, *ut de ipsorum beneplacito & licentia dictum possint officium exercere.* Quòd si negatum fuerit, authoritate Apostolica, officiũ exequantur *extrav. inter cunctas de privil. inter com. §. sed quia.* Hinc nec dum quiescentibus animis, Clem. V. Benedicti successor, innovavit decretalem Bonifacii in Concilio Viennensi, in sua quæ incipit: *Dudum de sepult.* Et sacro approbante Concilio, jussit ab omnibus observari. Gliscentibus
9 ulteriùs in lites, & tricas Parochis, cùm aliqui Doctores Universitatis Parisiensis, eorum fautores, viderent non posse Regulares arceri à sacro confessionum audiendarum munere. Quidem (inter eos) nõ minimus nomine Joannes de Poliaco, docuit, & in publicis concionibus vulgavit, hos qui alicui Regulari confessi forent, teneri iterum eadem peccata confiteri suo Parocho ad hoc ut satisfaciant obligationi *capit. omnis utriusque* de semel confitendo proprio Sacerdoti quot annis. (a) De quo Poliacus accusatus apud Joannem XXII. Clementis Successorem, coactus est palinodiam cantare, ipseque Joannes contra hunc errorem, aliosque ejusdem Poliaci, edidit Avenioni Extravagantem *vas electionis*, quę est reposita inter com. *in rubr. de hæret.* In qua decernit, eos qui Regularibus confitentur, non magis teneri, *eadem peccata confiteri iterum, quàm si ea alias confessi fuissent proprio Sacerdoti juxta concilii generale.* Ac demum post omnes ejusmodi decretales, secuta sunt privilegia supra memorata aliaq; similia non pauca, & in sequentib⁹ proponenda.

Igitur si hęc eadem privilegia conferamus ad jus antiquum, & ad tempora præcedentia Concilium Trid. Intelligemus *Primò* summo semper studio, & ardore conatos fuisse æmulos Regularium, eos arcere ab audiendis confessionibus, siquidē opus fuit tot Summos Pontifices, toties super hac re pronuntiare, & decretales edere. Ac *Secundò* eadem privilegia locum habere, secundùm suũ omnem tenorem, in locis in quibus Trid. Concilium non fuit receptum, nam si aliquid obviaret vel esset ipsum Trident. quod non potest esse, cùm supponatur non receptum, ne jura supra memorata, quòd similiter non potest esse, quia privilegia sunt posteriora, posteriora autem derogant prioribus. Et privilegia dantur ad derogandum jus præcedenti. Facit quia privilegia Regularium fuerunt ipsis confirmata, & de novo concessa modò non sint contra Tridentinum, unde concluditur ea omnia valere, & esse innovata virtute talis confirmationis, quæ sunt contraria cuicunque alteri juri vel Concilio, ut fusius tractavi *sect. 1. cap. 4.* ubi de confir. privil. *v. 4. quantum.*

Quòd si eadem privilegia conferantur ad Tridentinum, & ad jus novum ab illo constitutum, pro locis, in quib⁹ fuit receptum, dicuntur cõmuniter in illis cessare, quia *sess 23. cap. 15. de Ref* Decernitur neminem censeri idoneũ audiendis confessionibus, nisi vel habeat beneficiũ curatum, vel sit ad hoc munus approbatus ab Episcopis, vel aliàs idoneus judicetur, unde relinquitur solã deputationem Superiorum, juxta prædicta privilegia, minime sufficere in locis ubi Tridentinum fuit receptum. Et ita communiter tenent omnes, & in praxi observant.

(a) Vanguel. in Germania id etiam docuit in Clement. dudum Concil. 2.

13 Atta-

13 Attamen hoc non obstante, potest contrariũ probabiliter sustineri, & consequenter secura conscientia observari. Tum *Primò*, quia illa particula (*vel alias idoneus judicetur*) videtur innuere tertium signum, quo dicatur aliquis idoneus audiẽdis confessionibus, & intelligenda de expositis à suis Superioribus, ut scilicet is judicetur ad hoc munus idoneus, vel qui habet beneficium curatum, vel qui est approbatus ab Episcopis, vel qui est ad hoc deputatus à suis Superioribus secundum privilegia supra memorata. Ad quod facit, quòd Prælati Regularium habent in suis Monasteriis jurisdictionem quasi Episcopalem, unde sicut Episcopus approbat Parochum sibi subditum, qui audiat quoscunque ad se accedentes, intra suam Parochiam, ita videtur posse Prælatus Regularis approbare suũ Religiosum qui similiter audiat omnes accedentes ad suam Ecclesiã & Monasterium. Tum *Secundò*, quia Eugen. IV. concessit Cassin. sua privilegia, ea conditione, ut à nullo futuro Concilio censeãtur revocata nisi servatâ certi formâ, quam Trid. non servavit, quod similiter potest dici de nonnullis aliis Ordinibus. Tum *Tertiò*, quia licèt daremus illa privilegia fuisse sublata à Trid. restituuntur tamen prædictis Dominis meis Cassin. in receptione census, unciæ auri quæ quot annis solvitur Cameræ Apostol. pro manutentione suorũ privilegiorum, ut suo loco clariùs dicam. Tum *Quartò*, quia multis Ordinibus fuerunt sua privilegia confirmata, & de novo cõcessa, absque exceptione quòd non sint contra dispositã à Trid. Tum *Quintò*, quia Pius IV. statim post Trident. ex certa scientia confirmavit Ordini SS. Trinitatis, & S. Joannis Hierosolimitani, sua privilegia, cujus confirmationis, & clausulæ virtute, extincta per ipsum Trident. putantur revixisse, ut suo loco dicetur. Tum *Sextò*, quia Pius V. pro foro conscientiæ (in quo versamur) restituit Minoribus privilegia ab eodem Trident. suppressa. Vide dicenda *sect. seq. dub. 7. v igitur.*

Verùm felicis recordat. Urban. VIII. 14
de hac opinione certior factus, videnſque per illam enervari decretum Tridentini, revocavit supra memorata omnia privilegia, & quævis alia similia, sua constitutione, quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, sub dato An. 1628. die 12. Sept. sed quia rationes allegatæ ad probandũ decretum Tri 15
dentini nõ sufficienter derogâsse privilegiis supra memoratis, possunt obiici contra hanc constitutionem, (quæ etiam ad paucorum notitiam venit) ideo manet semper eadem probabilitas opinionis in initio positæ.

Dum autem unumquemq; in suo sensu relinquo, certè id saltem mihi videtur indubitatum, quòd approbatio, quã exigit Conc. Trid. in Cõfessariis, debet intelligi præcisè in ordine ad absolvendũ in Sacra- 16
mentali confessione, & quoad hunc unicum actum. Unde quia Regulares possunt per sua privilegia absolvere à cẽsuris, dispensare in votis, in irregularitatibus *&c.* ideo sicut hæc omnia possunt fieri extra confessionem Sacramentalem, ita à non approbato, (etiam posito, quòd Confessarii debeant approbari.)

Nota *Secundò*, quòd sive sit necessaria 17
Regularibus approbatio, sive non, pro audiendis confessionibus personarũ exterarum. At certè pro audiendis suis domesticis nulla indigent. Nam ita olim Carmel. concessere Urban. Alex. & Sixt. IV. ut videre est in eorũ mari magno, apud Roder. *tom. 1. Bull. 37. ejusd. Sixti.* Et recentiùs pro omnibus Regularibus declaratũ à S. Cardin Congr. testantur Barbos. *in collect. Bull. v. confessarius 1.* Et Farinac. *4. p. decis. posth. 96.*

18 Nota *Tertiò*, quòd Prælati Regularium, cujusq; Ordinis, nulla indigent approbatione non tantùm pro audiendis confessionibus domesticorum, sed etiam extraneorum, quia ex quo sunt Prælati, censentur habere beneficiũ curatum; habentes autem tale beneficium, declarãtur à Trid. hoc ipso approbati. Ita Capucc. *in annotat. ad* Casar. *in resol. mat. absol. tit. in quo Bulla cruciat. derog. privil. conf.* Diana *p. 2. tract. 2. miscell. resol. 46.* & quos *ibi* citat Bannez & Medina. Et licèt videatur latior explicatio, ut Prælatura regularis veniat nomine beneficii curati, propter quod Suar. *3. p. to 5. d. 28. s. 8.* ivit in contrariam mentem. Attamen An. 1585. die 15. Nov. omne dubium sustulit Sixt. V. in audientia consistoriali, in qua favore Cassinensium, per oraculum sancivit, eorum Abbates posse audire confessiones quarumcunque personarũ absq; ulla approbatione Ordinariorum, uti refert Margar. *in Bull const 224.* Graph. *lib. 3. concil. 4. num 6.* & Marcell. à S. Bened. *v. absol. quoad Monach. §. 13.* Quod privilegium ego puto commune omnibus aliis congregationibus, & Ordinibus, jure communicationis.

19 Nota *Quartò*, quòd Episcopo recusante, approbare aliquem Regularem, ipso facto approbatur à Papa per *Clem. dudum de sepult. arg. cap. si fortè d. 65* Roder. *t. 1. q. 59. a. 1.* Casar. *v. absol. quoad sæcul. 1. & v. confessiones n. 2.* Peyrin. *to. 1. const. 26. Leon. to. 5. §. 7.* Leand. & Murcia *in reg. S. Franc. q. 8. cap. 7.* Chassaing. *tract. 5. cap 2. prop. 3 & 4.* Et Navarr. *in man cap. 27. n. 264.* Ubi ait non esse
20 sublatam à Trident. Et hoc ipso quo Religiosus se præsentat Episcopo cum debitis circumstantiis, censetur satisfecisse Concilio, quidquid in contrarium dicant Suar. *t. 4. d. 28. sect. 5* Reginald *in pra. l. b. 1. n. 192.* Gasp. Hurt. *d. 10. de pœnit. diff. 17* Ægid.
21 *d. 8. n. 58.* Vasch. & alii. Verùm quia Authores primæ opinionis fundant se super Clem. citatam, adverte, quòd illa præcisè non approbat eum, quem Episcopus reiicit, sed jubet alterum præsentari, & si hic alter iterum reiiciatur, tunc ille approbatur, quod erit observandum in occurrentia casus.

Nota *Quintò*. Non posse Episcopum approbare aliquem Regularem ad certum tempus, sin autem elapso tempore, potest continuare in audiendis confessionibus, quia approbatio pro Regularibus debet contemperari ad *Clem. dudum*, in qua hoc conceditur, licèt aliàs sit edita, ad moderanda privilegia & ita tenent Armill. *v. absolut. n. 22.* Navarr. *in man. cap. 27. n 294.* Diana *to. 1. dub. reg. ref. 26.* Leand. à Murc. *in reg. S. Franc. q 8. cap 7.* Roder. Capucc. & alii. Itaq; declaratum à S. Cardin. Congr. refert Farinac. *4. p. decis. posth. 210.*

Sextò. Episcopum non posse revocare ad examen approbatos à suo præcedessore, quia tum in Trid. tum in *Clem. dudum*, aliisque juribus allegatis in initio (ad quæ ipsum Trident. debet moderari) hoc non dicitur, sed simpliciter ut confessarius præsentetur, seu approbetur, cui decreto satisfit per unam præsentationem. Nec obstat, quòd Urban. VIII. seu S. Congregatio, ejus authoritate declaraverit contrarium. Tum quia contra hanc declarationem alia allegatur (quam interalios refert Zerol. *in pra. p. 1. v. confessores*) in qua hoc dicitur, & non posse Episcopum revocare ad examen approbatos à suo prædecessore, de quo insuper extat mos prius Pii V cujus meminit Navarr *in man. capit. 27* & Henriq. *lib. 3. cap. 6. in annot.* Sà *v. confessor.* Quod refert Chassaing *tr. cap. 2 prop. 2.* Tum quia licèt declaratio Urbani VIII. tanquã novissima videatur tenenda, illa tamen nõ derogat juri scripto *Clem dudum, extrav. vas electionis, & inter cæ-*

cæ.

tur. de quibus in superioribus, quod tamen erat necessarium. Et ita tenent Cruz lib. 2. cap. 6. dub. 4. Roder. to. 2. qu. 59. art. 4. Chassaing. sup. cit. loc. Et ibi apud ipsum Villalob. & Salgado.

24 Sequitur. (*) Episcopum non posse omnes Religiosos unius Monasterii simul suspendere à confessionibus audiendis, ex declaratione emanata à S. Congr. die 20. Nov. an. 1615. Cujus inter alios meminere Barb. de off. & pot. ep. p. 2. all. 25 Squill. de priv. dn. cap. 1. nu. 65. Alphonf. de Leone. de potest. conf. qu. 4. Cutill. in addit. ad pract. 4. manc. dub. 9. Læsana & Peyrinis. Quoad privatos autem Confessarios, potest quidem aliquem suspendere, verum non nisi ex nova, & gravi causa, ut monent Coninch. d. 8. de Sacram. dub. 7. nu 59. Navarr. in man. cap. 27. n. 266 & Vivald. in cand. tit. de confess. § idoneo. Ubi refert Pium V. motu proprio ita sanxisse Gregor. XIII. anno 1584. confirmasse, & S. Cardin. Congregationem. an. 1587. declarasse. Eáque concernente confessiones vel ob nõ servatum interdictum, ex alia declaratione ejusd. S. Congreg. de anno 1615. Vel nisi foret approbatus ad beneplacitum ex alia anni 1619. sub die 19 Mar. Sed superiùs dictum fuit, non posse Episcopum sic Regulares approbare. Quando tamen Episcopus revocat approbationem datam alicui Regulari, vel illum suspendit à confessionibus, non tenetur ipsi causam dicere, sed sufficit ut Papæ revelet, si interrogatus fuerit, interim verò debet Regularis credere subesse causam legitimam, & sufficit, quòd Episcopus ita affirmet ex altera declaratione añi 1629. die 30. Jan. & secundùm aliam anni 1630. sub die 30. Aug. Causa sufficiens est, si Religiosus malè vivat, cum scandalo, vel inhonestè, seu commiserit aliquod delictum, propter quod videatur Episcopo suspendendus, cùm præcipua Confessarii qualitas sit puritas vitæ, & morum honestas. Barbos. in *collect. Bull. v. approbatio. v. confessar. & v. regular. confess.*

(*) Quantum intellexi ex litteris, ex vestra parte mihi nuperoblatis, graviter fert vestra fraternitas quòd Leonis Episcopus in Synodo agens, interdixit omnibus Regularibus Clericis, & regimen Parochiarum, & Confessionem pœnitentium, qui rectius quidem fecisset, si omnes Sacerdotes ad regularem vitam invitasset, quàm regulariter viventes, à Dominicarum ovium custodiæ penitus removisset, quibus tanto plus displicet aliena malitia, quanto longius discesserunt à sua Carne. epist. 93.

Porro in hac materia approbationis, 25 circa potestatem audiendi confessiones, ego addo 1. non tantùm Episcopum, sed etiam Parochum pro sua Parochia posse approbare Sacerdotem, quia de Jure communi hoc permittitur in *c. omnis de pœnit.* quod Tridentinum non abrogavit, cùm loquatur tantùm de privilegiis, & consuetudine. Et ita tenent Thom. Hurt. to. 2. var. tract. 12. cap. 1. Machado. in pers. confess. lib. 1. p. 1. tract 3. docum. 3. Valent. 3. p. d. 7 q. 10. p. 2. Auson. in sum. Dian. v. parochus. n 13. & Petr. de Ledesm. in Theol. Mor. to. 1. cap 11. concl. 5. de Sacr. pœnit. ubi refert ita olim docuisse famosos Doctores Orellanam, & Joan. Gallo Salmantinum Professorem, qui & ipsi Cõcil. Trid. interfuit. Et cujus ob id opinio (hac in parte) summi mihi videtur momenti, 26 cùm non possimus mentem Concilij scire ab ullo melius, quàm ab illis, qui ipsi interfuerunt. Et ita etiam sentire videtur Navar. in *man. cap. 3. n. 3.* ubi agens de jurisdictione necessaria audiendis confessionibus, ait eum qui ordinariam non habet, debere habere delegatam, *aut à Papa, aut Vicario Episcopi, aut Parocho* In quo dum Parochum æquiparat Episcopo, imò & ipsi Papæ, manifestè ostendit, sufficere illius approbationem absque ulla alia Episcopi Quod probabile affirmat Leand. to. 1. de Sacram. tr. 5. d. 11. qu. 56. Et à gra-

gravissimis Theologis defendi testatur Joann. de Soria *in epilog. summar. p. 2. tr. 1.*
72 *sect. 1. d. 6.* Et ita ante Trid. ex Palud. docuere Angel. & Sylvest. Addo secundò, eam potestatem, quam Regulares per sua privilegia accipiunt ad confessiones audiendas esse universalem, pro omni tempore & valere ad satisfaciendum cuicunque obligationi, etiam de confitendo semel in anno, proprio Sacerdoti, prout precipitur in *c. omnis, de pœnit.* adeò ut huic obligationi censeatur satisfecisse, qui Regulari confessus fuit, nam *ibi* dicitur, confessionem esse faciendam apud proprium Sacerdotem, vel alium de ejus licentia, proprius autem non est solus Parochus, sed etiam Episcopus, in tota Diœcesi, & Papa in tota Ecclesia, qui censetur dare licentiam, & jurisdictionem Regularibus necessariam, per privilegia. Ita Major *in 4. d. 17 qu. 7.* Sotus *d. 18. qu. 4. art 3,* Adrian. *de confess qu. 5.* Medina. *quæst. 29.* & Asor. *1. p. inst. lib. 13. c. 2.* ubi bene observat extrav. Joan. XXII. & Bened. XI. de quibus in superioribus ita procedere. Et ita Leo X. Sancivit sua const. quæ incipit: *Dum intra.* publicata in Lateran. *sess.* XI. Super quo cùm año 1644. mota fuisset difficultas, & S. Cardin. Congregatio consulta, an Episcopus possit prohibere Regulares ab audiendis confessionibus, ad satisfaciendum præcepto, de annua confessione, illa die 9. Junii ejusdem anni respondit, quòd non, quam responsionem deinde confirmavit Innocent. X & ei robur Apostolicæ firmititatis addidit anno sequenti 1645. die 7. Febr. B. quæ incipit: *Exponi nobis.* publicata 11. Martii sequenti. Parisiis contra Archiepiscopum Burdigalensem.

§. II.

De Potestate Regularium ad Absolvendum.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt absolvere à casibus reservatis Papæ etiam in Bulla Cœnæ 5. 8. Etiam ubi Bulla est recepta, quando sunt occulti 10. Et ubi non est recepta, licèt sint noti. 9. Item & à censuris ab iisdem casibus resultantibus. 12.*

4 *Regulares possunt absolvere ab omnibus censuris latis in genere satisfactione exhibita.*

2 *Regulares possunt absolvere damnatos ad triremes tanquam in morte.*

11 *Casus Papalis desinit esse talis, dum per legem committitur Episcopo.*

5 *Præter casus Bullæ, alii reservantur in Italia 7.*

6 *Varia decreta emanata, circa potestatem absolvendi à reservatis quam habent Regulares. Dubitatur tamen de illorum sufficientia 8.*

13 *Episcopos posse absolvere ab occultis Bullæ negant aliqui. Melius affirmant alii. 14.*

18 *Episcopi absolvunt ab occultis Bullæ, non per privilegium, sed sua iurisd. ordinaria. ibid. Et ad hoc nulla est facta specialis electio personarum ipsorum.*

14 *Tridentino nunquam censetur derogatum, nisi facta speciali expressione 15.*

16 *Bulla Cœnæ non tollit privileg. absolvendi à casibus Episcoporum.*

19 *Papa committendo Regularibus casus reservatos, censetur ad hoc eorum personas elegisse.*

20 *Casus reservati pro Italia, non sunt pro Roma.*

21 *Papa sibi reservat casus ob enormitatem. Melius ob censuram annexam. 22.*

23 *Volens absolvere à casu Papæ, debet ante omnia cognoscere, an pœnitens contraxit censuram.*

24 *Ex variis capitibus excusatur quis à contrahenda censura, & seq.*

27 *Conjux incestuosus an amittat jus ad debitum.*

34 *Absolutio casuum Bull. &c. in nullo casu permittitur, quàm in solo mortis articulo.*

Proba-

probabile tamen, impeditum ire Romam, posse ab his absolvi 36. maximè si impedimentum est perpetuum 38. Imò etiam si non sit tale 39.

37 Constitutiones revocantes potestatem absolvendi à casibus Bullæ non revocant jus cõmune.

27 Sam absolvere habentem casum reservatum, quàm permittere, ut cum præsumpta contritione accedat ad divina.

40 Causæ ob quas excusatur quis ire Romam, pro absolutione sibi necessaria, sunt plures & seq.

41 Qui non potest ire Romam, non tenetur mittere. Neq; ire ad Episcopum, nisi quando ita in Jure cavetur. 52. & 54. sed potest absolvi à suo Confessario ordinario. 51.

53 Papa non reservat casus sibi simul & Episcopis.

3 Regulares possunt absolvere à casibus Episcoporum. Et hoc non obstantibus Cardinalium declarationibus 55. & 56. Saltem quando non possunt se commodè præsentare Episcopo. 57. vel quando non expedit pœnitenti, ut ad illum remittatur. 58. Valetque seu pro peccatis seu pro censuris.

60 Censuræ non admittuntur, nisi secundùm quod in Jure exprimitur.

61 Ut quis dicatur incidisse in censuram, vel casum reser. multa requiruntur & seq.

63 Casuum varia natura.

70 Absolvens à peccato, non potest validare quod gestum est.

71 Absolvens simoniacum, non potest dispensare ut beneficium retineat.

72 Absolvens non recitantem Horas, non dispensat à restitutione.

73 Absolvens homicidam, non dispensat ab irregularitate

74 Absolvens uxoricidam non dispensat ad matrimonium.

75 Absolutio data à Confessario secundùm plenitudinem suæ potestatis, valet in casu, à quo ignorat se posse absolvere.

66 Absolutus à casu reservato, licèt invalidè, non tenetur postea iterum se præsentare Superiori, vel habenti reservata. Et hoc sive in in censuris, sive in peccatis. 77. & 78.

79 Absolutus in articulo mortis à reservatis, non tenetur se præsentare Superiori, si convalescat.

80 Laicus potest in articulo mortis absolvere à censuris, non tamen à peccatis.

PAulus III. concessit Soc. Jesu facultatem absolvendi ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis, exceptis his, qui continentur in Bulla Cœnæ Domini. Sanch. *in op. mor. lib. 4. cap. 54.* Lamas *in meth. p. 4. cap. 3. §. 8.* Roder. *tom. 1. quæst. 61. art. 5.* Capuccin. *in annotat. ad Casar. v. absol. quoad sæcul. 1.* 1

Pius II. concessit eidem Societ. facultatem absolvendi eos qui ducuntur ad triremes, tanquam pro articulo mortis Capuccin. *loco supra cit.* & Celest Suess. *in Theolog. mor. tract. 8. c. 8.* 2

Eugen. IV. concessit Monasterio Valliset. Sancti Bened. & universæ per illustri Congreg. Casinensi Gregor. XIII. Societ. Jesu. Aliique Pontifices aliis Ordinibus, facultatem absolvendi à casibus reservatis Episcopis, de jure, & specialiter. Compend privil. Societ. *v. absolutio. §. primo.* Casarub. *v. absol. quo ad sæcul. secundo.* Portel. *v. casus reservati. nu. 6. & v. confess. erga sæcul. num. 22. & 30.* Capuccin. *in resol. mater. absol.* Ubi dicit nihil obesse huic privilegio, *clem. dudum de sepult.* Cruz *in epit lib. 2.* ubi dicit neque etiam obesse Tridentinum. Marsill. *in remiss. ad idem Trid. sess. 14. cap. 7.* idem affirmat, & pro hoc allegat Beiam Henriq. & Delrion. Bauny. *in Theol Mor. quæst. 9. de minist. pœnit.* Ubi dicit similiter idem tenere Dian. Megal. Laym. & alios. 3

Eugen. IV. concessit Monasterio Sancti Bened. de Valladolit. ut tam Prælatus, quàm fratres ab illo deputati, quoscunque 4

que

que ad suum Monasterium accedentes, possint absolvere à quibuscunque peccatis & criminibus, excom. fulminationibus, censuris, & pœnis suspens. & interd. à Jure vel ab homine latis in genere, satisfactione exhibita, vel data cautione, de illa exhibenda, saltem per promissionem, Casar. *v. absol. quoad sæcul. secundo.* & Cruz *in epit. lib. 2. cap. 7.* Ubi affirmat, absolutionem omnium casuum Papæ (etiã non exceptis his qui sunt in Bulla Cœnæ) esse concessam Congregationi, à prædicto Monasterio Vallisol. denominatæ. Quod item affirmat Sanch. *tom. 3. de matr. lib. 8. d. 16. nu 10.* Idem similiter ferè attribuens suæ Societ. in *lib. 4. oper. mor cap. 54.* Unde Bauny *in sum. cap. 33.* Coninch. *d. 14. dub. 16. num. 207.* Henriq. *lib. 13. cap. 28. num. 2.* Avila *part. 2. cap. 7. disp. 3.* Polanch. *in direct. cap. 4.* & Didac. Perez *lib. 8. tit. primo* dicunt in specie, posse verbi gratiâ Regularem absolvere, in foro conscientiæ, nominatim excommunicatum, data satisfactione, vel de danda cautione, præstita. Quod admittit Portel. *v. confessor. nu. 29.* etiam si casus publicus, & Papalis. Addit ipse *nu. seq. 30* & Ludov. Molin. *tract. 2. de iust. com. disp. 64. num. 9.* posse item Regularem virtute horum privil. absolvere à violentia illata personis sacris, & Ecclesiis. Addit Roderic. *to. 2. Bull. in orac. Pauli 3.* Eum dedisse facultatem Minoribus existentibus in Austria & Bohemia, recipiendi ad pœnitentiam, & fidei communionem, quoscunque Lutheranos.

5

9 Nota autem *primò.* Circa hæc omnia Clement. VIII. seu S. Congregat. habito verbo cum ipso anno 1601. die 9. Januar. prohibuisse Regularibus, per Italiam, absolutionem omnium casuum papaliũ, & eorum, quos Episcopi sibi reservant. Deinde anno sequenti 1602. die 29. Nov. Eadem S. Congreg. habito similiter verbo cum eodem Clemente, & moderando prius illud decretum, sancivit, non prohiberi Regulares extra Italiam absolvere, nisi à casibus Bull. Cœnæ Dñi, & quos Episcopi sibi in suis singuli Diœcesibus reservant. Intra Italiam verò, abillis omnibus similiter, & quinque aliis, nempe Ariolatione clausuræ monialium a malum finem. Ab injectione manu violentæ in Clericum. A Simonia re vel confidentiali, circa beneficia. A provocatione, & pugna in duello, cont decretum Trident. vel Constitution Gregor. XIII. quæ incipit: *Ad tollendam* à violatione immunitatis Ecclesiastica circa confugientes ad Ecclesiam, cont constitut. Greg. XIV. quæ incipit: C *alias.* Deinde eadem Sac. Congreg. die Jan. anno 1617. habito verbo cum Pa V. tunc Sum. Pontifice, iterum hoc ide decretum innovavit, & publicavit. rursus sub Urbano VIII. habito simili verbo cum ipso. anno 1628 die 18. No Ut post tot revocationes, & declarati nes, nulla jam relicta Regularibus vide tur potestas, circa prædictos casus. ita tenent ac docent Farina. *c. 4. par. de posth. 110.* Barbos. *in coll. Bull. v. casus re Et v. confessor. regul. In tract. de off. & pot. p cap. 19. & de off. & pot. ep. par. 3. alleg.* Portel. *v. confessor.* Auson. *in sum. Dian. absol. à reser. num 30.* Tambur. Nald. Mol Quar. & passim alij.

Verùm nonnulli revocant in dubium an prædictæ constitutiones habeant o nes conditiones ad legem requisitas, consequenter sufficientem efficaciam derogandum privilegiis Regularu Nam videtur esse opinio Soc. Jesu q non, quia in cõpend. privilegiorum l rum *v. Bulla Cœnæ.* Sic dicunt: *Nulla S tatu facultates censentur revocatæ per Bul*

Cæna

cæ Domini. Quòd si Societas non recipit revocationes Bullæ certè neque prædictas constitutiones, quæ non sunt factæ nisi in augmentum, & ad iterandas, & magis inculcandas ejusdem Bullæ revocationes.

Quidquid autem sit de hac difficultate, quæ tractabitur sectione sequenti. Cùm Bulla Cœnæ non sit recepta in multis locis, neq; consequenter officiat privilegiis Regularium, nec etiã prædictæ constitutiones illis officient in iisdem locis, quoad casus ejusdem Bullæ, nam etiam in talibus locis, simplex Sacerdos habens potestatem simplicem absolvendi à mortalibus, potest absolvere à casibus Bullæ, nisi aliud obstet, ut inter alios notat Bauny *in summ. c.34.* & Soler. ad calcem Naldi positus, *in tract. de pot. conf. cap. 9. qu. 5.* Ubi pro hoc allegat Navarr. & Asor. & ait in consequentiam, quòd verbi gratiâ in Gallia, Germania, vel Anglia, impunè leguntur libri hæretici, & sic de aliis.

10 In locis verò in quibus Bulla est recepta, & admissis etiam supramemoratis constitutionibus poterunt Regulares per sua privilegia absolvere ab ejus casibus occultis, eo modo quo Episcopis conceditur à Trid. *sess. 24. cap. 6. de reform.* quando verò casus dicatur occultus, vide infra, *tit. de pot. præl. ad absol. & disp.* Nam casus per 11 legem commissi Episcopis, nõ sunt amplius Papales, sed jam Episcopales, ut inter alios observat Machad. *in perf. conf. lib. 1. p. 3. tract. 8. doc. 4.* privilegia autem Regularium concedunt ipsis absolutionem casuum, Episcopis à jure seu lege reservatorum, & in memoratis constitutionibus excipiuntur illi soli, quos ipsi sibi specialiter reservant, ergo Regulares possunt per sua privilegia absolvere à casibus Bullæ, & quinque aliis reservatis, quando sunt occulti, & ita tenent Sanch. *in oper. mor. lib. 4. cap. 54.* Trull. *in Bull. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 6.* Millard. *de pœnit. cap. 57. instr. 1* Macha. *supra cit.* Navarr. Chassaing. & alii. Adde, posse item Regulares absolvere à censuris ob eosdem casus occultos contractis, se- 12 cundùm Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 17.* Angl. Polanc. Ledesm. Henriquez Rodriq. Navarr. & Sot. quos *ibi* citat. Adde etiam nominatim excommunicatos, ob eosdem casus in foro cõscientiæ secundùm Sayr. *in thes. lib. 2. cap. 20. nu. 29.* Avil. *2. p. cap. 7. d. 1. dub. 5.* Valent. Portel. & alios, *Et Ratio est,* quia hæc omnia quæ sunt occulta, vel quæ spectant solùm ad forum conscientiæ, asseruntur à Trident. commissa Episcopis, Regularibus verò, quidquid Episcopis à jure concessum invenitur, per privilegia transmittitur.

Contra hanc doctrinam tamen solent 13 aliqua allegari, & primò quidem falsum esse, quòd possint Episcopi absolvere à casibus Bullæ occultis, virtute Tridentini, quia quamvis ita sit, quòd occultorum absolutio sit illis cõcessa, non tamen istorum, quia quoad illos, revocatur quælibet facultas absolvendi, in nõ obstantiis ejusdem Bullæ, quòd si illæ non obstantiæ revocant facultatẽ Episcoporum, à fortiori Regularium. At etiamsi aliqui ita teneant, sunt tamen plures, qui cõtrarium, ex quibus Bann. *2. 2. q. 11. a. 4.* Nugn. *in add. ad 3. p. q. 8. a. 5. lib. 10.* Gran. *tr. 15. d. 14. sect. 2.* Lorca *d. 45.* Zer. *in pra. c. 15. q. 20.* Rodr. *in sum. p. 1. c. 81.* Cruz *in sum. lib. 10. c. 6. dub. 14.* & Henriq. *lib. 6 de pœnit. c. 14.* In quos inclinat Avil. *p. 2. c. 7 d. 1. d. 6.* Et probabil. putat G. Hurt. *d. 15. de exc. diff. 3.* Et in praxi videmus Episcopos ita observare, & à talibus casibus absolvere, quòd consequẽter possunt Regulares. Ad hoc autem quod dicitur, nonobstantias appositas in Bulla, revocare concessionem factam Episcopis à Tridentino, Respondeo falsum esse, nam sic

habet Bulla: *non obstantibus privilegiis quibuscunque etiam à cujusvis Concilii generalis Canonibus concessis.* At Episcopi non absolvunt ab occultis Bullæ, virtute alicujus privilegii sed suæ jurisdictionis ordinariæ, Tridentinum enim illo suo decreto non concedit illis aliquod privilegium circa prædictos casus, sed liberum usum suę jurisdictionis relinquit. Unde attento quòd Episcopi possint in sua Diœcesi omnia, & ab omnibus casibus absolvere, exceptis his in quibus Papa vel Concilium ligat illis manus, ideo quia Bulla revocat solùm privilegia, patet quòd non obstantibus ejus clausulis, possunt Episcopi ab ejus casibus occultis absolvere. Deinde R. constituta à Trid. esse in tanta Religione in Ecclesia, propter Concilii dignitatem, ut nunquam censeantur comprehensa sub ulla revocatione, nisi expressa mentio ipsius Concilii fiat, quod non contingit in Bulla Cœnæ. *Dices*, si cõceditur per Bullæ non obstantias abrogari privilegia absolvendi ab ejus casibus, ergo saltem Regulares non poterunt amplius ab illis absolvere, cùm omne quod possunt, non possint nisi per privilegia (quidquid sit interim de Episcopis.) R. negando consequentiam, quia Bulla revocat quidem privilegia data directè ad absolvendum à suis casibus, non autem data ad absolvendum ab Episcopalibus, casus autem Bullæ occulti, non sunt amplius Bullæ, sed Episcopales, ut in superioribus dixi.

Obijcitur *secundò* contra meam opinionem, ea privilegia quæ concedunt Regularibus casus reservatos Episcopis intelligi, de his, qui illis jure antiquo reservantur de quibus Gloss. *in cap. si Episcopus de pœnit. in 6* Sylv. Armill. Angel. *in sum. v. casus.* Sed R. hoc gratis dici, nam posito, quòd casus Bullæ occulti sint facti Episcopales, & privilegia Regularium concedant illis casus Episcopales, sine discrimine, non video, cur gratiam debeamus coactare & restringere ad casus reservatos Episcopis jure antiquo, privativè ad reservatos jure novo. *Dices*, restitutionem hanc ideo esse faciendam, quia quando Tridentinum committit Episcopis casus Papales occultos, censetur personas illorũ ad hoc munus elegisse, & delegare, quod non convenit Regularibus, sed R. etiam & hoc gratis dici, quia Episcopi non absolvunt ab illis casibus ut delegati sed ut Ordinarii, quia ut supra notavi, in his quæ Pa committit Episcopis, & præcipuè, quæ absolutiones, non censetur eos delegare sed manus solvere, & suæ jurisdictionis usum liberum relinquere ut interim non taceam etiam personas Regularium, censendas meritò à Papa electas ad hos actus ad quos illis concedit privilegia. Et quia hactenus de casibus Bullæ occultis, huiusmodi pariformiter intelligi debet de quinque aliis reservatis in Italia, quando similiter sunt occulti.

Nota *Secundò* circa eosdem quinque casus, eos reservari Regularibus, per Italiam unde ego infero, ipsorum absolutionem non esse reservatam in Urbe Roma, licet sit caput Italiæ, & totius Orbis, nam propter singulares ejus prærogativas, non venit nomine Italiæ, nec in ea comprehenditur, & maximè in odiosis & reservationibus, & ita satis clarè potest colligi ex ipso textu constitutionum, in quibus prædicti casus reservantur.

Nota *Tertiò* circa eosdem casus quinque. Illos qui continentur in Bulla Cœnæ & alios Papales, quòd licèt aliqui, ut Gabr. Hurt. *d. 11. de pœnit. dis. 3.* Vasch. Conin. Henriquez & quidam alii, putent, Papam sibi eos reservare, ratione enormitatis. Alii tamen, ut S. Antonin. *3. p. tit. 17. cap.* Dur. *in 4. d. 17. q. 15.* Lam. *in meth. p. 1 cap.*

§. 3. Cæ-

13 Caietan. *in sum. v. casus* Navarr. in man. *cap. 27. nu. 254* Fum. *in armil. eod. v.* Casar. *v.* 22 *absol. quoad sæcul. 2. n. 18.* censent illum sibi eos reservare, solùm ratione censuræ annexæ, atque ideo non casum ipsum, sed censurâ esse reservatam. Et ita esse de jure affirmat Suar. *to. 4. d. 26. sect. 2. concl. 2.* & Nald. *v. casus 1.* quamvis aliquando secus contingat in praxi. Verùm cùm praxis sit quid facti, de qua nullibi constat, ideo ad id quod juris est attendendo, & sequendo posteriorem opinionem tanquam favorabilem, & probabilem cùm versemur in 23 materia odiosa, atque ideo restringenda. Debet ante omnia prudens Confessarius expendere, an pœnitens qui casum commisit, simul censuram contraxerit, & si quidem contraxit, poterit se gerere secundùm ante dicta, sin autem, absolvet illum perinde ac si casus non foret reservatus, quia de facto non est respectu ipsius.

Excusant autem ab incurrenda censura, aliavè pœna spirituali, multæ circumstantiæ, & primò quidem Ignorantia seu 24 juris seu facti, ut docet D Th. *2 2. q. 75. a. 3.* Sanch. *to. 3. de matr. lib. 9. d. 32.* Lud. Mol. *to. 6. de just. tr. 5. d. 31.* & passim alii. Idque etiamsi sit vincibilis & affectata, seu crassa, quando censura data est cõtra eos, qui temerè, vel sciêter fecerint rem vetitam, vel qui facere præsumpserint, vel quando lex supponit dolum. Cign. *cap. ignorantia de reg. jur. in 6.* Donell. *in com. jur. civil. lib. 1. cap. 18. & 20.* Gapsl. Hurt. *de censuris in com. d. 21. Et de excom. d. 13. dis. 1.* Cælest. Suess. *tract. 3. cap. 5.* Angel. *v. dolus.* Tabien. *eod. v.* Sylv. *v. culpa* Et Ghilin. *v. excommunicatio.* 25 Excusat inquã ignorantia facti non tantum si versatur circa substantiam actus, sed etiam si circa circumstantiam, propter quam censura est lata, ut si quis volens occidere hominem, occidat Clericum, ignorans illum quem occidit, esse talem. Hurt. *diff. 21. cit.* Et item ignorantia 26 juris, non tantùm, similiter quando versatur circa substantiam actus, sed etiam quando circa circumstãtiam, ut si aliquis faciat rem, quam quidem scit esse malam, & prohibitam, non tamen esse prohibitam sub censura. Portel. *v. ignorantia in addit.* Avila *par. 2. d. 5. dub. 7* Vasch. *dub. 16. de excom.* Hurt. *citatus*, & alii. Et sic v.g. conjux incestuosus, cum ignoratione pœnæ 27 privationis juris ad debitum conjugale, non indiget dispensatione, secundùm Portel. cit. Graph. & alios, quorũ opinionem probabilem putat Ludov. Mol. *to. 6. de just. tract. 5. d. 71 nu. 9.* Ubi pro hoc allegat Sotum. Sed supponunt illi privationem juris ad debitum, esse impositam per modum pœnæ incestus, quod est falsum, imponitur enim propter affinitatẽ contractam, unde quamvis sit vera eorum doctrina, exemplum, nam admitto. Sed & item valet eadem doctrina, etiamsi is qui facit rem prohibitam, sit ita affectus, ut non omitteret facere, quamvis sciret esse prohibitam, sub censura. Caietan. *1. 2. qu. 76. art. 3.* Mol. & passim alii.

Excusat *Secundò* ab incurrenda censu- 28 ra, oblivio, seu inadvertentia actualis, quia hæc æquiparatur ignorantiæ, adeò ut is qui rem prohibitã sub censura operatur, eam tamen non incurrat, si operando vel immediatè ante, de illa non cogitavit, quamvis alias sciat habitualiter censuram esse annexam tali actioni. Suar. *3. p. to. 5. d. 4. sect. 8.* Asor. *lib. 1. inst. cap. 16. qu. 3. & 4.* Sanch. *in op. mor. tom. 1. lib. 1. c. 16.*

Tertiò Imperfectio actus, seu inde libe- 29 ratio, ut si pœnitens operatus est ex primo motu iræ, semisopitus, semiebrius, aut ex quacunq; alia causa sibi plenè non præsens; vel quando in tali actione non peccavit mortaliter, seu ob parvitatem materiæ, seu ob aliam causam, secundùm

communem doctrinam.

30 *Quartò.* Quando is qui operatus est, non fecit rem prohibitam, sub omnibus circumstantiis sub quibus prohibita est sub censura, & propter quas censura est adjuncta.

31 Ac demum *Quintò* excusatur à censura, is qui fuit solùm complex principalis agentis, nisi lex aliud dicat Clar. *in pract. crim. qu. 86. §. 2.* Caiet. *in sum. v. excommun.*

32 Et communiter alii. Quando verò lex comprehendit complices cum principali agente, si is non contrahit censuram, nec complices Gloss. *cap. ad audientiam 2. de sent. excom.* Et Covarr. *in rubr de homicid. 2. par. relect. num. 5.* Fallit si lex æquè principaliter ferat censuram in complicem, atque in principalem agentem, & eos liget independenter à se invicem.

33 An autem ignorantia reservationis censuræ, excuset ab illa incurrenda? Joann. de Lugo *dist. 20. de Sacram. pœnit. sect. 2.* ait, quòd si reservatio facta est per modum pœnæ, probabile est censuram non habere locum in ignorante, secus si facta est per modum medicinæ, propter circumstantiam, quæ meritò exigit, ut consulatur Pontifex. Quæ opinio si ab authoritate Eminentiss. Cardinalis probabilitatem vendicare queat, puto, jam paucos ituros Romam pro suis absolutionibus.

34 Nota *Quartò* circa eosdem casus Bullæ, & quinque alios, sic eorum absolutionem reservari in constitutionibus Cardinalium, ut solus articulus mortis excipiatur, sublatis hac in parte privilegiis. Attamen quia jura concedunt Episcopis absolutionem reservatorum quando non est

35 recursus ad Papam, aut in simili alia necessitate, & in prædictis cõstitutionibus, non derogatur juri communi, sed privilegiis. Ideo detentus legitimo impedimẽto, quominùs Romam eat, poterit absolvi ab Episcopo, vel alio habente similem jurisdictionem, non per privilegia, sed vi tute juris cõmunis, & ita statuitur *in cap. de cætero, & c. ea noscitur de sent. excom.* Facit quia esset nimis durum, non posse hominem contritũ absolvi nec admitti ad participationem Sacramentorum. Quinetiam plerumque foret injustum, quia cogeretur prodere suũ delictum, & jacturam famæ incurrere, ad quod nemo potest obligari. Imò pro qua servanda, concedunt DD. posse excommunicatum vitare irregularem cum contritione se divina admiscere. Unde quia minùs est inconveniens, & minùs periculosum, ut impeditus ire Romam, absolvatur ab ordinario, vel alio habente potestatem, quam cum sola cõtritione præsumpta, accedat ad divina, ideo dicendum est posse illum absolvi non obstantibus prædictis constitutionibus. Ita Tamb. *to. 2. de iur. Abb. d. q. 15.* Henriq. *de pœnit. lib. 6. cap. 9. q. 10.* & Guttier. *de matr. c. 19.* Avil. *2. p. cap. 7. dub. 6.* Nald. *v. Bulla Cœnæ nu. 63.* Mancin. *pract. 4. visit infir. dub. 18.* Et alii graves, optimæ notæ Theologi, quorum opinionem probabilem putat Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæstion. 8.* Non improbabiliter Bonac. *tomo 3. d. 1. quæst. 22. par. 2.* Quæ vel maximè verùm est, & admitti debet respectu ejus qui laborat impedimento perpetuo, quia tale impedimentum æquiparatur articulo mortis secundùm Tolet. *to. 2. de Sacram tr. 8. d 11. dub. 16.* Garzias *in enchir. Episc. v. absolutio* Gasp. Hurt. *de pœnit. disp. 13.* Palaum & alios. Quæ vis etiam in illis qui impedimento non perpetuo laborant, locum dare possimus & de his locutos authores superiùs relatos, credere, & secundùm illos absolvere. Nam pro hoc extant plures canones in rubr. de sent. excommun. Sed tunc

obser-

observandum erit, ut quando aliquis tali impedimento non perpetuo laborans, cupit absolvi, ad Episcopum saltem, vel Legatum Apostolicum accedat, seu ad alium habentem similem potestatem. Et is exigat ab ipso juramentum, de se præsentando Sedi Apostolicæ, ubi primùm impedimento liber erit, ut dicitur in illis locis, & si suæ promissioni non fatisfecerit, in eandē censuram recidet, juxta *cap. eos qui. eod. in 6.*

40 Porrò causæ legitimæ, ex quibus excusatur quis ire Romam pro accipienda absolutione reservata sunt primò propter Sexum *cap. mulieres. de sent. ex.* Sylv. *v. absol. 4. n. 3.* Sayr. *de cens. lib. 3. cap. 28. nu. 11.* & passim alij.

41 Secundò. Propter ætatem senilem vel impuberem. *cap. ea noscitur cap. quod de his. & c. quamvis de sent. ex.*

42 Tertiò. Propter periculum mortis, vel vel alterius gravis incommodi, quod reus posset in via pati, ut si habet inimicum *cap. ea noscitur cit. & cap. de cætero, eod.*

43 Quartò. Propter paupertatem, si non habet sumptus necessarios ad viam, & alias non solet mendicare *cap. quod de his cit. & capit. quamvis eod.* Panor. *cap. ea noscitur cit.* Sylv. & Sayr. citati.

44 Quintò. Propter infirmitatem, quando est habitualis, licèt non periculosa, *cap. ea noscitur & cap. quod de his cit.* Ubi Innocent. & post ipsum Sylv. cit. excusat laborantem podagra, febri quartana, aut valetudinario.

45 Sextò. Propter conditionem subjectionis, si non sit sui juris, ut Religiosus *capit. Monachi. capit. de monialibus. & cap. cum illorum. de sent. excommunicat.* Navar. *in man. cap. 27. num. 98. & 90.* Mancini *in pract. 4. pars instr. dub. 18.* Filiusfamilias, licèt pubes, *cap. mulieres cit.* Navar. & Manc. citati. Et secus *cap. cit. mulieres. & cap. relatum eod.*

Septimò. Propter membrorum seu defectum, seu imperfectionem *cap. cit. ea noscitur.* Ubi Panorm. hoc titulo excusat cæcum vel claudum. 46

Octavò. Propter damnum, quod tempore absentiæ, vel occasione illius, timetur aliis eventurum, quo titulo Armilla excusat eum qui labore diurno solet suā familiam alere. Et Auson. *in sum. v. absolu. à cens.* dominos temporales, qui non possunt facilè suis arcibus aut subditis abesse, & à fortiori habentes curam animarum. 47

Nonò. Propter quodvis aliud impedimentum, quod judicatur rationabile, & supramemoratis æquiponderat. *cap. de cætero. & c. quod de his. & c. quamvis citatis.* 48

Et qui non potest ire Romam, ut se personaliter præsentet Papæ, non tenetur mittere, ut cum communi docent Hugolin. *in Bull. Cœnæ. 3. p.* Henriq. *lib. 12. cap. 3.* Lud Mol. *tract. 3. de iust. d. 64.* Duard. *lib. 3. §. 2. quæst. 8.* & Hurt. *d. 15. de excom. diff. 3.* Sed potest petere absotionem sibi necessariam à suo Ordinario, ut monet Navarr. *in man cap. 27. nu 89.* Fum. *in armil. v. absolutio. n. 4.* Sylv. *eod. v. 4. n 7.* Panorm. *cap. de cætero de sent ex.* Felin. *cap. quamvis. eod.* & alii Canonistæ. *in cap. eos qui. eod. in 6.* Vel à suo parocho, si non patet ei accessus ad Episcopum, secundùm Innocent. *cap. 1. extra. eod.* Fum. *loco. cit.* Et Angel. *v. absolutio 3. n. 17.* Quod Auson. *in sum. Dian. v. absolvere à censur. num. 36.* ad-admittit non tantùm, quando absolutè non patet accessus ad Episcopum, sed etiam, quando non patet ita facilis. Fortè etiam posset dici nec teneri ire ad Episcopum eum, qui non potest ire ad Papam, nisi in casu manus violentæ in Clericum, aut aliis (si qui sunt) pro quibus ita in jure cavetur, at quantùm ad cæteros, fas esse cuilibet sacerdoti approba- 49 50 51 52

53 to, ab his absolvere, quia Papa nõ reservat sibi casus, & Episcopus cõjunctim, aut in supplementũ, sed sibi soli & privativè ad quemlibet alium. Unde si accidat ut quis aliquo casu ligatus non possit ire ad Papam, censetur Papa per epicheiam, aut cum illo dispensare, vel nolle ut in tali occasione casus sit reservatus pro ipso.
54 Dicere autem quòd debeat ire ad Episcopum, non possumus, nisi ut dictum est, quando ita in Jure cavetur, quia onera & odia non inducuntur, nisi quatenus invenitur in Jure expressum, invenitur autem, pro percussore Clerici, ita expressum in multis locis v. g. in *cap. de cætero. de sent. excom.* At pro aliis casibus solùm statuitur, ut juramentum recipiatur de se præsentando Papæ, ubi primum impedimentum cessaverit, *c. quod de his. & c. quamvis. eod.* quis autem debeat absolvere, non dicitur. Ergo signum est, hoc relinqui Confessario ordinario pœnitentis. Atque hæc circa casus Pontificios reservatos, salvâ in omnibus doctiorum censurâ.

Quod verò attinet ad Episcopales, admissis constitutionibus Cardinalium, de quibus in superioribus, non possunt Regulares absolvere ab his, quos ipsi Episcopi, in suis quique Diœcesibus reservant. Sed quia à nonnullis (ut jam monui) revocatur in dubium, an illæ constitutiones sint sufficientes ad derogandum privilegiis Regularium, ideo à nonnullis etiam asseritur, illis non obstantibus, posse Regulares à prædictis casibus absolvere. Et ita inter alios tenent Andreas
55 Mendo *in Bull. cruciat. d. 23. cap. 4.* Urban. ab Ascens. *in Theol. Mor. tr. 2. dist. 1. c. 1. reg. 7.* Hinoiosa *in direct. decis. regul. v. confessarius* Chassain. *tr. 5. cap. 2. prop. 2.* Et alii apud Dian. *to. 11. tr. 2. res. 9.* Ubi ipse aliis allegatis tenet contrariũ. Unde inferas utramque opinionem esse probabilem, cùm utraq; suos authores, suásque rationes habeas.

Imò longè probabiliorem (ne dicam solam probabilem) ip se Diana red didi præcedentem. Nam solutio difficultatis pendet ab ista, an constitutiones Cardinalium factæ, habito verbo cum Sanctissimo, obligent, & habeant sufficientem efficaciam ad derogandum privilegiis. Ipse autem Diana *tr. 2. cit. res. 42.* allegatis authoribus, quos ego superiùs citavi, fusè deducit eorum rationes, ac nulli respondendo, simpliciter sic dicit, ac totam quæstionem concludit: *Tu vero amice Lector, inter pugnantes Doctorum sententias, illam sequere, quæ magis authoritati S. Congregationis favet, & revera omnino mihi displicet opinio Bruni & Vericelli, de declarationibus Cardinalium, facto verbo cum Sanctissimo.* Sic se putat Diana nodum Gordianum solvisse, & omnem quæstionis difficultatem removisse sua assertione, de displi-centia opinionis Bruni & Vericelli. At placet aliis & mihi, cur non illam sequar? Cur ego sequar, faventes Cardinalibus opiniones, si nullum motivum nulla ratio adducitur, quæ ad hoc me inducat? An justum motivũ amplectendæ alicuius opinionis, solũ quia favet Cardinalibus? Sed cur Diana mota quæstione, fusè deducit rationes pro opinione, quæ recit constit. Cardinalium, & ad nullam respondet? An quia oblitus? An quia non habet quod respondeat? An quia ipse opinionem Bruni & Vericelli veram putat, sed Romæ, & in facie Cardinalium profiteri non audet contentus alieno nomine astruere? &c.

Ut ut sit, certè quando Regulares non possunt cõmodè se præsentare Episcopis pro ipsorum casibus, permittitur ipsis ut plenariè Episcopali authoritate, concessione,

sione, quam Eugen. IV. fecit minorib. de qua Compend. mendic. *v. absol. quoad sæcul.* & Chass. *tr. 5. cap. 2. prop. 2.* Et quam ego puto non tolli per constitutiones Cardinal. etiamsi admittantur, argumento eorum quæ diximus, pro iis casibus, in quibus non patet facilis ad Papam accessus, sive interim difficultas se teneat exparte pœnitentis sive ipsius Episcopi, sive alterius circumstantiæ.

58 Imò, quando Sacerdos judicat, non expedire saluti pœnitentis, si remittatur ad Episcopum, potest illum absolvere, quamvis aliàs nullo privilegio sit munitus. Nam eo casu, censetur pœnitens laborare justo impedimento, atq; ideo Episcopus consentire per epicheiam ut absolvatur, vel nolle, ut sit reservatum pro illo suum peccatum, si enim quis excusatur ab eundo Romam, vel ad Episcopum propter impedimentum corporale, quantò fortiùs, si illud respicit animam & salutem æternam. Et ita tenent Angel. *v. casus Episc. reser. per notata à Panorm. in cap. quod dilectio. de consang. & cap. at si Clerici. de rapt.* Dicast. *de Sacram. to. 2. tr. 8. d. 11. duh. 17.* Diana *to. 11. tr. 8. res. 49.* Et Nald. *v. absol. à censur. n. 15.* Ubi pro hoc allegat Suar.
59 & Reginald. Quod locum habet, non tantùm quoad peccata, sed etiam quoad censuras secundùm Angel. *lo. cit* Et etiam quoad reservatas, secundùm Dian. itē cit.
60 Pro uberiori autē instructione, in hac materia censurarum, & reservationum.

Nota quintò. Quòd cùm illæ sint odiosæ ideo & nulla unquam præsumitur aut inducitur, nisi quatenus invenitur in jure expressum, ut notat Crot. *cap. quia in*
61 *omnibus. de usur.* Ad hoc verò ut aliqua censura, lata in jure, incurratur, vel ut casus reservatus dicatur perpetratus, multa prorsus requiruntur à DD. Et primò quidem, ut actus sit verus, non improprius, aut fictus, vel in quo per fictionem aliquid inducatur Burg. *cap. Canonum. de cōst.* Archid. *cap licèt de for. comp.* Et *ibi* DD.

Secundò. Ut sit perfectus & cōpletus, 62 in sua specie, non solùm physica, sed etiā morali, hoc est factus secundùm omnes illas circumstantias, sub quibus à lege prohibetur. Innoc. *cap. 1. de præs.* Felin. *eod.* Crot. *cap quia in omnibus. de usur.* Arr. de Valder. *cap. porro. eod.* Ioan. Andr. *cap. 1. de homicid. in 6.* Barth. *l. si is qui cum telo. C. ad l. cor. de sicar.* Castr. & Ang. *l. 1. ff. quod quisq;.*

Tertiò. Ut sit factus cum dolo, hoc est 63 cum certa scientia, & plena deliberatione. Avila *in tract de censur. p. 1. dub. 11.*

Quartò. Ut actus sit purus, & nudus, 64 nulla circumstantia vestitus, alia ab his quæ notantur in lege. Nald. *v. Abbas. n. 1.*

Quintò. Debet esse sic factus, ut agens 65 operando peccaverit mortaliter. D. Th. & Palud. quos citat, & sequitur Armil. *v. excommunicatio. num. 8.*

Sextò debet censura vel casus reser- 66 vatus intelligi solùm de principali agente, non de cooperantibus, nisi aliter in lege dicatur. Nald. *v. casus. n. 3.* & Chass. *tr. 4. cap. 2. prop. 1.*

Septimò. Debet is qui operatus est, es- 67 se certus, tam quòd casum ipsum prohibitum, commiserit, secundùm omnes suas circumstantias, quàm quòd cōmittendo peccaverit mortaliter, ad hoc ut teneatur recurrere ad Superiorem: quòd si est dubius non tenetur, quia libertas stat pro ipso Suar. *d. 4. de cens. sect. 6.* Ægid. *d. 13. n. 75.* Sa *v. casus reser.* & Gasp. Hurt. *de censur. in com. diff. 13.* Et *d. 11. de pœnit. diff 6.* Et si actus deficit in aliqua circumstantia ex relatis, aut aliqua superabundat, non 68 reputatur esse ille, qui fuit reservatus, vel cui annexa fuit censura, sed alius, ut cum communi notat Hurt. *supr. cit.* Et Sanch. *to. 3. de matr. lib. 8. d. 8.* quia tale secundùm

quid,

quid, non est propriè tale. *l. 1. ff. de donat. & l. cum ex ratione. eod. de excus. tut.*

69 Nota sextò, quosdam casus esse simpliciter reservatos, quibusdam censuram annexam, aliis pœnam, aliis utrumque. Et hanc diversitatem debet inprimis nosse prudens Confessarius, quia licèt Regulares possint absolvere à plurimis casib⁹ quoad culpam vel censuram, rariùs tamen quoad pœnam. Et sic v.g. quando a-
70 ctus irritatur à lege, non potest Regularis illum validare, licèt absolvat à pecca-
71 to commisso dum exercebatur. Sic licèt absolvat à simonia, non tamen potest di-
72 spensare cum simoniaco, ad renitendum beneficium: licèt absolvat illum qui non recitavit Horas, nō tamen potest dispen-
73 sare à restitutione fructuum beneficii; licèt absolvat illum qui occidit vel mutilavit, non tamen potest cum illo dispensare in irregularitate, quam contraxit; li-
74 cèt absolvat eum, qui uxorem occidit, non tamen potest dispensare, ut adulteram ducat, & sic de pluribus aliis fallit ubi ad hæc habet privilegium, secundùm dicenda in sequentibus.

75 Nota septimò, semper esse validam absolutionem datam à Confessario, secundùm potestatem, quam ille habet, licèt fortè ipse non sit conscius sui privilegii, modò dum absolvit, intendat absolvere, secundùm extensionem suæ potestatis. quod sine dubio omnes intendunt & exprimitur in his particulis formæ absolutionis. *In quantum possum, & indiges.*

76 Octavò. Confessus habenti potestatem absolvendi à reservatis vel censuris, manet liber à reservatione, etiamsi fortè propter suam indispositionem, sit adhuc in reatu coram Deo, nec de facto absolutus, nisi putativè. Unde quando melius dispositus, volet repetere confessionem, non erit opus ut iterum accedat ad Superiorem, vel ad alium habentem casus reservatos, sed poterit absolvi à simplici Sacerdote, qui sit approbatus. Et quidem de censuris nullum est dubium, nam ut ab his quis absolvatur, nulla in eo dispositio requiritur, sed sufficit voluntas absolvendi. De peccatis verò probatur, quia peccata non reservantur præcisè propter absolutionem, sed ut pœnitens se sistat Superiori, instruatur, & ejus mandatis pareat, quando verò semel se illi præsentavit, censetur satisfeciſſe suæ obligationi, & Superior sufficienter instructus de ejus Statu, atque ideo poterit jam quocunque alio absolvi, si fortè absolutio accepta à Superiore, fuit invalida, [illegible] respectu sui casus cessat reservatio, [illegible] Covar. *cap. alma. de sentent. excommun. in 1. p. §. 11.* S. Antonin. *3. p. tit. 14.* Adrian. *4. de confeß.* Tabien. *v. absolutio 2. nu. 59.* [illegible] mil. & Cajetan. *v. casus.* Angel. *v. confeß. nu. 1.* Sylv. *eod. v. 1. qu. 4. nu. 7. & qu. 19. n. 2.* Rosell. *eod. v. 2. nu. 9.* Sa *eod. v. nu. 7.* Navar. *in man. cap. 26. num. 13.* Henriq. *lib. cap. 16.* Gabr. *in 4. d 17. q. 1. a. 3. d 2.* Suar. *pœnit. d 31. sect. 4.* & Conin. *d. 8 de sacr.*

Absolutus à Regulari in articulo mortis à censura, seu casu reservato Papæ manet absolutus in futurū: & si superviverit, (etiam admissis constitutionibus Cardinalium) non tenebitur se præsentare Papæ, quia in prædictis constit. revocantur quidem privilegia, absolvendi casibus earum, sed tamen excipitur articulus mortis. Ergo privilegia manent in suo vigore, pro illo articulo, & consequenter absolutus in eo manet liber à præsentando, seu Papæ, seu alteri. Henriq. *lib. 6. cap. 9. & lib. 13 c. 29.* Peregrin. *in compend. privil. cler. reg. v. absol. quoad fo. §. 1.* Merol. *tom. 1. d. 1. cap. 2.* & Cutill. *addit ad 4. pract. Mancini dub. 40.* Ad jura vero, quæ possent in contrarium allegari Re-

Respondeo, ea intelligenda seclusis privilegiis, at ubi admittuntur privilegia, locum non habet eorum dispositio.

30 Nonò magna est differentia inter absolutionem, quæ datur à peccatis, & eam quæ à censuris. Nam à peccatis nemo absolvit, etiam in articulo mortis, nisi sit Sacerdos, sed à censuris potest Laicus in illo articulo absolvere, quia in tali casu censetur Ecclesia per epicheiam ita velle, & potestatem ad hoc necessariam concedere. Ita Gloss. *c. postoralis de off. ord. §. præterea* Panor. *à nobis de sentent. excommunicat.* Angel. *v. absolutio 3 nu 17* Armill. *eod. v. nu. 40.* ubi citat D. Tho. Anson. *in sum. Dian. v. absol. à censur. nu 57.* Ubi citat Laym. Et ex Marchino addit, ita observandum esse in praxi, cùm sit opinio non solùm probabilis, sed etiam ex qua nullũ inconveniens sequitur, quin potiùs magna utilitas morientis. Quod verò Zambr. ait *in decis. aur. cap. 5. dub. 2. nu. 7.* Id quidem posse Diaconum non tamen alium, caret fundamento, cùm de hoc nihil habeatur in jure. Et epicheia in qua solùm versamur, æquè in Laico militet atque in Diacono, ob eandem rationem, nempe ob necessitatem morientis.

§. III.

De potestate Regularium ad dispensandum.

1 *Regulares possunt aperire litteras pœnitentiariæ Romanæ, & secundùm eas dispensare.*

2 *Regulares possunt dispensare in omni irregul. proveniente ex minori delicto, occulto, & ubi id conceditur Episcopis de quo varia exempla proponuntur 3. & seqq.*

4 *Regulares possunt dispensare in omnibus votis, & juramentis reservatis Episcopis, & seq.*

16 *Non autem in reservatis Papæ quæ sunt quinque 12. & 22. fallit tamen in diversis casibus.*

23 *Votum transmarinum; Ad limina, & compost. est reservatum, etiam factum ex sola devotione, & 24.*

25 *In voto Religionis potest Regularis dispensare in diversis casibus.*

29 *Item in voto castitatis.*

32 *Sed observandum quomodo fuerit conceptum.*

33 *In voto absoluto castitatis dum subest periculum incontinentiæ possunt Episcopi, & Regul. dispensare.*

35 *Quomodo æstimandum illud periculum.*

13 *In votis, & juramentis, non dispensatur in præjudicium tertii.*

14 *Satius cõmutare votũ, quàm absolutè dispensare. Non semper potest dispensare in voto, qui potest illud irritare ibid.*

15 *An possit quis commutare suum votum proprio arbitrio.*

GRegorius XIII. concessit Soc. Jesu, ut Patres expositi à suis Superioribus audiendis confessionibus, possint aperire litteras Apostolicas, seu supremæ pœnitentiariæ, & secundùm ipsarũ tenorem absolvere, & dispensare, perinde ac si forent graduati in Theologia, vel sacris Canonibus; cùm ad tales solùm ejusmodi litterę dirigi sint solitę. Compend. privil. Societ. *v. confessores §. 3.* Portel. *v. conf approb. n. 34.* Capuce. *in annot. ad* Casar. *eod. v.* & Ro. der. *to. 1. q. 63. a. 8.* Quomodo verò Confessarius se gerere debeat, in aperiendis ejusmodi litteris, vide Portel. *loc. cit.* Sanch. *de matr. lib. 8. d. 34.* & Bonac. *d. 1. de leg. q. 2. par. 2. tomo 2. operum.* 1

Eugenius. IV. concessit Minoribus & Sixt. IV. Minimis, facultatem dispensandi toties quoties, in omni irregularitate, quæ provenit vel ex minori delicto, vel ex quovis alio occulto, (*) prout jus commune permittit Episcopis. B. quæ incipit: *Sedes Apostolica.* Vega *in sum. v. absolutio casu 43.* Portel. *v. confessor. nu. 32.* Casar. 2

(*) Potestas dispensandi data Regularibus est favorabilis, & ideo extendenda Sanch. in summ. lib. 4. cap. 43. num. 5.

v. absolutio, quoad sæcul. 2. Henriq. *lib. 7. de indulg. cap. 28.* Cæleſt. Sueſſ. *tract. 8. cap. 8.* Et Chaſſ. *tr. 5. cap. 4. prop. 1.* Et quia Tridentinum connumeratur pro jure communi, ideo poſſnnt Regulares, virtute hujus privilegii, diſpenſare, prout idem Trident. concedit Epiſcopis *in ſeſſ. 24. cap. 6. de Ref.*

3 Et ſic v.g poſſunt diſpenſare cum illo, qui ſuſcepit Ordines ante ętatem, vel cùm eſſet excommunicatus, vel ſine dimiſſoriis, vel cum falſis, & hac occaſione incurrit ſuſpenſionem, *cap. Lugdunenſi 9. q. 1. & cap. eos qui de temp. ord. in 6.* tunc enim ſi caſus eſt occultus, ut poteſt Epiſcopus in eo diſpenſare ita & Regularis, ſecundùm Avil. *de cenſ. p. 3. d. 6. dub. 1* Palaum *tom. 6. d 4. p. 9.* Laym. *lib. 1. tr. 5 p. 3. cap. 4.* Baſſæ *in floribus Theol. v. ſuſpenſio 3.* Villalob. *in ſumm. tomo 1. tr. 9 diff. 60.* March *de Sacr. ord. tract. 1. p. 5. cap. 3. & 11.* Et Dian. *tom 11. tr. 6. reſ. 4.* Ubi

4 pro hoc allegat ſpeciale privilegium Soc. Jeſu. Item idem dico de illo qui poſt ſic malè ſuſceptos Ordines exercuit, & in irregularitatem incidit, vel qui licèt ritè ſuſceperit, in excommunicatione tamen exercuit, quia ſi caſus eſt occultus poteſt Epiſcopus in eo diſpenſare, ſecundùm Palau. Sayr. Peliſſar. Caſpenſ. Barboſ. & alios quos citat & ſequitur Diana, quod pari jure per privilegiũ de quo ſupra poſ-

5 ſunt Regulares. Item virtute ejuſdem privilegii, poſſunt Regulares diſpenſare in homicidio caſuali etiam publico, vel perpetrato ex repentina ira, vel per exceſſũ moderaminis, in defenſione. Item in ir-

6 regular. cauſata ex mutilatione, vel defectu lenitatis. Ex defectu natalium, ſi eſt

7 occulta In bigamia, etiam vera ad minores Ordines. Item in omni irregularitate, ex quocunque delicto orta, etiam publico, & deducto ad forum, poſtquam judicium fuit finitum, & pœna ſoluta. Quia Doctores concedunt communiter, poſſe Epiſcopum in his omnibus diſpenſare. Cùm verò cõceſſa ſit Regularibus, ea poteſtas circa diſpenſationes, quam jus attribuit Epiſcopis, nec ſit ratio cur privilegium loquens generaliter, coarctetur ad unam ſpeciem diſpenſationis, ideo favorabiliter poteſt & deber ad omnes extendi. Et ita affirmant Lud. Caſpenſ. *in curſu Theol. to. 2. tract. 25. d. 5. ſect. 17.* Baſſæ *v. irregularitas 15. n. 10.* Peliſſ. *in man. regul. to. 2. tr. 3. cap. 3.* Hinoioſ. *in direct. regul. deciſ. v. diſp. in ſæcul* Chaſſ. *tract. 5. cap. 4. prop. 1.* Cruz Rodriq. & alii. Quòd verò Dian. *to. 11. tr. 4. reſ. 3.* diſſuadet uſum hujus privilegii, ne offendantur Epiſcopi, non eſt ratio ſufficiens, ad abſtinendum totaliter; aliàs abſtinendum foret ab omnibus, cùm fere de omnibus offendantur: ſed prudentia Confeſſarii potiùs committendum puto, ut attentis circumſtantiis perſonarum, & caſuum, ſic ſtudeat vitare ſcandalum, & offenſam Epiſcoporum, ut non omittat opera charitatis, & ſolamen animarum. In quem finem vel maximè conceſſa ſunt Regularibus ſua privilegia. Et ipſe Diana *eod. to. tract. 2. reſ. 63.* admiſit hanc opinionem, cùm *ibi* dicat, poſſe Regularem diſpenſare in homicidio caſuali. Allegat ad hoc Mart. à S. Joſeph. Cordub. Sayr. & Henriq. Eſt autem eadem paritas de aliis caſibus, de quibus ſupra.

Jul. II. conceſſit Congreg. Valliſolet. Et diverſi alii Pontifices aliis Ordinibus facultatem diſpenſandi in votis reſervatis Epiſcopis. Præterquam in voto peregrinationis ultra duas dietas, eſt verò dieta ſpacium 7. leucarum. Roder. *to. 1. qu. 63. art. 3 & 4.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. d 18. c. 40.* Cruz *in epit. privil. lib. 2. cap 6.* Deinde Martin. V. conceſſit etiam hoc votum Regularibus, teſte Portel. *v. confeſſ. er ga. ſæcul.* Navarr. *in man. cap. 12. num. 79.* Et Lopez *in præct. crim. cap. 4.* Ac tandem Eugen. IV. præ-

dictæ

ctæ Congreg. Vallisol. Et Paul. III. ac Gregor. XIII. Societ. Jesu dedit generalem licentiam dispensandi in quibuscunque votis & juramentis, præterquam in reservatis Sedi Apostolicæ (Et hoc etiam extra confessionem) vel eadem commutandi Cruz. Roder. & Portel. *supra cit.* Et *v. mitem. vel. disp.* Compend. Societ. *v. vot.* 1. *Cast. v. dispensatio. nu. 13.* Sanch. *tomo 3. in mor. lib. 8. d. 16. & in sum. lib. 4. capit. 54.*

11 Mirand. *in man. to. 1. qu. 47. art. 3.* & Diana *mil. 2. dub. reg. ref. 9.* Vota autem reservata, de jure antiquo, sunt votum Terræ sanctæ in subsidium. de quo *in cap. ex multa de vo. & vot. red.* Ac recentiori idem votum (etiam si fiat ex motivo solius Religionis) ad compostellam. Ad limina Apostolorum, castitatis, & Religionis. De quibus *in extrav* Sixti IV. quæ incipit: *Ea fi Dominici.* Et est ultima inter communes.

12 In hac porrò materia votorum, & juramentorum. Nota

Primò. Quòd valent privilegia etiam respectu votorum, quę sibi specialiter reservant Episcopi. Et etiamsi recipiantur constitutiones Cardinalium, quæ revocant privilegia concedentia Regularibus facultatem absolvendi à casibus, quos Episcopi sibi reservant, quia illæ loquuntur tantùm de peccatis absolvendis in confessione, dispensatio autem voti est quid disparatum ab absolutione peccati, cum etiam possit impendi extra confessionem.

13 *Secundò.* Quòd ubi dispensatio redundaret in præjudicium tertii, non suffragantur privilegia, quia nunquam intendit Princeps nocere alteri per gratiam, quamuni concedit, secundùm dicta alibi. Ita excepisse ac declarasse Gregor. XIII. testatur Portel. *v. dispensatio num. 18.* & Sanch. *in op. mor. l. 4. c. 54.*

14 *Tertiò.* Quòd longè aliud est dispensare in voto, aliud commutare, aliud irritare, nam irritare est actus potestatis dominativæ, commutare vel dispensare, jurisdictionis Ecclesiasticæ, unde v. g. Pater potest irritare votum filii, conjux conjugis, Dominus servi, non commutare vel dispensare. Econtra verò potest Confessarius commutare vel dispensare, non irritare. At Prælatus regularis respectu sui Monachi potest & irritare, & dispensare, & commutare. In occurrentia autem casus, satius est commutare, quàm totaliter dispensare, vel irritare.

Quartò. Quòd quisque pro arbitrio po- 15
test suum votũ mutare in aliquid meliùs, secundùm Panor. *cap. scripturæ de vot.* Armill. *v. votum* Capuccin. *in add. ad* Casarub. *eod. v.* Caiet. *in sum. v. voti com. Et 2. 2. qu. 88. art. 12.* Valent. *d. 6. gen. de iust. quæst. 6. par. 7.* Sot. *lib. 7 de iust. quæst. 4. art. 3.* Graph. *lib. 2. decis. cap. 30* Et plurimos alios apud Sanch. *in op. mor. lib. 4 cap. 53.* Dicentes tunc tantùm recurrendum esse ad Superiorem pro commutatione voti, cùm in aliquid minùs pœnitens cupit commutari. Sed ego puto, etiam tunc intervenire debere Superiorem, cùm in majus opus commutatur. Quia non liberatur qui solvit rem, etiam meliorem, nisi solvat eam, quam debet *inst. quibus mod. toll. oblig. in init. & l. 2. ff. si cert. pet.* Ita Innocent. Host. & Joann. Andr. *cap. pervenit. 2. de iure iur.* D. Tho. *in 4 d 38. quæst. 1. a. 4. qu. ult.* Ricard. *a. 8. qu. 1.* Angel. *v. votum 4. nu. 2.* Sylv. *eod. 4. nu. 7* Et ita videtur colligendum ex *cap. 1 de vot.* Utraque opinio propter suos Authores, suasque rationes est probabilis.

Quintò. Quòd possunt Regulares dispen- 16
sare per sua privilegia, etiam in votis reservatis Papæ, in multis casibus Quorum isti sunt præcipui nempe *Primò*, quando votum est dubium, seu illud dubium sit facti, seu juris, positivè vel negativè, & i-

dem dic, si est incertum. Baun. *tr. 8. de pot. ep. qu 13. in Theol. mor.* Sanch. *in op. mor. l. 4. c. 40.* & Suar. *li. 26. de Rel. c. 26. to. 2. Secundò.*

17 Quando est disiunctivum, & alterutra pars non est reservata, Port. *v. d. n. 14. Tertiò*

18 Quando vovens habuit intentionem obligandi se solùm sub veniali. Auso. *in sum.*

19 Diana. *v. Episc. jurisd. n. 28. & seq. Quartò.* Si vovit ex metu, quamvis levi, sed injusto. Idem *ibid.* Angel. *v. votum quarto n. 9.* Gloss. Cardin. Panor. Butr. & alii. *cap. veniens, qui*

20 *oler. vel vovent. Quintò.* Quando petitur dispensatio, non super voti substantiam, sed circumstantiam. Less. *lib. 2. de just. c. 40. dub. 18.* & Sylv. *v. votum quarto num. 3 Sextò.*

21 Quando votum deficit à vera voti reservati ratione, qualia sunt omnia conditionalia. Less & Bauny. *citati.* Tambur. *to. 2. de jur. Abb. d. 19 q. 2.* Dian. *3. p. oper. tr. 5. miscell res. 25.* Laym. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap 8.* Sanch. *in sum. to. 1 lib. 4 cap 40. & to. 3 de matr. lib 8. d. 10.* & Machad. *in perf conf. tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 14. doc. 3.* Et quos *ibi* citat Lud. à Cruce Trull. Ant. Gomez & Ledesm. *Ratio est*, quia talia vota non emittuntur ex directo affectu in rem quæ promittitur, sed ad beneficium, quod vovens à Deo petit, & intercedente voto sperat se obtenturum, nihil promissurus aliàs. Quod est causa, ut ejusmodi vota conditionalia non reputentur absoluta & perfecta, sed impura, tanquam à radice imperfecta proficiscentia, puta à deliderio beneficii, quod petitur à Deo, nō ex amore virtutis, seu boni operis, quod vovetur, quæ imperfectio quia imbibitur in substantia taliū votorum, ideo reddit illa imperfecta, & inde dispensabilia. *Quando aliquis casus reservatur* (inquit Sanch. d. 10. cit.) *reservatio tanquam odiosa intelligitur de casu perfecto, & completo in sua specie. Ad hoc autem ut votum dicatur perfectum, in propria specie voti reservati, non sufficit, quòd obligatio eius sit absoluta, sed simul requiritur, ut radix eius sit etiam perfecta, nempe ut affectus voventis feratur directè in rem, seu virtutem per votum promissam, & ex solo eius intuitu illam voveat.*

Sextò. Circa ipsa vota reservata in in-dividuo. Et *Primò.* Circa transmarinum. Gloss. *in cap. ex multa de vot.* Graph. *1. p. de-cis lib. 2. cap. 31.* Sà *v. votum.* Machado *to. 1. in perf. conf. lib. 2. par. 3. tractat. 14. doc. 9.* & quos *ibi* citat Henriq. Rodriq. & Trull. putaverunt hoc solùm esse reservatum, quia ex quo Papa *in cap. cit. ex multa*, illud solùm sibi reservat, censetur alia relinquere Episcopis. Aitque Mach. *citat.* esse communem. Verùm cùm Sixt IV. Sed suæ reservet alia quatuor, de quibus supra, in extrav. *Etsi Dominici.* Et illi Auctores sint Sixto IV. posteriores, nec potuerint ignorare prædictam extrav. necesse est (non scio quo fundamento) ut appocripham reputaverint aliter aliàs scripturi. Sed & item quoad illud idem votum non defuere, qui tenuerint non esse reservatum, nisi quando emittitur in subsidium, & ita videtur colligendum ex textu *c. ex multa cit.* ubi illo obligati appellantur *cruce signati.* Et ita *ibi* docent Gloss. & Panorm. Sà & Graph *supra citati* Bauny *in Theol. mor. tractat 8. de pot. ep. quæstion. 13.* Quorum opinionem in jure veram dicit Angel. *v. votum 4 num. 6.* Verùm ego contrarium teneo, & esse reservatum, etiam si fiat ex solo motivo Religionis, quod ego colligo *ex capit. venientis de vot.* ubi dispensatur cum illo qui voverat visitare sepulchrum Domini, & ex extrav. Sixti IV. qui non utitur alio termino, quàm peregrinationis. Et ita tenent Covarr. *de pact. 1. §. 3.* Lopez *lib. 5. v. Ierusalem* Less *lib. 2. de iust. c. 40. dub. 18.* Sylv. *v. votum quarto num. 3.* Sanch. *in sum. lib. 4. c. 40.* Et plures alii quos *ibi* citat.

24 Circa

24 Circa votum ad Compostellam, & ad limina Apostolorum, idem tenet Bauny *supra cit.* quod de voto Hierosolymitano, sed non scio, quo fundamento, nec puto hac in parte esse audiendum, cùm loquatur contra communem sensum.

25 Circa votum Religionis, intelligitur de approbata, & quoad essentialia solùm, unde poterit Regularis per privilegia 26 dispensare cum eo, qui vovit unam Religionem, ut alteram etiam laxiorem ingrediatur, juxta Mach. *tr. 14. cit. doc. 7.* Less. 27 & Sylv. *item citat.* Vel dispensare cum illo ab obligatione perseverandi, si in Noviciatu experitur nimiam difficultatem. Auson. *supra cit.* Mach. & apud ipsum Sanch. Sanctarel. Trull. Lud. à Cruce, & 28 Fagund. An autem à voto probandi Religionem? Sylvest. putat, quòd non, sed ego puto quòd sic, quia votum probandæ Religionis, non est votum ipsius Religionis.

29 Demum circa votum castitatis, intelligi debet, de castitate vera, & propriè dicta, eaque perpetua, & sic potest Regu- 30 lares dispensare in voto non nubendi, non tangendi feminam sacrorum Ordinum, vel castitatis ad tempus. Angel. *v. votum. quarto. num. 9.* Sylv. *eod. nu. 3.* Mach. 31 *tr. 14. cit. doc. 4* Less. Navarr. & alii. Item in voto virginitatis, secundùm nonnullos, quia virginitas, ut sic, differt à castitate. Quod Bauny in *Theol. mor. tr. 8. de pot. q. 13.* admittit, postquam virginitas fuit defiorata, etiamsi per solos tactus im- 32 pudicos. Verùm quia ista nomina Virginitas, Castitas, non nubere, feminam nō tangere, & similia alia, solent in cōmuni modo loquendi confundi, & usurpari pro eodem, quamvis in scholis distinguātur, ideò prudens Confessarius debet ante omnia attendere, non quibus verbis usus est ille qui vovit, sed quam voluntatem habuit, & quo motivo ad vovendum inductus fuit ad hoc, ut intelligat quomodo se gerere habeat. Demum volunt aliqui 33 posse Regularem, seu Episcopum dispensare etiam in voto castitatis absoluto, quando subest magnam periculum incontinentiæ, quia in *cap. veniens. qui cler. vel volentes*, hoc conceditur Episcopo, & ita tenet Mach. *tr. 14. cit. doc. primo.* Pro quo allegantur ab aliis Abb. Cardin. Butr. & alii scribentes, in *c. cit. veniens.* Cōtra quos Sylv. *v. votum 4. nu. 3.* ex ipso textu conatur ostendere, Episcopum *ibi* non dispensasse sua potestate ordinaria, sed tāquam delegatum à Papa. Fortè etiam posset dici (secundùm doctrinam in superioribus traditam) feminam, de qua in illo ca- 34 pit. non fecisse simpliciter votum castitatis, ex amore ipsius virtutis (liquidē prius consenserat nubere) sed castitatem elegisse tanquam medium, quo se liberaret malo marito, & nuptiis nimis facilè illi repromissis, atque ideo votum fuisse imperfectum, & dispensabile. Addit Gloss. *ibid.* illam vovisse ex perturbatione. Non inficior tamen quin soleant DD. ex eodē c. probare & evincere propositionem positam nempe posse Episcopum, virtute hujus canonis dispensare in voto castitatis, quando subest incontinentiæ magnum periculum, quod similiter dico de Regulari. Sed æstimare quando periculū sit magnum, & unde, & tantum, ut sit dispensandum, & an remedia debita, & sufficientia sint tentata, hoc opus hic labor est. Addunt aliqui similiter esse licitum Episcopo vel Regulari dispensare in voto absoluto castitatis ob periculum evidens scandali, damni tertii; vel quando non est facilis recursus ad Papam. Chass. *tr. 5. cap. 5. prop. 2.* ubi pro hoc allegat Cardin. Butr. Angel. Casarub. Sorb. Portel. Sylv. Sor. Sanch. Henriq. Suar. & Dianam.

CAP.

CAPUT VI.

Circa Contracta, & Pacta.

SUMMARIUM.

1 *Cassinenses possunt sine labe Simoniæ facere pacta in unione Monasteriorum ad suam Congreg.*
2 *Vel pro Monasteriis suis commendatis.*
5 *An autem licitè etiam tractent commendatariis super iisdem Monasteriis. 5. & 6.*
Contractus usurarius nunquam potest reddi licitus, secus de contractu super beneficiis, & quare, ibid.
5 *Pacta Regularium non tenent, nisi accedat consensus Provincialis.*
4 *Etiam illa, quæ faciunt in receptione locorum.*
7 *Variæ super hoc Pontificum constitutiones & 6.*

1 ALex. VI. concessit Cassin. facultatē faciendi pacta & conventiones in unione Monasteriorum, ad suam Congregationem, vel beneficiorum ad sua Monasteria. Et ut propter talia pacta non incurrant labem simoniæ, nec beneficia sic unita possint obtineri, quamvis aliàs illa eadem pacta sint prohibita à Sede Apost. B. *Inter cæteros*, quæ est 110. in Bullar. Margar.

2 Innocent. VIII. & Leo X. iisdem Dominis meis Cassinensib. dedere licentiam componendi super recuperandis Monasteriis suæ Congregationis in commendam datis, modò illa non sint consistorialia. Quod deinde anno 1532. confirmavit Paul. III. B. quæ incipit: *Benignitas Sedis.* & est ordine. 158. in Bullar. Margar.

3 Alex. IV. B. quæ incipit: *Mente solita.* Et Honor IV. B. quæ incipit: *Religionis favore.* pro Minoribus declararunt irrita quævis pacta facta à fratribus, seu Guardianis vel Custodibus, sine consensu saltem Provincialis, super quibusvis rebus, aut cum quibusvis personis, contra iura, statuta, vel privilegia Ordinis.

Et Jul. II. idem sancivit favore Minimorum, de pactis atq; conventionibus, factis sine consensu Generalis, aut Capituli etiam generalis, in receptionibus locorum, seu domorum cum Prælatis, seu Rectoribus, aut Clericis Ecclesiarum, in quorum territoriis sitæ sunt ejusmodi domus. B. quæ incipit: *Aliàs venerabilem.*

Nota autem circa duo priora privilegia, quòd licèt illa eximant Cassinenses à simonia non tamen secundùm aliquos excusantur Commendatarii, cum illis paciscentes, sicut non excusatur, qui dat pecuniam ad usuram; quamvis secus sit de illo qui accipit à nolente dare aliquo modo. Attamen ego puto excusari, & non esse paritatem de usura, & commenda, nā usura est intrinsecè mala, atq; ideo in nullo casu potest reddi licita, vel excusari usurarius, at verò quia commenda est approbata ab Ecclesia, & facit justum titulum, & conventiones super beneficiis non sunt prohibitæ, nisi jure Ecclesiastico, ideo potest occurrere casus in quo ex circumstantiis illæ cohonestentur, & Ecclesia judicet esse dispensandum, qualis casus est, si agatur de reformatione Monasterii super quo fit conventio, vel de ejus conservatione in ordine, per ejus unionem ad aliquam congregationem. Quòd si aliquis injusto titulo tenere Abbatiam vel beneficium, tunc locum haberet prior opinio, quia possent quidem Cassinens. pacisci super illo, non tamen injustus detentor per exemplum allatū de usura.

Nota secundò circa duo posteriora privilegia, quòd ab aliquibus dicuntur revocata & sublata per *cap. fin. de pact. in 6.* Verùm cùm illud caput sit Bonif. VIII. quo longè posterior est Jul. II. Ideo non potest intelligi illa revocatio nisi de pri-

vi-

vileg. 3. Alex. & Honorii IV. Quin etiam post Bonif. III. Sixtus IV. illud restituit, & alia similia, ut inter alios notat Casarub. *v. conventiones.* Sed Leo X. qui est postremus omnium, sua constitutione, quæ incipit: *Dum inter mentis arcana*, ea omnia moderatus decrevit teneri Regulares stare suis conventionibus, & quibusvis pactis, nisi per proximè subsecutum Capitulum, seu generale, seu provinciale rescissa fuerint, & ipsa rescissio debito tempore partibus intimata.

CAPUT VII.

Circa Eucharistiam administrandam, & exponendam.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt dare Eucharistiam omnibus illam petentibus, & 15.*
2 *Etiam pro Communione Paschali. 8. 10. 11.*
3 *De hoc privilegio dubitavit Lugo.*
4 *Sed sine legitimo fundamento, ibid.*
5 *Quid nomine Paschalis solem. intelligendum & 5.*
6 *Hoc privilegium non tam Regulares respicit quàm laicos.*
7 *Laici sunt liberi circa receptionem Eucharistiæ.*
8 *Et non possunt molestari ex eo quòd illam receperunt à Regularibus.*
9 *Papa est proprius Sacerdos omnium fidelium.*
13 *Hoc privilegio nō obsunt declar. Cardinalium.*
10 *Nec Bulla Innocentii X.*
16 *Regulares possunt administrare viaticum.*
17 *Quia tamen non habent praxim, nec etiam inducenda.*
18 *Regulares possunt in suis Ecclesiis exponere S. Sacramentum altaris.*
20 *Super quo variavit interdum S. Congregatio.*
21 *Regulares possunt per Octavam Corporis Christi cum eo facere processionem singulis diebus.*
9 *Locus exemptus, & extra territorium æquiparantur.*

1 EUgen. IV. concessit Cassinens. facultatem administrandi Eucharistiam omnibus devotionis causâ ad eorum Ecclesias confluentibus. B. *Etsi quaslibet.* & B. *Regularem vitam.* 2 Eos verò qui sic Eucharistiam receperint in Ecclesiis eorūdem Cassin. idē Eugen. exemit à jurisdictione Nuntiorum, Episcoporum, Rectorum, & quorumcunque judicum, ut propter hoc non possint contra illos agere vel procedere. B. quæ incipit: *Etsi ex debito.*

3 Nota verò circa hoc privilegium, quod ab illo excipitur à nonnullis (& satis communiter) solemnitas Paschalis; in qua putant neque Cassinenses, neque alios Regulares posse administrare S. Eucharistiæ Sacramentum. Qui tamen non conveniunt in designando, quid nomine paschatis, seu solemnitatis Paschalis intelligant. 4 Nam Sot. in *4. d. 19. qu. 4. art.* Valent. *to. 4. d. 6. quæst. 8. par. 4.* Suar. *d 72. sect. 2.* Vasch. *d. 219. cap. 3.* Ægid. *qu. 82. ar. 3.* Roder. *to. 1. qu. 54. art. 3.* Et plures alii, dicunt, nihil aliud hac in parte intellgi, quàm tempus illud, intra quod tenentur fideles satisfacere præcepto annuæ communionis, & indefinitè omnes dies comprehensos, intra illud tempus, ut qui vel jam præcepto satisfecit aliquo horum dierum, vel satisfacturus est, possit in quocunque alio etiam ipso Dominicæ Resurrectionis sacro Communionem recipere à Regularibus. Et ita Eugen. IV. declarasse ait Compend. privil. Societ. Jesu, *v. Eucharistia.* De quo & aliquæ declarationes Cardinal. allegantur ab Authoribus hujus opinionis, per quas prohibentur Regulares administrare Eucharistiam in Paschate, hoc est, pro Cōmunione Paschali. Navarr. *vero in man. cap. 21. n. 52.* Henriq. *lib. 8. c. 55.* Et alii nomine Paschatis intelligunt ipsam diem Domi-

Dominicæ Resurrectionis præcisè. Et ita à S. Card. Congreg. declaratum affirmat Asor. *lib. 8. quæst. 7.* & Farinac. *in declar. Trident.* ac novissimè anno 1645. die 7. Febr. confirmatum asseritur ab Innocent. X. B. quæ incipit: *Exponi nobis.* In qua una die non liceat Regularibus administrare cuiquam Eucharistiam, seu petatur ex sola devotione, seu ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis.

6 Verum Joan. Henriq. *in qq. moral. sect. 15.* Remig. *in pract. confess. tr. 3. cap. 3. §. 1.* Joan. de Soria *in epilog. sum. p. 3. tr. 1. sect. 1. d. 7.* Martin. à S. Joseph. *in monit. confess. to. 1. lib. 1. tr. 5. de Euch.* & Lud. de S. Joan. *in sum. q. 8. de Euch. ar. 3. diss. 3.* docent posse Regulares in suis Ecclesiis administrare fidelib⁹ Eucharistiæ Sacramentum etiam in ipsa die Dominicæ Resurrectionis. Et ad satisfaciendum præcepto annuæ Communionis. Quam opinionem probabilem putant Tambur. Panorm. *opusc. de com. cap. 4. §. 4.* Et Leand. *de Sacram. to. 2. tr. 7. d. 3. quæst. 19.* Quibus ego subscribo, ob rationes sequentes, & eorum ac infra citandorum DD. authoritatem.

7 *Primò* enim non videtur hoc privilegium concessum, propriè & directè Regularibus, sed fidelibus ad ipsorum Ecclesias venientibus, quibus Pontifex voluit, & intendit favere potiùs, quàm ipsis Regularibus, qui nihil inde nisi laborem consequuntur, sic enim loquitur Eugen. in Bullis citatis: *Præterea, cùm sæpe contingat ob devotionem, quam ad Monachos præfatæ Congregationis nonnullæ personæ habent singularem, ad ejusmodi monachos pro earum salute animarum recurrere. Nos volentes earum devotioni satisfacere, liceat -- Dictæ Congregationis Prælatis, suis Monachis, deputatis à suis Superioribus ad audiendum hujusmodi personarum confessiones accedere -- Eisq; ac omnibus, qui ad præfatos Monachos ob devotionem recurrerint, Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant.* Voluit igitur Pontifex hîc favere, non Monachis, sed devotioni fidelium ad ipsos accedentium. Unde cùm declarationes subsecutæ (si quæ sint, seu à Papa, seu à Cardinalibus, authenticæ, & recipiendæ) non revocent nisi privilegia ipsorum Regularium, manebit hoc (quod non Regulares, sed fideles respicit) in suo vigore, argumento eorum, quæ dicentur de revocatione indulgentiarum concessarum Regularibus, non pro se ipsis, sed aliis applicandæ, seu ab aliis lucrandæ in ipsorum Ecclesiis.

Secundò. Quia in *cap. omnis. de pœnit. remiss.* Et in Trid. *sess. 13. can. 9.* solummodo præcipitur fidelibus, ut semel in anno hoc in paschate Eucharistiam recipiant, de loco verò, in quo illam debeant recipere, vel de cujus manu, nihil dicitur ibi. Unde signum est, quòd utrumque decretum relinquit singulos in sua libertate quoad hoc. Ad quod cùm maximè faciunt dicta in cap. præced. §. 1. ubi de potest. Reg. ad confes. audiend. Quòd si dicas fieri mentionem proprii Sacerdotis in *cap. cit. omnis.* facilis est responsio, Papam est proprium per universam Ecclesiam, atque ideo recipi Eucharistiam de manu seu licentia proprii Sacerdotis, quando recipitur de manu Regularis habentis ad hoc à Papa licentiam per privilegia.

Tertiò. Omne dubium tollitur per privilegium Nicol. V. & Jul. II. Pro Religiosis Monasterii S. Mariæ de Guadalupe olim Ordinis S. Bened. nunc S. Hieronymi quo illis conceditur facultas administrandi Eucharistiam. *Quibuscunq; personis, sine alia Episcopi aut Parochi licentia, etiam pro Cōmunione Paschali, & ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis.* Quod privilegium fuit postmodum extensum ad omnia alia ejusdem Ordinis à Paulo III.

Pio IV.

Pio IV. & aliis Summis Pontificibus, ut
vidantur Cruz. *in epit. privil. lib. 2. cap. 5.*
lib. 4 concl. 3. Beia in *resp. mor. cap 4. p. 4.*
Robet. *to. 1. qu. 56. art. 3.* Casarub. *v. communicatio.* Diana *de celeb. Miss. resp. 83.* Barbos.
de off. & pot. parochi cap. 20. Bauny *in theol.*
mor. tr. de Euch. qu. 19. Et Marcellin. à S.
Bened. *in comp. privil. full. v. Eucharist.* Qui
omnes inde inferunt, posse Regulares,
habentes communicationem privilegiorum, cum Ordine S. Hieron. virtute hujus, administrare Eucharistiam, quibuscunque personis, etiam pro Communione Paschali, & ad satisfaciendum obligationi *cap. cit. omnis. de pœnit. & remiss.* Et ita
contra quemdam Parochum, in quadam
Diœcesi judicatum refert Dian. *loco supra*
cit. Quamvis ipse in *to. 11 suorum oper. tr. 2.*
res. 16. Et jam ante ipsum Mirand. *in man.*
to. 1. qu. 42. art. 2 consulat ut abstineatur
abusu hujus privilegii, propter scandalum & alia incõvenientia, quæ inde possent oriri. Sed hoc consilium non video
secutos fuisse Regulares, aut certè paucos, cùm aliundè possit obviari incommodis, quæ nec timuere Pontifices privilegii largitores, nec justè quis queat scandalizari, contra Regulares, si illo utantur. Quod licèt in dubium videatur Lugo revocare *in d. 18. de Euchar.* Potiùs ego
credo, tam multis aliis de illius concessione fidem facientibus, hoc maximè attento quòd rationes, quas idem Lugo ad
illud impugnandũ adducit, ita leves mihi
videantur, ut se ipsis absque refutatione
nant.

Quantùm verò ad alia, quæ in initio fuere allegata R. verum quidem esse, quòd declarationes Cardinalium derogant huic privilegio, sed quia illæ non habent vim & authoritatem legum, ideo illis non obstantibus, manet privilegium in suo robore. Ad Bullam verò Innoc. X. Resp. illam non esse constitutionem pro- 14
priè dictam, neque munitam clausulis &
derogationibus requisitis ad invalidanda
privilegia Regularium, sed fuisse editam
solùm ad confirmandam declarationem,
anno 1644. Die IX. Jul. emanatum in favorem Archiep. Burdigal. à S. Cardinalium Congreg. in qua decernitur, posse
prædictum Archiep. prohibere Regularibus ne in die Sanct. Paschæ Eucharistiã
administrent; verùm quia hic casus est
specialis, & aliàs illa constitutio nõ continet derogatorias necessarias, ut dictum
est. Imò nec fuit promulgata, & intimata cum solemnitatibus requisitis, ideo &
nec per illam evacuantur privilegia Regularium, vel si quid operatur, non se extendet ultra Diœcesim Burdigal.

Diversi Summi Pontifices concessêre 13
variis Ordinib. Mendic. facultatem administrandi S. Euch. Sacramentum, quovis
tempore & casu, excepta solemnitate
Paschali, ubi nota *Primò*, quòd per hanc
exceptionem non enervantur dicta in
superioribus. Nam licèt aliqui Pontifices
exceperint hanc solemnitatem, non tamen alii, unde licèt non possint Regulares (imò prohibeantur) virtute hujus
concessionis administrare Eucharistiam,
possunt tamen virtute aliarum, de quibus
supra.

Nota *Secundò*, quòd ex quo excipitur
solemnitas, & casus Paschalis, hinc licet
inferre omnes alios dies, & casus esse relictos libertati Regularium, & fidelium,
atq; ideo posse eosdem Regulares admi- 10
nistrare Eucharistiam in articulo mortis, & pro viatico, quia exceptio firmat
regulam. Neque obstat *clem. religiosi de privil.* ubi hoc prohibetur, nisi præhabita licentia parochi, nam ut bene arguit Chass.
hæc datur per privilegia à Papa, qui est
Supremus omnium Ordinarius & Paro-

chus, & ita *ibi* valde clare innuit textus his verbis: *Præterquàm in casibus à jure expressis vel per privilegia Sed. Apost. concessis.* Facit, quia privilegia revocata à quocunq; Cõcilio, (excepto Trident.) fuêre postmodum restituta, ut fusiùs suo loco dixi, & consequenter istud, cujus nullæ revocatio extat nisi præfatæ Clement. quæ est Concilii Viennẽsis. Attamen quia usus &
17 consuetudo interpretatur privilegia, & nullibi (quod sciam) habent Regulares usum administrandi viaticum, & aliàs nullum ad hoc in individuo habent privilegium, sed ex aliis generalibus solum hęc facultas evincitur, ego puto, quòd ex dictis possent se quidem legitimè defendere, si pro administratione viatici peterentur, sed tamẽ satiùs est, hac in parte zelo parochorum cedere, quàm novitates & per eas turbas in Ecclesia suscitare.

18 Possunt Regulares inconsulto Episcopo, exponere in suis Ecclesiis S. Eucharistiæ Sacramentum, pro quacunq; causa, seu privata seu publica, & fundatur hoc Jus in exemptione ipsorum Regularium, nam locus exemptus, & extra Diœcesin æquiparantur, secundùm Ancar. Franc.
19 & Gemin. *cap. 1. de const.* Gonsalv. *ad reg. 8. cancell. gloss. 43.* Barbos. *de off. & pot. ep. p. 3. all. 8.* Kochier. *de jurisd. in exempt. p. 1. qu. 1.* & Henriq. *lib. 7. c. 15. §. 4.* De quo extant diversæ Rotæ decisiones, unde sicut non requiritur licentia Episcopi ad aliquid faciendum, v. g. ad exponendam S. Eucharistiam, in loco sito extra ipsius Diœcesin ita, & nec requiritur ad exponendam in loco, ab ejus Diœcesi & jure exempto, de quo videri possunt duæ illustres declarationes Cardinalium, in favorem Regularium, apud Chass. *tr. 2. cap. 3. prop. 6.* Quamvis in oppositum aliæ penitùs contrariæ, & derogatoriæ allegentur à Diana *to. 11. tr. 2. res. 5.* Ex quibus patet variasse interdum Patres purpuratos in hoc negotio, sed quia Jura nos inclinant semper potiùs ad favores, ideo hanc facultatem ego vendico Regularibus, propter rationem allegatam puto (si aliquid sit deferendum declarationibus Cardin.) eas esse præferẽdas, quę in favorem eorum prodierunt. Ad quod facit, quod Prælati Regularium sunt Episcopi in suis Monasteriis, & consequenter non indigent alterius licentia ad aliquid in eis disponendum. Pius V. concessit Dominican. licentiam celebrandi Festi Corporis Christi, cum processione SS. Eucharistiæ singulis diebus infra Octavam, per Ecclesias, & ambitum suorum Monasteriorum, ubi nota Gregor. XIII. dicti successorem, hoc idem generaliter permisisse omnibus seu Regularib. seu Clericis sæcularibus, B. *Cùm interdum contingat* Ac deinde Clem. VIII. hanc licentiam revocasse, & ad solos Dominicanos quibus originaliter fuerat concessa, restrinxisse. B quæ incipit: *Dudum felicis recordationis Pius V* Per communicationem verò petierunt alii Regulares sibi eam vendicare.

CAPUT VIII.

Circa Exemptionem.

SUMMARIUM.

1 *Regulares sunt exempti à potestate laica, & Clericorum.*
2 *Et etiam ipsorum Syndici ac Procuratores.*
5 *Regulares sunt exempti ab Officialibus Cl*
6 *Etiam legatis à latere.*
3 *Regulares sunt exempti ab Inquisitoribus.*
4 *Textus obscurus non potest abrogari privil clarum.*
6 *Regulares sunt exempti ab Episcopis.*
10 *Et hoc jure divino.*
11 *Paulatim hæc exemptio concessa fuit, ad crevit ad suam plenitudinem.*

12 A Mo-

1 *Monasteriis privatis ad Ordines integros exemptis.*

Variæ causæ, concessæ exemptionis. ibid.

2 *Quibus Pontificibus Ordines Monastici acceperunt exemptionem.*

Cum sit duplex potestas, sæcularis & Ecclesiastica, ita ab utraque diversas obtinent Regulares exemptiones, nam primò quod attinet ad temporalem Principum sæcularium omnino, & quoad omnia bona illa sunt exempti, instar Clericorum, de quo in Novel. 123. §. *si quis contra.* & *cap generaliter ib. qu. 1.* Et nos *sect. præced. cap. 1. §. 1.* Et ad hoc refertur dictum illud Nicolai I. Papæ ad Michael. III. Cõstant. Imperat. *vestrûm, & piorum Imperatorum non est, ullum penitus quærendi Monachos monasterium nisi ad miserendum, & orationes eorum submissè poscendum,* Et illud Petri Damiani in quadam epistola: *Absit ut Monachus vivens sub Regula vel Abbate subjiciatur alicui hominibus.*

Quin etiam Clemens VII. favore Morum de Observ. & Monialium Sanctæ Claræ, ab eadem potestate sæculari, exemit Syndicos & Procuratores, cujusque domus ipsorum, ac sancivit, ne pro quavis causa, aut in quocunque casu, seu civili, seu criminali, vel mixto possint conveniri, nisi coram Conservatore Conventus cui serviunt. An tamen hoc privilegium singulare recipiatur in omnis sæcularibus, ignoravi hactenus.

3 Quantùm verò ad potestatem Ecclesiasticam, & personas, illam exercentes plurimas gratias consecuti sunt Regulares, nam primò ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis. Clemens VII. & Paul. III. exemit Camaldulenses. Sixtus IV. Carmelitas. Jul. II. Dominicanos. Idem Jul. Innocent. VIII. & Leo X. Minoritas. Et licèt Trident. *sess. 6. cap. 3.* videatur hanc exemptionem tollere; Bene tamen notat Navarr. Concilium *ibi* loqui obscurè, atque ideo non sufficere illum textum obscurum ad enervanda privilegia Regularium clara. Quin etiam Pius IV. anno 1562. die 1. April. vetuit, ne Inquisitores procedant contra Regulares, reos in fide, quando eorum Prælati, jam cœperunt cognoscere Bull. quæ incipit: *Pastoris æterni.* Ubi tamen adverte, Paul. V. deinde anno 1606. die prima Septemb. hanc Bullam abrogasse sua posteriori, quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Ac tandem Urbanum VIII. año 1631. die 5. Novemb. suâ novissimâ, quæ incipit: *Cùm sicut accepimus.* penitus abrogasse, & abstulisse supra memorata privilegia, & quævis alia similia, per quæ Regulares eximebantur ab Inquisitoribus. Verùm quia jubentur Regulares se submittere ejusmodi revocationibus, & parere constitutionibus Apostolicis, attestatis manu Notarii publici, & munitis Sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ideo quamdiu tali modo non fuerint illis intimatæ, nec etiam deferre tenebuntur: pro quo insuper vide dicenda sect. seq. dub. 6. 4

Secundò. Habent Regulares exemptionem à jurisdictione Legatorũ Nuntiorum, & quorumcunque Officialium Sedis Apostolicæ. Nam ita concessit Eugen. IV. Cassin. Clem. VII. & Paul. III. Camaldulens. Sixt. IV. Minoribus, aliisq; Pontifices aliis Ordinibus. Ubi nota, quòd Roder. *to. 22. qq. reg. 64. art. 3.* tenet hanc exemptionem non habere locum, respectu Legatorum à latere, aut eorum qui cum hac potestate mittuntur. Verùm cùm hæc distinctio non inveniatur in diplomatibus Pontificiis, non video quo fundamento possit illam Roder. adstruere, & sufficienter fulcire. 5 6

* Vide Gl. c. tuarum. de privil.

Tertiò. Regulares sunt exempti à po-
7 testate & Jurisdictione Episcoporum, &
quorumvis Ordinariorum locorum. Et
hoc plenissimè & absolutè adeo, ut jam
nullam possint Episcopi in eos exercere
Jurisdictionem, nisi quatenus Papa vel
Concilium ipsis eos subjicere compro-
batur cum sufficienti derogatione exem-
ptionis concessæ, ut inter alios docent
Barbos. *de off. & pot. ep. par. 3. alleg. 76.*
Rodriq. *in epit qq. reg. res. 112.* Diana *4.*
p. operum tract. 4. res. 23. Ren. Chop. *lib. 1.*
monast. tit. ult. num. 2. & passim alii. Ubi
nota, quòd Petr. Blesen. *epist. 68.* pro suo
8 zelo satis improbat exemptionem Regu-
larium, nec multùm ab eo dissentit Ba-
ron. *in Annalib. ad an. 676.* Ubi affirmat,
ex tunc cessasse Summos Pontifices con-
cedere exemptionem, quod experimen-
to didicissent, magis obfuisse, quàm pro-
fuisse disciplinæ Monasticæ. Addit *ibid.*
satis colligi ex diversis Epistolis S. Ber-
nardi nunquã illi placuisse (puta ex epist.
42. ad Henric. Senon. Archiep. & *cap. 8.*
9 *9. & 10.* lib. 3. de consid. ad Eugen.) Item
neque Sancto Francisco pro suo Ordine,
sed fuisse opus fratris Heliæ. Verùm ego
puto, id Baronii & Blesensis zelo donan-
dum, quamvis enim negare non velim,
quin possint aliqua inconvenientia pul-
lulare, ex Regularium exemptione, si ta-
men hæc conferantur cum his quæ ex
subjectione oriuntur, omnimodis ne-
cessaria exemptio judicabitur. (†) Quam
nemo improbaverit, nisi simul plurimo-
rum Concil. decreta, & sanctissimorum
Pontificum gesta, ac Ecclesiastica institu-
ta carpere se posse pręsumpserit. De qua
materia vide doctissimum tractatum à
doctissimo Baldo editum, Ac recentiùs
à Josepho Aldrete Soc. Jesu impressum
Hispali anno 1619. in quo utroque ope
uterque author, non solùm firmissim
rationibus adstruit exemptionem R
gularium, sed etiam rationes Episcop
rum in contrarium, eruditè convellit

Quin etiam Lud. Miranda (non e
guum Seraphici Ordinis lumen) *in n*
præl. par. 1. quæst. 23. tenet, Regulares
jure Divino exemptos, quia inquit S
tus religiosus est à Christo, esset au
inconveniens, Christum illum instit
se, & non dedisse Prælatis competen
authoritatem, & jurisdictionem, a
gendos sibi subditos, quam si illis (u
est) concedamus, excluduntur Episc
& sic Regulares virtute suæ institut
suíque Principii sunt ab illis exem
Quidquid sit autem de hoc discur
Cùm Episcopi sibi indifferenter o
Monasteria subjicerent, & in omn
Fuerunt primùm ab eorum jurisdict
exempta quoad aliqua, ut videre
cap. Abbas. cap. luminoso. & quam sit. 18.
Ac deinde absolutè quoad omnia. I
dum ob gravamina, quæ illis infere
ab Episcopis, ut videre est in *cap. q*
cit. cap. frater 16. q. 1. cap. nimis iniqua.
prælat. & clem. frequens. eod. ubi ad
ejusmodi gravamina referuntur. I
dum ob singularem dignitatem & p
gativam locorum. Quo titulo Inno
voluit Abbatiam S. Pauli extra m
urbis immediatè subesse Sedi Apost
ab omnibus Episcopis exemptam
Interdum ob voluntatem & pium de
rium Fundatoris, qua ratione Gui
Dux Aquitaniæ cognomento Pius
davit Monasterium Cluniacense
conditione quòd esset exemptum a
scopo Matisconensi, & immediatè
ctum Sedi Apostolicæ.

† Quod vetustas præstitit, & Patrum authoritas roboravit, nova non debet violare præsumptio. Symmach. Papa epist. 11. ad Cæsar. Arel.

† Anno 21. post mortem S Benedicti M
rium S. Mariæ, Nunc S. Medardi Suessionen
exemptum, authoritate Ioannis III. Papæ.
Chronic. ad Ann. 534. c. 1. in impressione G

Inte

Interdum renuntiatione ipsorum Episcoporũ, quomodo S. Germanus Episcopus Parisiensis exemit à sua jurisdictione Monasterium S. Vicentii, ejusdem civitatis Paris. quod nunc mutato titulo, ab eodem S. Germano denominatur. Interdum ob conditionem & statũ Monasterii, quòd invenitur ante Sedem Episcopalem fundatum, & nusquam illi subjectum, ut Cavense, de quo infra. Interdum solo beneplacito & proprio motu Romani Pontificis eximentis, eò quòd ipsius & Sedis Apostolicæ intereſt habere per universam Ecclesiam, plures personas, & plura loca, sibi immediatè subjecta, *&c.*

12 Sic verò cœpta exemptio à privatis Monasteriis ad Ordines integros derivata est paulatim, & successivis temporibus stabilita, ac firmata partim consuetudine & præscriptione, partim concordia & transactionibus inter Episcopos & Monachos, partim diplomatibus regum, & manutentione regiorum officialium, ut fusius disserunt Petr. de Marca *in concord. lib. 3. cap. 17.* Joann. Lomede *de exemp. cap. 7.* Et Celsot. *in lib. de hier. Eccles.*

13 Sed vel maximè indultis Rom. Pontificum. Nam Ordo seu Congregatio Cluniacens. obtinuit suam exemptionem à Clemente IV. Camaldul. à Leone X. Cassinenses ab Eugen. IV. Cisterc. ab Alex. III. Vallisumbr. ab Innocent. IV. Olivetan. à Jul. II. Cælestini à Cælestin. V. suo fundatore & Innocent. IV Sylvestr. à Cæles. III. Basiliani à Calixto III & Gregor. XIII. Carthusiani à Bonifac IX. Præmonstratenses ab Alex. V. & nunc sunt ita exempti ut nec volentes possint se subiicere Episcopis. *cap. cum tempore de arbit. & cap. dilecti filii de renunt.* Nec mirũ videri debet Regulares, & præcipuè Monachos exemptos esse ab Episcopis, cum etiam aliquando speciali dispositione ipsis Monachis subjecti fuerint Episcopi aliqui. Nam ut testantur Petr. Diac. Uuion & Tambur Olim Monasterio Cassinensi subiiciebatur 4. Episcopatus Et de Monasterio S. Columbi in Insula Huensi item Vener. Beda *in hist. Angl. lib. 3. cap. 4.* refert omnes Episcopos Hiberniæ & Scotiæ fuisse subditos ejus Abbati. *Habere solet ipsa Insula rectorem semper Abbatem Præsbyterum, cujus ditioni, & omnis Provincia, & ipsi etiam Episcopi ordine inusitato, debeant esse subjecti, juxta exemplum primi illius Doctoris qui non Episcopus, sed Præsbyter extit* &c. En tibi subjectionem, en causam, nempe quia in illis locis Monachi, & nõ Episcopi fidem prædicarunt, atque ideo justum visum fuit, & populum, & Episcopos Monachis subiicere. Quòd si posteà è re visũ fuit exemptionis gratiam dare Episcopis, in illis locis, sanè nõ debet eis grave esse, eandem datam esse Monachis, seu in illis seu aliis locis. Et ita præter jura, & rationes adductas, & adducendas, interdum ostendit Deus se probare evidentibus signis, & suppliciis terribilibus immissis in Episcopos, qui quorundam Monasteriorum exemptioni nolentes deferre, sibi subiicere voluerunt, de quo vide exemplum *sect. seq. dub. 6.* verùm ut aliquid Paulò uberiùs dicam, & cum majori ordine in hac materia exemptionis placet ejus partes in singula capita distinguere, & per singulos paragraphos de illis tractare.

§. I.

De exemptione Regularium quantùm ad bona.

SUMMARIUM.

1 *Bona Regularium sunt exempta eo modo, quo Clericorum.*

2 *Non possunt gravari impossessionibus ab officialibus Papæ, vel Episcopis.*

3 Mira-

3 *Miraculo asserta hæc libertas.*
4 *Cisterciensium negotia præ aliis sunt expedienda in curia.*
5 *Congregationes Monasticæ cum profusione, & suo gravi incommodo charitativum subsidiũ exhibuerunt aliquando Sedi Apost. 5.*
6 *Habeat propterea iuratam privilegiorum confirmationem.*

1 REgulares quoad sua bona sunt exempti primò eo modo, quo Clerici, & eodem jure à potestate Principum tem-
2 poralium, de quo *sect. 2. cap. 1. §. 1.* Et secundò ab Episcopis Legatis Nuntiis, & quibusvis Pontificiis Commissariis, adeò ut non possint illos gravare exactionibus, præstationibus, aut ullis subsidiis etiam charitativis, pro ulla necessitate: de quo
3 singuli Ordines sua privilegia obtinent, & referre supersedeo, contentus dicere hanc libertatem etiam cælo deffendente Regularibus fuisse assertam. (*a*) Nam refert Cæsar. *lib. 7. cap. 6.* Quòd cùm olim Innocent. III. grave bellum moliretur in Saracenos & Turcas, pro recuperatione Terræ sanctæ, & liberatione fidelium inibi degentium Pontifex ratus causam justam se habere quassandi privilegia Regularium (attento quòd etiam in generali Concilio bellum illud decretum fuerat) petiit à Cistercien sibus quartam Partem suorum bonorum, in subsidium, illis autem opponentibus privilegia, cùm Pontifex in sua petitione persisteret, negaverunt se quidquam daturos. Obstinatione hominum supra modum cõmotus Pontifex, decrevit (in exemplum & terrorem cæterorum) omnia ab ipsis bona tollere. Nuntio consternati Monachi, & jam exitio proximi invocant in suum Patrocinium B. V. Mariam, & per totam quadragesimam angustiati nudis pedibus à capitulo procedentes Psalmos Pœnitentiales cum Lytaniis decantantes, Processiones per sua Monasteria agebant. Placuit Deo humilitas, placuit Marię pœnitentia. Nam illa susceptâ causâ suorum devotorum, videndam se cum magna majestate exhibuit Reynerio Pontifici à sacris confessionibus, & hæc verba suo nomine ad Pontificem ferre jussit (*b*) *Tu Ordinẽ Cisterciensium, cuius advocata ego sum, destruere conaris, sed non prævalebis, & nisi citius de tuo malo proposito resipiscas. Ego te & omnem potestatem tuam conteram.* Terrefactus verò Pontifex animum mutavit, & quidquid contra Cisterc. decreverat, revocavit. Quin etiam ad placandam B. V. M. quæ se in ipsis offensa demonstrarat, eorum privilegia & exemptiones confirmavit. Et novum adjecit, quo cavetur ut Cisterc. negotia ante quælibet alia in curia expediantur. Econtra verò scimus Congregationes Monasticas, & non mendicantes. Ac inprimis Cassinens. sub Pio V. Clem. VIII. & aliis Pontificibus, postpositis privilegiis tam profusa subsidia, filiali devotione, Sedi Apostolicæ providisse, & in hunc finem tanta debita contraxisse, ut usque in hodiernum diem, ab his se non potuerint exolvere. (*c*) Nam vel uni Pio V. semel obtulerunt ad quadringentorum millium scutorum aut summam integram, per opignorationem suorum bonorum inventam. Cujus sua liberalitatis amplam, & juratam suorum privilegiorum confirmationem, prę-
mium tulerunt Anno 1671.
die 20. April.

(*a*) Bzov. in annal. to. 13. ad Annũ 1205. dic. Innoc. non petiisse à Cisterc. nisi Quadragesimam partem suorum bonorum.

(*b*) vide Petrum Blesens. Epist. 112. quam refert Baron. tom. 12. Anno 1188. pag 818.

(*c*) Iuravit Dominus & non pœnitebit eum. Psal. 109. Rogavi pro te petre, ut non deficiat fides tua.

§. II.

§. II.

De exemptione Regularium, quantùm ad domesticos, & familiares.

SUMMARIUM.

1 *Domestici & procuratores Regularium sunt exempti ab Episcopis.*
2 *Operarii, benefactores, & qui ab eis Sacramẽta percipiunt, ut super his nõ possint infestari.*
3 *Syndici minorũ non possunt conveniri nisi coram conservatore Monasteriorũ quibus serviunt.*

1 ALtera pars exemptionis concessæ Regularibus, respicit eorumdem familiares. Nam famuli ipsorum, domestici, procuratores, aliique ejusmodi, intra Monasteria degentes, sunt exempti ab Episcopis, adeò ut non possint ab illis excommunicari, aut ulla alia censura affici, seu pro ullo negotio in jus vocari, ut pro Cassin. sancivit Eugen. IV. B. quę incipit: *Ess ex debito* pro Cisterc. Innoc. IV. B quæ incipit: *Cum à nobis* pro Camaldulensibus Clem. VII. & Paul III. B. *Ratiom congruit.* pro Minoribus Alexand. IV. B. *ut in vestris.* quas concessiones non modò non esse revocatas, sed confirmatas à Trident. *sess. 24. cap. 11. de refor.* affirmat inter alios Tambur. *to. 2. de iur. Abb. d. 6. quæst. 16.*

2 Item operarii, benefactores, &c. Regularium. Aut qui ab ipsis Sacramenta pœnitentiæ vel Eucharistiæ recipiunt sunt exempti ab Episcopis, locorũ Ordinariis, Nuntiis Apostolicis, & quibusvis aliis judicibus, ac rectoribus, ut his de causis, hoc est propter beneficia, vel officia Regularibus impensa, vel Sacramenta ab illis recepta, non possint prędicti Episcopi, Nuntii, Rectores aut Judices, illos infestare, nec contra illos procedere, ex duplici constitutione Eugen IV. quæ incipit: *Ess ex debito 58 & 59.* in Bullar. Marg. pro Cassinensibus.

Item Procuratores & Syndici Minorum & Monalium S. Claræ exempti sunt à Clem VII. à jurisdictione judicum laicorum, nec possunt pro quavis causa conveniri nisi coram conservatore Monasteriorum quibus serviunt, ut in initio cap. jam notavi. 3

§. III.

De exemptione Regularium, quantùm ad sua loca, & Monasteria.

SUMMARIUM.

1 *Regularũ Monasteria sunt exempta ab Episcopis.*
2 *Et eorum membra.*
3 *Episcopi non possunt in Monasteriis Regularium ullum conventum instituere.*
Nec Missas celebrare ibid.
4 *Nec ea visitare.*
6 *Nec interdicere nec ullum cuiuscunque iurisdictionis actum in eis exercere.*
7 *Regulares non possunt obligari ad dandum hospitium in suis locis.*
8 *Neque ad custodiendam in iisdẽ ullam personam.*

LIcèt exemptio concessa in simplicibus terminis, debeat tanquam odiosa & secundùm Regulam odiorum intelligi de solis personis. Summi tamen Pontifices, qui Regulares exemptione donarunt absolutè ab Episcopis liberos esse voluerunt, & exemptos, nõ tantùm quoad suas ipsorum personas, sed etiam quoad Monasteria, eorundem membra, aut quævis loca ab illis dependentia, uti videre est in textu ipsarum constitutionum, de quibus supra, & aliarũ, de quibus in sequentibus. Unde Gasp. Hurt. erravit *in tract. de censur. in com. diff. 8.* ubi allegatis Suar. & Ægid. aut Regulares esse exemptos solùm quoad personas, non quoad Monasteria, seu loca, in quibus sunt sita, hoc enim sine fundamento effutiit: & convincit, ipsum 1

nun-

nunquam legisse prædictas cõstitutiones.

2 Et aliàs certè exemptio foret parvi momenti. Quam tamen ego intelligo de Monasteriis primùm in quibus ipsi Regulares habitant, ac secundò de locis seu membris, non quidem omnibus, sed de his solùm, quæ sunt pleno jure ipsis subjecta, secundùm explicationem datam, ubi de benedict. & consec.

3 Et in his non possunt Episcopi Synodos vel Conventus aliquos cogere, neq; processiones facere, neque officia Divina, Missas, aliasve solemnitates celebrare, vel instituere sine consensu Regularium, ad quos talia loca vel Ecclesiæ spectant, ex decreto S. Gregorii Papæ, de quo *in cap. Abbas, cap. quam sit & cap. luminoso. 18. quæst. 2.* Et aliis recentioribus constitutionibus Eugen. IV. pro Cassin. & aliorum Pontificum pro aliis Ordinibus, de quibus in Bullar. Margar. Roder. & Mirand.

4 Item non possunt Episcopi visitare Ecclesias vel loca Regularium, vel SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod in illis servatur, ex diversis similiter constitutionibus Summorum Pontif. (de quibus prædicti authores) ac subsecuta declaratione S. Congr. Cardinalium, quam inter alios refert Quarant. *in sum. Bull. v. privil. Regul. fol. 514.*

5 Item non possunt Episcopi Ecclesias vel loca Regularium interdicere, vel in eis à divinis cessare facere, uti pro Basilian. sancivit. Alex. III. B. quæ incipit: *Sedis Apostolicæ.* & Joann. XXII. B. quæ incipit: *Provisionis*, quas ad longũ inter alios refert Bzov. *in annal. Eccl. tom 14.* Et plures alii Pontifices, pro singulis Ordinibus decreverunt de quo Casar. *v. exemptio.*

6 Item (ut paucis multa complectar) nullum jurisdictionis actum, cujuscunque sit generis, possunt Episcopi exercere in Monasteriis, & locis Regularium, uti cavetur tum antiquo jure *in cap. quam sit 18. qu. 2.* ubi sic dicitur: *Monasteria, nullis canonicis juribus deserviant.* Et in *cap. luminoso eod.* ubi sic dicitur: *Nec audeat illic Episcopus cathedram collocare, vel quamlibet potestatẽ exercere imperandi, nec aliquã ordinationem quamvis levissimam faciendi*, &c. Tum etiam recentiori jure, per constitutionem Eugen. IV. pro Cassin. quæ incipit: *Regularẽ vitam.* Quam deinde innovavit & confirmavit Leo X. suâ, quæ incipit: *Dum sacræ Religionis.* Ac tertio loco Paul. III. suâ, quæ incipit: *Benignitas Sedis.* Per quas à Prædictis Pontificibus, ipso facto, & absq; ulla declaratione excommunicantur omnes Episcopi, & quicunque locorum Ordinarii, qui aliquâ jurisdictionem, vel aliquod jurisdictionis auctum voluerint exercere in locis prædictorum Cassinensium.

Item non possunt Regulares obligari ad admittendum ad hospitium in suis locis quascunque personas, imò neque militantes pugnantes contra hostes Ecclesiæ aut ad tradenda eadem sua loca ad usum cujuscunque rei vel habitationem cujuscunque personæ. *cap. quam sit. 18. quæst. 2. Nullus Episcoporum, aut sæcularium ultra petat de reditibus vel chartis Monasteriorum cellulis, vel villis, quæ ad illa pertinent, quolibet modo, seu qualibet occasione minuere, vel alienare vel immissiones facere.* Et rursus ibid. *Monasteria Ecclesiastica cum conditionibus & angariis quibuslibet obsequiis sæcularibus nullo modo subjaceant.* Quæ jura, adjectâ pœnâ excommunicationis, innovavit & de novo Eugen. IV favore Cassin. B. quæ incipit: *Etsi ex debito* quæ est 59. in Bullar. Mag. Ac deinde Pius V. generaliter favore omnium cunque Regularium B. quæ incipit: *Cum sicut*, quæ est 148. inter ejus constit. Bullarii communis.

Item non possunt Regulares obligari ad detinendum quemquam in suis locis

seu per modum carceris, seu per modum custodiæ, ut pro Cassin. sancivit Eug. IV. B. quæ incipit: *Etsi ex debito cit.* Leon. X. B. *Dum sacræ.* & Paul. III. B. *Benignitas Sedis.*

§. IV.

De exemptione Regularium, quantùm ad suas Personas.

SUMMARIUM.

1 *Regulares quoad suas Personas, habent plenissimam exemptionem.*
2 *In his quibus Trident. derogat exemptioni, non possunt puniri ab Episcopis.*
3 *Neque ab eis ligari ullis censuris.*
4 *Neque etiam Apostolicis, nisi servatis certis conditionibus & 5.*
6 *Regulares non possunt trahi ad obsequium cuiusque personæ.*
7 *Neque cogi ad acceptandum ullum officium extrà Ordinem.*
8 *Fallit si à Principe asseratur.*
9 *Multi sic oblata acceptarunt.*
10 *Et hoc ex privilegio competit Principibus.*
11 *Regulares non possunt obligari ad recipienda Brevia Apostolica.*
12 *Regulares non possunt obligari ad interessendum cuiquam Conventui Synodo vel Processioni & 13.*

Ultima Pars exemptionis Regularium respicit ipsorũ personas, quas benignitas Sedis Apostolicæ exemit ut in initio capitis notavi, à jurisdictione inquisitorum Legatorum, Nuntiorum, quorumcunq; Sedis Apostolicæ Officialium, Episcoporum, & quorumcunque judicum; adeò ut non teneantur, vocati in jus, coram ipsis respondere, seu ratione rei, seu contractus, seu delicti. Et ita derogando *cap. volentes de privil. in 6.* pro Cassin. Sanctæ Eugen. IV. Leo. X. & Paul. III. Pro Camald. Clem VII. & Paul III Pro Minoribus Clem. IV. & Bened. II. Pro Dominicanis Martin. V. Pro Carmel. Paul. V. Pro Minimis Sixt. IV.

Unde si aliquis Regularis deliquerit etiam in his, in quibus Tridentinum derogando privilegiis, subiicit Regulares Episcopis, non potest tamen puniri ab Episcopo, seu tanquâ Ordinario, seu tanquam Sedis Apostolicæ delegato, sed ille solùm potest agere apud Superiorem Rei, ut illum puniat. ita Chassaing. *tr. 1. c. 4 prop. 7.* ex doctrina Lapi & Cardin *in cap. Archiep. de privil.* Et ita cẽsuit ac declaravit S. Cardin. Congreg. interpret. Trid. *sess. 5. cap. 21.* primò pro omnibus Regularibus. Ac deinde in specie pro Monachis sacri Monasterii S. Trinitatis Cavæ, & non posse Episcopum contra quemquam illorum, intra, vel extra Monasterium delinquentem procedere, virtute *cap. 3. sess. 6. in Trident. & cap. 14. sess. 25. de Regul.* Sed tantùm posse formare processum transmittendum ad Abbatem & S. Congregationem Bullar. Margar. *cõstit. 289.* Quod ego sic intelligo, ut processus primò Abbati tradatur, tanquam immediato judici, in defectu verò omissæ justitiæ, ad S. Congregationem transmittatur. *Et Ratio est*, quia non possunt Episcopi prætendere majorem jurisdictionem virtute decretorum Tridentini, quam habeant ipsi Legati, à quibus cùm Regulares sint exempti, etiam erunt exempti ab Episcopis (ut delegatis) & ita ego colligo tum ex declaratione supramemorata, tũ ex alia anteriori emanata An. 1587. ab eadem S. Cardin. Congregat. in qua decernitur, non posse Episcopum excommunicare Regulares, accedentes sine sua licentia ad Moniales (si illi habent privilegium, ne ab Episcopis possint excommunicari) sed à suis Prælatis alia pœna puniendas; cùm autem Episcopi non procedant contra Regulares in hoc casu, nisi tanquam delegati, patet quòd si Regularium privilegia, & exemptio impediunt, ne Episcopus eos possit excommu-

2

nicare, ita & ne alio modo contra ipsos procedat, etiam tanquã delegatus, & exemptionem obsistere semper Tridentino.

3 Item non possunt Episcopi locorum Ordinarii, Nuntii, Legati, seu quivis alii judices, ferre censuras in Regulares sine speciali Sedis Apostolicæ licentia: sin autem, sunt ipso facto nullæ & irritæ; ut habetur in mari magno Minorum, quod incipit: *Regimini §. 44.* Et rursus pro iisdem Minoribus constituit Clem. IV. & deinde confirmavit Sixt. IV. apud Sorb. *v. exemptionum. 23.* Pro Carmel. idem Sixt. apud eundem Sorb. *ibid.* Et pro Cassin. Eugen. IV. Leo X. & Paul. III. apud Margar. in

4 *Bull. const. 58. 59. 129. & 156.* Imò nec sola licentia Sedis Apostolicæ, ad hoc sufficit, sed requiritur, ut cum concessione hujus licentiæ, simul expressè & individuo derogetur Bullis Eugen. IV. Leon. X. & Pauli III. de quibus supra, nam illi Pontifices favore Cassinens. ita voluerunt, sin autem, cõcessio reputabitur data & obtenta ex subreptione. Quin etiam ad hoc ut Regulares aliqui ligentur censuris Pontificiis, requiritur insuper ut fiat expressa eorum mentio ex quadam constitutione Nicol. IV. quæ habetur in cæremoniali, seu Pontificali Bibliothecæ Vaticanæ. Unde Patres Fulienses, & Societ. Jesu in compend. suorum privil. *v. excommunitatio §. 3.* dicunt, quòd censura Pontificia non ligaret Regulares, si Papa eam ferens, decerneret, sortituram effectum contra Regulares, perinde ac si essent nominati, quia ubi requiritur expressa, & explicita designatio, non sufficit implicita.

6 Item non possunt Regulares trahi extra suum Ordinem, ad obsequium cujuscunque personæ, etiam Cardinalis, etiam cum litteris familiaritatis. Neque detineri in talibus obsequiis, sine Superiorum licentia. Et ita pro Alma Congreg. Cassinensi, sancivit Eugen. IV. tribus constitutionibus, quæ sunt in ejus Bullar. 59. 60. & 64.

7 Item non possunt cogi ad acceptandas quascunqne commissiones à quacunque persona, sæculari vel Ecclesiastica, etiam cum litteris Apostolicis, nisi in eis derogetur Bullæ Eugen. IV. quæ incipit: *Regularem vitam*, pro Cassinensibus editæ. Pro quo & præcedẽti privilegio facit *cap. Sacerdotibus cap. sed nec cap. Clericus. nec Cler. vel mon. cap. generaliter 16. qu. 1. & l. placet C. de ep. & Cler.* (a) Quin etiam nonnulli disputant non modò, an possint Regulares cogi ad aliquam commissionem, seu officium extra suum Ordinem, acceptandum (affirmant enim omnes quòd non) sed an oblatu liceat acceptare & exercere, quæ jura allegata, & alia similia videntur ad pugnare. (b) Usus tamen obtinuit, ut acceptetur quando defertur à Principe. Et ita olim Abbas Cassin. fuit creatus Vice Imperator (ut pleniùs suo loco dicetur) Et Sugger. Ac Matthæus Vindocin. Abbates S. Dionysii in Francia Rege Regni abscedẽte, fuere prefecti illius Rectores. Ille à Ludovico VIII. quẽ vocant Junior, ut notat Carol. Robert. *in Gall. Christ.* Ist à Ludov. IX & beato, ut refert. Guaguin *lib. 7. hist. Franc.* Multaque alia exempla nobis suppetunt, apud alios populos, & historicos, de aliis officiis commissis Regularib⁹, in diversis Regnis & sæculis. Quod ex privilegio concessu Regibus affirmant Selva *in tr. de benef. p. 4. quæst. 6.* Bobadil. & alii, qui tamen non indicant à quo Pontifice id sit concessum, aut cui. Imò &

(a) Concil. Calce. can 4 Consistant 4. can 27

(b) Vide can. 57. Concil. Meldensis celebrati 845. Et epist. Ricardi Cantuar. Archiepis ad Alex. apud Baron. to. 12. Anno 1176. p. 697 Illud nonnullis compertum est inter Francos, plus damni in Regno invehi dum Sacerdotis consilio res agitur, quam prudens aliquis ex sæculi nobilitate rebus gerendis ficitur Ille enim nescio qua ambitione insatiabili nia sibi vendicat hic populi misertus & commun detrimentum suũ esse ratus Reipub. bene ut par est sulit. Guaguin. lib. 9. hist Franc.

Cleri-

Clericis solùm loquuntur. Et quamvis eorum doctrina, etiam ad Monachos & alios Regulares trahatur. Auson. tamen in lib. v. *Princeps*, bene notat, hoc solùm tunc tolerari cùm in suo Regno non habet Rex personam æquè aptam officio providendo, quod vix potest contingere. Quinetiam Garc. *tom. 1. de benef. p. 3. cap. 1.* affirmat, hoc revocari, & prohiberi in Tridentino. (a) Quòd si pro Clericis, à fortiori pro Regularibus, quos magis à mundo decet esse abstractos, imò & absolutè mortuos, Vide epist. 78. S. Bernardi ad prædictum Sugger.

9 Item non possunt Regulares cogi ad acceptandas legationes seu litteras Apostolicas, de administranda justitia, vel executione, aut visitatione facienda, nisi expressè in mandato derogetur Bullæ quæ incipit: *Etsi ex debito*, ab Eugen. IV. editæ pro Cassin. quæ est 59. in Bullar. Margar.

10 Item ex eadem Bulla & alia sequenti, quæ eodem modo incipit, & est Eugen. ejusdem, non possunt iidem Cassinenses obligari ad interessendum cuicunque Conventui vel Synodo etiam generali, nisi per speciale rescriptum ad illam convocentur à Papa.

11 Neque ullis processionibus ex alia B. ejusdem Eugen. Quæ incipit: *Sacræ Religionis*. Circa quod vide *sect. seq. dub. 21. casu 16.*

CAPUT IX.

Circa Festorum observantiam.

SUMMARIUM.

1 *Regulares obligantur servare Festa Diœcesis, & Parochiæ suæ.*
2 *In celebrandis Festis, Regulares possunt suos ritus proprios retinere.*
3 *In Concionibus debent se accomodare Diœcesi.*
4 *Quomodo intelligenda obligatio de celebrandis Festis.*
5 *Quæ Festa nunc sint ex præcepto celebranda.*
6 *Festa certæ diei affixa, non licet alteri tribuere.*
7 *Festa nova non licet addere Calendario. Nec quæ in eo sunt: elevare 8.*

TRidentinum *sess. 25. cap. 12.* de Regul. jubet, ut Regulares servent Festa ab Episcopis constituta. Idemque dicendùm de Festis Parochiæ ac votis publicis civitatum, in quibus habitant, secundùm Vasch. *1. 2. d. 167. capit. 4.* Portel. *v. Religiosus in add.* Sanch. Navarr. & alios Sacra tamen Congr. Cardin. in decret. super idē *cap. 12.* permittit ut Regulares in celebrandis Festis retineant suos ritus & proprios usus, prohibetq; super his molestari ab Episcopis: modò in Concionibus & Lectionib⁹ publicis accommodent se consuetudini Diœcesis circa Epistolas, & Evangelia, super quib⁹ volunt habere ser monem. de quo Piasec. *in pra. ep. p. 2. c* 3 Barbos. *de off. & por. ep. p. 3. all. 105.* Et in collect. *Bull. v Festum.* Farinac. *4. p. decis. posth. 200* Et Margar. *in Bull. const. 255.* Imò cùm in præfato decreto Tridentini nullæ sint appositæ non obstantiæ & aliàs non teneantur Regulares recipere mandata Episcoporum (cùm sint ab illis exempti) ideo nec tenebuntur servare Festa ab illis constituta, modò desit scandali periculum; & in hunc sensum ego decretum prædictum explico, ut nimirum Regulares obligentur ad Festa locorum, quando non possunt illa violare sine scandalo, vel certè quando ex legitima cõsuetudine fuerunt ab antiquo recepta, & sub obligatione peccati mortalis.

Verùm quia in diversis locis fuerunt successivè introducta diversa Festa, & tam multa, ut ob numerū parum Religiosè etiam serventur à multis. Ideo felicis record. Urban. VIII. volens hac in parte abusibus obviare in Ecclesia Anno 1642. die 22. Dec. B. quæ incipit: *Universa per orbem.* Sancivit per universā Ecclesiam obligare

(a) Concil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 4.

ligare sub præcepto hæc sola & sequentia Festa. Nempe diem Dominicam per totũ Annum. Deinde ex Festis Domini, ejus Nativit. Circumcis. Epiphaniæ, Resurrectionis cum duobus sequentibus diebus Ascensionis, Pentecostes cum duobus sequentibus diebus. SS. Trinitatis, & Corporis Christi. Ex Festis S. Crucis, ejus Inventionis. Ex Festis B. V. Mariæ, Nativit. Annuntiat. Purif. & Assumpt. Ex Festis Angelorum. Dedicationis S. Michaëlis. Ex Festis S. Joann. Baptistæ. Nativitatis. Ex Festis Apostolorum, Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, alterius Jacobi & Philippi, Bartholomæi, Matthęi Simonis & Judæ, & Matthiæ. Ex Festis SS. Martyrum, SS. Innocentium, Stephani, & Laurentii. Ex Festis SS. Confessorũ S. Josephi Sponsi B. V. M. & Sylvestri Papæ. Ex Festis SS. Fæminarum S. Annæ Matris B. V. Mariæ. Ac demum Festum Omnium Sanctorum. Prętер hæc permittitur cuilibet Regno vel Provinciæ, sibi deligere aliquẽ Patronum, cujus Festum obligabit similiter sub Præcepto, civitatibus verò Pagis, & Opidis, in quibus ex consuetudine solitus est aliquis Patronus venerari, permittitur in ejus Religione continuare. Et extra hæc, quæcunque alia Festa, & quomodocunque in antea introducta, tolluntur & cessant obligare per eandem Bullam.

6 Sed & quantùm ad illa eadem Festa & alia, apposita in Calendario (licèt sine Præcepto) S. Congreg. die 29. Nov. An. 1620. declaravit, ea quæ sunt certæ diei affixa in eodẽ Calendario, non posse alteri diei attribui ab ullo Prælato seu sæculari, seu regulari. Item die 7. Apr. An. 1628. Eadem S. Congreg. declaravit, non posse addi in Calendario (etiam proprio) nomen ullius beati, nisi eorum qui sunt in Calend. Breviarii Romani. Item eodem Anno die 28. Octobr. declaravit eadem S. Congreg. illicitum, elevare Festa Calendarii, hoc est v. g. facere ut semiduplex celebretur sub ritu duplicis, Barbos. in *collect. Bull. v. Episcopus 13. v. festum & v. officium div. 1.*

CAPUT X.

Circa habitum.

SUMMARIUM.

1 *Osculantes habitum alicujus Religiosi, accipiunt indulgentiam.*
2 *Item morientes, & sepulti in habitu alicujus Religionis.*
3 *Hæretici improbant habitum in Religiosis.*
4 *Quẽ tamen Deus per miracula nõ raro probat.*
5 *Romani dabant certum genus vestimenti quem in civem recipiebant.*
6 *Religiosus debet semper portare habitum.*
7 *Totum 8. Et apparenter.*
9 *Excusatur in quibusdam casibus.*
10 *Non tamen si mutat, ob causam turpẽ, aut ridiculam.*
11 *Laici deridentes habitũ Religiosũ, debent puniri.*
12 *Item & qui illo utuntur in scenis aut ludis.*
13 *Color niger proprius habitus Monachorum.*
14 *Et æstimationem accepit à Benedictinis.*

JOann. XXIII. concessit V. Annos indulgent. & totidẽ quadragen. de injunctis pœnitentiis, omnibus qui osculati fuerint habitum alicujus Dominicani. Castr. *v. indulg. quoad sæcul. 6.*

Urb. V. Clem. & Nicol. IV. concessere remissionẽ tertiæ partis peccatorum, his qui moriuntur, & sepeliuntur in habitu minorũ Leo X. indulg. plen. qui & declaravit, sufficere si infirmus teneat super se dictũ habitũ, quando moritur, Roder. t. 1. *Bull. in orac. dicti Leon.* Et sunt hęc privilegia virtute communicationis, omnibus Ordinibus cõmunia. Ubi nota primò, quod sicut hæretici toto semper anni su infestarunt Ordines religiosos ita & non parũ ex eis improbant habitũ: sed sanè ex nõ minori nequitia, quã imperitia. Nam si etiam in

in statu civili, videmus personas certæ conditionis distingui habitu ab aliis, cur non & Religiosi distinguentur? Etiã Romani, quando aliquem in Civem recipiebant, donabant eum Penulâ (quæ est vestimenti quoddam genus) ut notat Gloss. 4 *cap. sinod. utorium d. 10.* Quid igitur mirũ, si hoc qui venit ad cõversionem, etiam Penulâ (hoc est habitu Religionis) donemur? Et hoc institutum nõ raro probavit 5 Deus, patratis per habitum religiosum illustribus miraculis, quorum aliqua videri possunt *in Chron. Cassin lib. 3. c. 39.* Petr. Diac. *lib. de mirac. S. Bened.* Yepez. *cent. 1. ad an. 541.* Et *Chron. singulor. ordin.* Sed remitto me pro hoc puncto ad eos, qui tractant controversias ex professo.

6 Nota secundò, quòd Religiosus debet semper portare habitum, & sic ut nunquã sit sine illo. *cap. sanctimonialis. d. 23. & c. nuderes 27. qu. 1.* Imò neq; in lecto. *cap. vidua. 20. q. 1.* Neq; tempore infirmitatis, ut vult Gloss. *cap. cit. sanctimonialis.* Verùm ego arbitror, illos Canones intendere tantũ docere, quid sit perfectionis, non autem quid obligationis. Unde (secluſis privatis cujusq; Ord. constitutionibus, ut Camaldul. Benedictinorum Reformat. Capuccinorum, & ejusmodi) communiter excusatur Religiosus, stans sine suo habitu intra privatos lares. v.g. in musæo, horto &c. *cap. sine ornatu. 21. q 4.* Bened. Capra. *clem. quoniam. de vit. & hon. cler.* Angel. *v. excom. 7. casu. 27* Sylv. *eod. v 9. n. 54.* Archidiac. Joan. Andr. Paul. Guilel. Paduan. & Alii. Ad quod facit, quòd in Jure nihil invenitur præcisè statutum contra Religiosum, qui habitum exuit, sed jura, quæ de hac materia tractant, loquuntur de illo, qui sic exuit, ut illud muret, & in locum illius profanum assumat, quod hic non contingit.

7 Debet inquam, Religiosus semper portare suum habitum, totum & integrum, secundùm nonnullos. Unde Graphius *1. par. decis. l. 3. c. 5.* putat, in conscientia nõ tutum Monachum, qui Scapulare portat sine Caputio, quia (inquit) est de illius essentia. Verùm praxis communis ostendit, Graphium fuisse hac in parte paulò scrupulosiorem; quia cum solo Scapulari sufficienter agnoscitur Monachus, & sic habetur finis legis; & ita tenet Suar. *to. 5. in 3. p. d. 23. sect. 4.* Et post ipsum Hæphten. *lib 5. tr. 8. disquis 2.* Debet item Religiosus 8 portare suum habitum apparenter, quia habitus est signum Status religiosi, non signat autem, neq; demonstrat, si non apparet. *cap. si qua. d. 2. de consec.* Unde colligas, non excusari eum, qui portat quidẽ, sed occultè, aut cum tali fuco, ut non agnoscatur v.g. si utitur Scapulari pro zona, vel Baltheo. Asor. *lib. 12. inst. cap. 17. qu. 13.* Glossa. Capra. Zensel. Butr. & Laudun. *in clem. quoniam. de vit. & hon. cler.*

Quòd si aliquis temerè dimittit habi- 9 tum, est ipso facto excommunicatus per *cap. ut periculosa. ne cler. vel mon.* Lapus tamen *alleg.* Angel. *v. religio. nu. 36.* Panorm. Gemin. Joan. Andr. Rosel. & Alii excusant eum, qui indueret habitum alterius Religionis, quàm suæ: quia tunc non desinit cognosci, ut Religiosus, quamvis non qualis est. Verùm posset ex alio capite agi contra ipsum. Tum quia facit injuriam Religioni, qui portat ejus habitum, si non est de illa, ut docet Zensel. *in extravag. Ioan. 22. sacrosancta.* Et Repert. Inquisitor. *v. habitus.* Tum quia diversis constitutionibus Summorum Pontificũ cavetur, ne una Religio assumat habitum alterius, aut ita cõsimilem, ut fratres hujus, putentur esse illius, ut refert Portel. *v. habitus* & Roderic. *to. 2. q. 76. ar. 1.* Quod autem in communi pro Ordinibus, hoc in particulari pro privatis Religiosis de-

debemus intelligere esse statutum.

10 Addit Escob. *in Theol. 24. Jesuitar. pag. mihi 704.* (allegato ad hoc Diana) excusari item eum, qui mutat suum habitum Regular. ex causa pudenda v. g. ut incognitus eat ad lupanar quia (inquit) posito quòd sit ad hoc determinatus, melius est, ut habitum mutet ne infametur Religio. Sed ego puto, hanc opinonem adhuc non innotuisse Romæ, & non evasuram aliquando censuram, quam meretur, cùm sit hic ipse casus canonis, & omnes circumstantiæ ad ejus pœnam patentissimè in eo reperiantur, nempe temeritas, publicitas, profani assumptio, *&c.* Neque excusatur quis ex eo quòd non cognoscatur, vel Religio inde non infametur. Quia non desinit facere, tum cõtra voluntatem canonis (quæ est ut habitum portet, & non mutet temerè) tum contra ejus finem qui est (non præcisè ut impediatur infamatio Religionis) sed ut ipse avertatur ab his quæ sunt contraria suæ professioni, ut quem Dei timor non movet, ipse saltem pudor humanus, ab ejusmodi nefandis deterreat.

Et idem ego dico, & incidere in pœnam canonis eum, qui habitum mutat ex qualibet alia causa irrationabili, v. g. ut incognitus videat, vel agat choream, comediam, mascaredam, & alia ejusmodi, aut mala, aut vana, & à Statu religioso aliena; semper enim verum est, in talibus eum agere contra voluntatem, & finem canonis, ita Cajet. Armill. & Medic. *v. Larvarum usus.* Angel. & Sylv. *v. ludus.* Et Vivald. *in supplem. cand. cap. 14. num. 50.*

11 Laicus verò qui deriserit Religiosos in suis vestibus, jubetur puniri per Epitimium. *cap. omnis. 21. quæst. 4.* Et qui illis ignominiosè usus fuerit in scenis, & lu-
12 dis profanis, exilio mulctari, & aliis pœnis, de quib. in *cap. fin. auth. de sanctiß Episc.*

Porrò in hac materia, de habitu religioso. Quòd color ejus niger sit proprius Monachorum: & jam ab antiquo ab illis usurpatus, discimus ex *cap. quod Deo. 33. qu. 5.* (quod est desumptum ex epistola August. ad Editiam.) Nempe in signum pœnitentiæ, & luctus, cui se illi addicunt. *cap. monachus. 16. qu. 1.* De quo placet hîc pro coronide capitis, subjicere dignam memoria observationem, quam facit Baron. *to. 4. An. ad an. 393.* Scilic. quòd cùm juxta antiquum illud Monachorum institutum, S. Benedictus hunc eundem colorem nigrum suis tradidisset, & Ordine ejus jam per universum Orbem diffuso. Monachi illius prosim assumerentur ad Sedes Episcopales ob singularem primorum illorum temporum Sanctimoniam: successivè tandem evenit, ut longâ annorum serie, Benedictini Episcopi, numero, longè superarent alios. Et quia illi juxta sacrorum Canonum præscriptum, retinebant colorem nigrum sui Ordinis, Alii qui in Synodis, & quibusvis consessibus nõ modò paucjores se semper videbant sed etiam in coloris vestium diversitate notari, assumpsere pro conformitate eundem colorem nigrum: ac deinde religiosa quadam æmulatione cœpêre eodem uti viri laici graviores, præcipui Jurisconsulti, & qui Juridicundo præsunt: ac tandem indifferenter omnes majorem morum compositionem pretentur, eodem nunc utuntur. Sicque color niger qui (velut mœroris & luctus signum) horrori & despectui antea apud hominibus, accepit per Ordinem Sancti Benedicti & ejus Monachos, æstimationem, & per eosdem invenit sibi locum tribunalibus, & Sedibus Pontificiis.

CAP.

CAPUT XI.

Circa hereditates, & successiones.

SUMMARIUM.

1 *Monachi possunt succedere suis agnatis, ac si non forent Monachi.*
2 *Et hoc in quibusvis bonis 5. & seq.*
3 *Hæc tamen eis competit natura, jure, & privilegio. 4. & 14.*
4 *Hic idem ius competit quibusdam aliis Regularibus.*
9 *Et quibusdam negatur.*
10 *Jus succedendi fuit limitatum Regul. in quibusdam locis.*
11 *In aliis penitus ablatum. Eorum consensu potius quàm legibus. 19.*
12 *Leges excludentes Regulares à successione, iniustæ. Correctæ ab Eugenio IV. 15.*
13 *Consanguinei Regularium, vendicantes sibi eorum successiones, non sunt tuti in conscientia.*
16 *Regulares possunt uti contra eos occulta compensatione aut fiscum Regis 17.*
20 *Probabilis tamen contraria opinio.*
18 *Principi incumbit conservare bona avita in familiis.*
21 *Leges excludentes Regulares à successione, non comprehendunt Regularem factum Episcopum.*
22 *Regularis Episcopus, acquirit dominium suorum proventuum.*
25 *Possit recuperare bona patrimonialia, & renovare renuntiationem eorum, si quam fecit.*

1 Innocent. II. fecit potestatem Abbati & Monachis sacri Monasterii SS. Trinitatis Cavæ Congreg. Cassin. succedendi suis agnatis in omnibus bonis, perinde ac si in sæculo mansissent, exceptis feudalibus. B. quæ incipit: *Meritis vestræ devotionis.*

2 Eugenius IV. ipsis universæ Congreg. Cassin. Monachis, eandem licentiam dedit absque ulla bonorum exceptione, & non obstantibus quibuscunque statutis, cujuscunque personæ Ecclesiasticæ, vel sæcularis communitatis, vel collegii cujuscunque gradus, vel Ordinis, B. *etsi ex debito.* & B. *Regularem vitam.* Et Barbos. *in collect. bull. v. monachi. 3.* Et idem Cisterciensibus concessit Innocent. IV. B. *Ad hoc.* sub dat. Cal. Aug. ann. 1459. Idem item Conventum Franciscanis Conventualibus à Sixto IV. refert Roder. *to. 1. bull. 2. ejusd. Sixti*, & Dominicanis à Clem. IV. Casarub. *v. hæreditas num. 1.*

Nota autem primò, Summos Pontifices 3
his suis constitutionibus, non tam privilegia concessisse, quàm jus ipsum declarasse. Nam secluso omni privilegio Regulares habentes bona in cõmuni, sunt capaces succedẽdi suis agnatis, perinde, ac si in sæculo mansissent; quia ius succedendi fundatur in suitate, & sanguine, qui per professionem nec amittitur ut nec ei in illa renunciatur. Quin etiam ex abun- 4
danti leges civiles, super hoc providentes, ita statuunt, ac decernunt, ut Religiosi succedant suis agnatis, uti videre est in Novel. *non liceat.* quæ est canonizata *in q. 3. causæ 19.* Et *in l. Deo nobis. Codice de ep. & cler. § hoc etiam.* Ubi Gloss. Bald. Butr. Barbos. & alii Legistæ communiter, ita tenent. Et in *auth. si qua mulier eod. de sacros. eccl. & auth. nisi rogati eod. ad trebel* Ancar. *capit canonum de const* Guil. Bened. *cap. Raynutius de testa. v. duas habens nu. 147.* Et alii Canonistæ *in cap in præsentia. de prob.* Quos sequuntur Mattheſil. *not. 148.* Navar. *com. 2. de regul.* Roder. *to. 2. qq. reg. 78.* Sanch. *in op. mor lib. 8. cap. 12. & 25.* Lud. Molin. *to. 1. de iust tract. 2 d. 140.* Layman. *in Theol. moral. lib. 3 tract. 5. cap. 5.* & Plures alii.

Et non solùm simplici hæreditati pos- 5
sunt Regulares succedere, sed etiam quibusvis bonis specialibus, ut *Primogenitis,* 6

ex

ex bonis paternis institutis, secundùm Barbos. *auth. ingressi. de Sacros. Eccl.* Roder. *qu. 78. cit. art. 12.* Sanch. *lib. 7. in decal. to. 2.*

7 *cap. 15.* & alios apud ipsos. *Majoratibus.* ut docet Navarr. *cap. non dicatis. 12. quæst. 1.* Caldar. *de nominat. empht. qu. 6.* Barbos. &

8 Molin. *supra cit.* Ac. *Emphiteusi & feudis*, quæ non habent servitium annexum, aut quod potest præstari per regularem, aut substitutam personam, ut volunt Abb. & Paris. *in cap. cit. in præsentia.* Navarr. *cap. cit. non dicatis.* Barbos. *auth. cit. ingressi.* Roder. *to. 1. qq. reg. 38. art. 2. & 3.* Molin. Caldar. & Alii.

9 Nota secundò, quòd Regulares non habentes bona in communi, ut Franciscani de Observantia, & Capuccini, nō possunt uti supra dictis privilegiis & juribus succedendi, non tantùm quamdiu sunt & manent in suo Ordine, sed nec etiam, dum contingit eos transire ad Conventuales, vel alios Ordines nō Mendicantes, quia ut notat Tusch. *v. translatio concl. 367.* semper in eis remanent reliquiæ prioris Professionis. Et ita Sixtus IV. & Alex. VI. expressè declarasse testantur. Roder. *tom. 1. Bull. 2. & 3. ejusd. Sixti.* & Casarub. *v. hæreditas. num. 5.*

10 Nota tertiò, quòd quantùm ad alios Regulares: privilegia, & leges illæ dantes eis facultatem succedendi suis agnatis, modificantur in quibusdam Provinciis per municipales, ut in Comitatu Burgund. Nam permittuntur ibi Regulares succedere in mobilibus, quantùm verò ad immobilia, iis frui durante sua vita naturali, sic ut post mortem ad alios consanguineos transeant. Ut videre est *lib. 6. ordinat. tit. 24.* In quibusdam autem penitus rejiciuntur, ut in Gallia, ubi jus omne succedendi negatur quibusvis Regularibus, ut testantur Mansuer. *in rubric. de succes. §. item de consuetudine*, Rebuff. *in proem. const. reg. in gloss. num. 21. & 24.* Cassan. *in consuet. burg. rubric. 3. §. 5. v. exceptez. religieux.* Et Cuil. Bened. *in repet. cap. Raynutius de testam. v. & uxorem. decis. 1. num. 22. & seq.* Ad quod videntur facere, quæ dixi ubi de acquisit. privil. per viam relationis, quia sicut Ecclesia prohibet alienare, sic videtur posse principem temporalem illam prohibere acquirere.

Sed hanc comparationem convellunt fallentiæ *ibi* additæ. Et non pauci Doctores expressè illam non admittunt, quin potiùs affirmant injustum esse & ipso iure nullas leges illas, quæ excludunt Regulares, à succedendo suis agnatis, cùm sint latæ contra personas Ecclesiasticas, Religionem, & bonos mores, ita Niconit. *in rubr. de testa. n. 43.* Baret. *cap. in præsentia. de probat. num 91.* Abb. *cap. quod clericis. de for. compet.* Et *cap. Ecclesia sanctæ. de const.* Felin. *eod.* Crot. *cap. animarum. eod. in 6. §. statuto.* Jason. *in quæstione. C. de pact.* Barbos. *al. Deo nobis de ep. & cler.* Imol. *l. stipulatio. ff. de verb. oblig.* Alex. *eod. & lib. 2. cons. 139.* Matthes. *notab 148.* Layman. *in Theol. moral. lib. tr. 5. cap. 5.* Navarr. *com. 2. de regul.* Sanch. *in opere mor. lib. 7. cap. 12. & 25.* Et alii apud ipsos. Unde Angel. *v. religiosus.* affirmat consanguineos Regularium remotiores non posse retinere eorum successiones, nec se tueri in conscientia, sine authoritate talium legum (cùm sint non justæ) seu præscriptione, cùm ea locum non habeat in rebus invasis & furtivis facit.

Primò, quia jus succedendi fundatum in suitate quæ per Religionis statum non tollitur, ut agnoscit Benedict. *supra cit. v. duas habens filias. num. 143.* & communiter omnes docent, sicut autem non possunt leges impedire suitatem, sic neque id quod naturaliter ex illa sequitur, quæ est successio, facit.

Secun-

17 Secundò quia Eugen. IV. sua utraque constitutione pro Cassinens. dat eis facultatem succedendi suis, *non obstantibus quibuscunq; statutis contrariis cujusvis personæ, Ecclesiastica, vel sæcularis, cuiuscunque ordinis vel conditionis.* Et sic videtur Pontifex correxisse, & abrogasse (saltem pro dictis Cassinensibus) leges quascunque, eos excludentes à successione suorum. Hoc verò posse Papam, probari potest inductione diversarum legum, in diversis aliis materiis, tam Imperatorum, quàm aliorum Principum, quas scimus fuisse à Romanis Pontificibus irritatas. Unde in 18 contingentia casus, posset esse locus compensationi occultæ, seu contra consanguineos remotiores occupantes successionem, debitam alicui Regulari, seu contra fiscum Principis aut Magistratus temporalis, qui suis legibus illum repellat ab ea adeunda.

19 Et ita quidem est, stando in puncto juris, sed si ad æquitatem naturalem attendamus leges prædictæ tolerandæ videbuntur. Nam curæ Principis incumbit, conservatio familiarum, & bonorum avitorum in ipsis, nunc autem cùm ex una parte varii Ordines regulares in Ecclesia surrexerint, Monasteriorúmque & Regularium numerus, in infinitum proc creverit, ex altera verò, non liceat illis bona semel acquisita alienare, certè evidens est, non paucas familias fore depauperandas, tuituras & extinguendas, si ad successiones agnatorum admitterentur Regulares, exclusis aliis consanguineis, atque ideo potuere Principes temporales suis legibus providere, & remedium adhibere, facit cùm maximè, quod urbane notat Guilel. Bened. *v. cit. & uxorem, num. 225. & seq.* potiùs ex consuetudine, quàm legibus excluduntur Regulares à successione suorum. In initio enim, cùm Ordines fundabantur: Religiosi qui religiosi soli perfectioni studebant, sic parentes & mundum relinquebant, ut ejusmodi successiones non peterent, & volũntarjè ab his petendis abstinebant: unde paulatim consuetudo introducta est, eos ab his excludendi, aut potiùs eos deferendi ad alios consanguineos, manentes in sæculo, & sic non debent malè habere, si nunc per leges modernas cogantur stare consuetudini antiquæ, & suo 20 consensu, suáque voluntate contra ipsos præscriptæ. Utraque opinio sua probabilitate non caret.

Verùm quoad Regularem ad Episco- 21 patum assumptum, minor est difficultas in hoc negotio. Nam quamvis admittantur leges excludentes Regulares à successione suorum, illæ tamen tanquam odiosæ debent restringi, & intelligi de Regularibus simplicibus, non de Regularibus Episcopis, facit, quia illi nõ sunt ampliùs Regulares, utpote à jugo regulari absoluti, & à sua Religione assumpti. *cap. statutum. 18. qu. 1.* Unde Auson. *in sum.* 22 *v. Cardinales. nu 54.* ait Monachum factum Episcopum, acquirere dominium proventuum suæ Ecclesiæ eo modo ac alii qui nunquam fuere Monachi, quidquid in contrarium dicat Suar. *to. 4. de Rel. lib.* 23 *3. cap. 19.* Addit idem Auson. in *v. Episcopus religiosus.* (allegato ad hoc Leone) Regularem factum Episcopum, recuperare bona patrimonialia, & posse revocare renuntiationem illorum, aut legitimæ, quam existens in Monasterio fecerat. Super quo anno 1631. die 11. Januar. emanavit declaratio à S. Cardin. Congregatione, cujus inter alios meminit Barbos. *in collect. bull. v. Regulares & v. Religio.* Quòd si hoc ei permittitur, à fortiori certè adire hereditatem relictam sibi ab intestato.

CAPUT XII.

Circa Horas.

SUMMARIUM.

1 Regulares possunt disponere ea quæ spectant ad officium divinum celebrandum.
2 Et disposita iterum mutare.
4 Huic privilegio non obstat decretum S. Congreg.
5 Monachi non possunt obligari ad alias preces quàm in Regula exprimitur & 6.
7 Probabile ideo nõ obligare omnes addititias & 14.
8 Contrarium tamen tenendum.
6 Mater regula debet in omni dispositione esse intacta.
9 Hoc quomodo intelligendum.
10 Cum tempore aliquid potest fieri de substantia officii, quod priùs non fuit.
12 Omnia quæ officium componunt æqualiter obligant.
13 In æstimando peccato in omissione officii, habenda est ratio, non ad qualitatem partis omissæ, sed ad quantitatem.
15 Monachi extra Monasterium possunt uti quovis Breviario.
16 An de præsenti licitum & 25.
17 Monachi debent uti Breviario approbato 19. & 22.
21 Et si aliud habent possunt pro isto relinquere.
18 Breviario monastico eadem indulgentiæ concessæ, quæ Romano.
13 Monachus qui non utitur Breviario Monastico, violat. 13. Capita suæ Regulæ.
24 Qui non habet Breviarium proprium, liber est ab Horis, & non tenetur ex alieno recitare.
25 Lectiones Matutini an licitum breviare & 26. & quo iure ibid.
26 Antiphonas omittere licitum secundùm Caram.
27 Illicitum secundùm authorem.
28 Regulares possunt mutare officium dicendo unum pro alio.
34 Etiam in Choro communi. Et hoc pro arbitrio Abbatis secundùm Caram. Falsum tamen 35. 37.
30 De iure communi & secluso privilegio [illegible] eadem officii mutatio secundùm aliquos, [illegible] lita secundùm alios. Quid agendum ei, [illegible] hanc opinionem sequitur, & mutavit 31.
32 Illicitum relinquere Officium diei, proviso tario.
36 Papa non potest tollere Monachis facultatem concessam per Regulam.
37 Regulares occupati, satisfaciunt obligationi rarum, dicendo certum psalmorum num rum. De iure, & sine privilegio licitum.
38 An studentibus Philosophiæ.
39 Regulares professi ad Chorum, sed sacris initiati, non sunt obligati ad Horas. Et etiam sine privilegio 40. & 41.
42 Regularis occupatus, potest accipere à sacerdote sessario, aut à se ipso dispensationem Breviarii, si negat Prælatus.
44 Infirmi fratres satisfaciunt obligationi Horum, si audiunt, dum ab aliis recitantur, dicendo Psalmos sibi à Prælato, vel Confessario taxatos. Et qui dubitat an infirmitas sit sufficiens, debet stare iudicio Prælati. Idic de convalescentibus. 43. 45. 46.
47 Regularis qui omisit aliquid in officio, non tenetur repetere, sed satisfacit dicendo Psalmum, vel Orationem Dominicam, vel gel. & 48.
49 Regularis, qui integrè aliqua non protulit, qui recitavit Horas cum distractione, non tenetur repetere.
49 Regularis potest Horas recitare sedendo, ambulando.
50 Regularis qui Choro interfuit, non tenetur petere malè prolata, vel audita ab aliis.
51 Regularis potest solùm mentaliter dicere quæ sub secreto decuntur in Choro. Et privatum totum ipsum Officium. An hoc licitum sit privilegio 52. 63.

CLemens VII. & Paulus III. Camerdulensibus. Martinus V. Eugen. IV. Alex. VI. & Leo X. Cassinensibus con-

cel-

cellit, ut Patres possint in Capitulo ordinare, ac declarare omnia, quæ spectant ad officium divinum celebrandum, per universam suam Congregationem. Et sic ordinata, costituta, vel declarata, iterum mutare, vel alterare, in toto, vel in parte, prout successivè rerum vel temporum qualitas exegerit. Bullar. Cassin. *conf. 49. 50. 53. 54. 110. & 129.* Const. Camald. Bull. quæ incipit: *Rationi congruit.*

2 Item Leo X. concessit Minoribus, ut Capitulũ generale possit declarare omnia dubia circa officium divinum. Ordinare, addere, & imminuere, & immutare, tam in Regulis, quàm in Calendario, quidquid è re visum fuerit. Et ut in Capitulo provinciali constituantur duo, vel tres fratres, qui pro provincia idem faciant. Casar. v. *officium divin.* & Cass. *tract. 4. cap. 4. prop 5.* ubi ait: Non obstare Bullam Pii V. præfixam Breviario.

3 Nota tamen, aliquos tenere prædicta privilegia esse abrogata, in consequentiam decreti S. Cardin. Congreg. quo anno 1628. die 28. Octobris † sancitum fuit, nullum officium novum posse inferi Breviario, nisi approbatum, ac eos non satisfacere suo officio, & obligationi, qui talia recitant. Ita (licèt dubitando) Nostinot. *in sum. v. Prælatus regul. num. 22.* Attamen ego contrarium teneo, tum, quia prædictum decretum non habet vim legis, tum quia ad hoc, ut quis dicatur suo officio, & obligationi suæ satisfacere, ac recitare Officium approbatum, non est opus ut recitet approbatum à S. Congregatione præcisè, sed sufficit ut recitet approbatum ab alio, seu aliis, habentibus eandem potestatem, quàm ipsa à Papa, quod cõpetit Capitulis Regularium, per prædicta privilegia, quæ non cõptobantur ab ullo Pontifice revocata.

† Concil. Millevit. sub Innocent I. can. 12.

Martin. V. ad instantiam Joannis Regis Castellæ & Legionis, cõcessit Monachis Congreg. Vallisol. per Bull. quæ incipit: *Religionis.* Ac deinde Eugen. IV per oraculum ut non possint obligari ad Horas, Preces, Suffragia, Devotiones, aut Cæremonias alias extra has præcisè, quæ sunt in Regula S. Benedicti, non obstantibus ullis constitutionibus Apostolicis, vel consuetudinibus Ordinis, vel ullius Monaster. Bullar. Vallisol. *privil. 31. & 48.*

Nota autem, quòd cùm omnes dispo- 6
sitiones Pontificiæ, seu Sacr. Congregationis Regularibus editæ, sic semper debeant intelligi, ut matrem Regulam Ordinis, intactam relinquant, nisi expressè ei derogetur, ideo attento, quòd Regulares tenentur persolvere officium divinũ, secundùm quod eis præfinitur in sua Regula, nec etiam ad alias preces, aut suffragia possunt obligari, sed satisfaciunt suo debito, si suas Horas recitant prout in sua Regula determinantur. ita Caram. *in suis comment. in Regul. S. Benedicti.* Unde in consequentiam ait *num. 1458* Monachum Benedictinum non peccare, qui non recitat Pater, Ave, & Credo in initio, & fine Horarum, quia de his non meminit Sanct. Benedict. in sua Regula. Item nec eum, qui in Laudibus aut Vesperis omittit Commemorationes, ob eandem rationem *ibid.* Item nec eum, qui in Prima relinquit pretiosa, tum ob eandem rationem, tum quia non est officium Chori, sed Capituli, *ibid. num. 1365.* Item nec eum qui in Officio semiduplici vel simplici omittit Preces ad Primam, vel ad Completorium dici solitas. *ibidem.* Ac demum nec eum, qui in fine Horarum relinquit Antiphonam Beat. Virginis Mariæ, *ibidem.* Vult enim Caram. ea sola esse de substantia officii, & consequenter obligare, quæ specificantur in Regula.

8 Verùm nonnihil difficultatis ego patior in recipienda hac doctrina; quamvis enim fundamenta Caram. sint vera, nempe Regulam Ordinis semper manere intactam, & ad sensum illius exponendas esse quascunque alias dispositiones. Et ea tantùm in officio divino obligare (saltem sub mortali) quæ sunt de ejus substantia, non puto tamen ex his posse rationabiliter inferri conclusiones caramuelisticas.

9 Nam primum fundamentum, quod Regula debeat semper manere intacta, & nihil in ea mutare liceat, intelligitur de illa mutatione per quam decoloraretur Ordo. Et substantia Religionis vel alicujus observantiæ in Regula præceptæ, mutaretur, aliàs autem si aliquid additur in augmentum, ad majorem decentiam, ad cautelam, ad se conformandū universali Ecclesiæ, ad satisfaciendum desiderio Sūmi Pont. &c. quod neque supra, neque infra ipsam Regulam sit, sed secundùm, sine dubio obligabit, & non dicetur Regula per hoc violari. Et ita patet ex praxi omnium Ordinū, in quibus identidem fiunt variæ constitutiones variaque Statuta, ad quę Religiosi obligantur, quod tamen non posset esse, si fundamentum Caramuelis sub eo rigore reciperetur, sub quo illud proponit. Igitur, quia hæc quæ Caramuel expungit ab obligatione officii, non sunt supra, nec infra Regulam Sancti Benedicti, sed secundùm ipsam, ad majorem decentiam officii addita, ut Ecclesiæ Romanæ, omnium matri conformemur, & ex voluntate Sanctissimi, sine dubio obligabunt perinde ac alia.

10 Quantùm verò ad aliud fundamentum de substantia officii divini, sicut potest ei aliquid addi, aut detrahi, pro voluntate Papæ, ita potest fieri de ejus substantia hoc quod priùs nō fuit. Et sic quia in nova editione Breviarii Monastici, hæc addita sunt, quæ Caram. expungit, ideo hæc dicentur spectare ad substantiam officii, licèt fortè antea non spectaverint. Quin etiam cùm an. 1608. die 6. Decemb. fuisset S. Congregationi propositum breviarium novum Monasticum approbandū, jussit ut ei adderetur commemoratio Apostolorum, & sub hac conditione illud approbavit. Et sic Commemorationes sanctæ sunt de corpore officii, idem autem dico de aliis, quæ rejiciuntur à Caram. Dico autem potiùs de corpore officii, quàm de substantia, quia cùm non sit aliquoddam aggregatum ex Psalmis, Antiphonis, Collectis, Capitulis, &c. videquidem ex his omnibus resultare unum compositū per accidens, quòd verò Psalmi potiùs quàm Antiphonæ, Capitula quàm Collectæ, &c. dicantur esse de substantia hujus compositi, nō video fundamentum, sed puto æqualiter omnia obligare, & tunc committi peccatum, cum aliquid ex his omittitur, sive interim Psalmi omissi, sive Collectæ, sive Commemorationes, & peccatum mensurandum esse ad quantitatem partis omissæ. Quamtamen Cōmentarius Caram. fuit approbatus à Doctoribus; poterit hæc approbatio promereri salvum conductum juxta opinionibus. Et secundùm has intergi privilegium de quo supra. Aut certe (quod ego consulo) secundùm expositionem traditam.

Eugen. IV. concessit Cassin. Innocent. IV. & VIII. Minorib. ut dum sunt extra Monasterium, possint recitare Horas quocunque Breviario alio, à proprio Ordinis Bullar. Cassin. *constitut.* [illegible] Casar. *v. itinerantes. Et v. officium.*

Nota primò circa privilegium Eugenii, quòd in initio congregationis Cassinensis seu S. Justinæ, non habebantur Breviaria impressa, neque uniformia, sed manu-

pta

rtu, & diversâ in pluribus Monasteriis, unde cùm contingebat aliquem Monachum itinerare, & devenire ad aliquod Monasterium suæ Congreg. cogebatur plerumque mutare Breviarium, ut se conformaret fratribus, ad quos diverterat, & super hoc ad tollendos scrupulos emanavit privilegium Eugenii. Nunc verò cùm habeatur Breviarium impressum, & uniforme in omnibus Monasteriis, cessare fortè debet privilegium.

17 Adverte. secundò, (*a*) quòd Sacr. Rit. Congreg. Anno 1616. die 24. Jan. censuit, ac declaravit omnes militantes sub Regula S. Benedicti posse, & debere uti Breviario Monastico de mandato Pauli V. edito, non obstante, quòd aliqui in præteritum usi sint Romano, vel alio.

18 Et idem Pontifex pro illo concessit easdem indulgentias, & gratias, quas pro Romano, & illo utentibus Pius V. antea concesserat. Ubi rursus. (*b*)

19 Adverte, quòd hoc decretum potest comparari, & referri, vel ad communitates ipsas Monasteriorum, vel ad personas particulares eorundem. Et quidem primo modo ego puto obligare, & in omnibus Monasteriis S. Benedicti recipiendum esse. Et ita ego colligo ex illa particula *debent*. Nam licèt interdum non habeat vim præcepti, sed ostendat tantùm, id quod est honestatis, hoc tamen est speciale, & frequentius necessitatem, & obligationem indicat, ut notat Gloss. *in Clem. attendentes de stat. mon.* Quod est indubitatum quando apponitur in aliqua dispositione, quæ per alia jura anteriora obligante ut hic. Nam quòd Monachi teneantur secundum Breviarium Monasticum officia sua

21 explere, evidenter statuitur *in cap. de his & placuit d.* 12. Nec obstat, quòd in prædicto decreto invenitur particula posse, quæ de se non habet vim præcepti. Nam ibi ponitur, non ad demonstrandum usum liberum prædicti Breviarii in nostris Monasteriis, sed ad denotandam facultatem relinquendi in iis Breviarium Romanum, seu quodcunque aliud favore hujus novi Monastici, cum derogatione Bullæ Pii V. qua prohibet, intermitti Breviarium Romanum in Ecclesiis in quibus semel receptum fuit. Et hanc veritatem, & obligationem tenendi Breviarii Monastici in nostro Ordine, bene intellexit bonæ memoriæ Venerab Margareta Arbouzia Abbatissa, & fundatrix Monasterii Vallis gratiæ apud Parisios (*c*) cui cùm proponeretur aliquando Breviarium Romanum pro Monastico inducendum in suum Monasterium, sapienter admodum respondit. Absit ut ego tantam plagam inferam Regulæ S. P. N. Benedicti, & simul uno actu tredecim ejus capita violem Nimirum quia S. Benedict. in tot capitibus ejusdem suæ Regulæ occupatur in disponendo officio Divino à nobis persolvendo.

Quòd si secundò referamus decretum superius ad personas particulares (idem autem dicito, de Bulla præfixa à Breviario Romano) Garcias *in tract. de benef. p. 3. cap. 1. nu. 179.* putavit, nec eas posse uti supramemorato privilegio seu Eugen. seu utriusque Innocentii, sed illud tolli & abrogari per prædictam Bullam, quia in illa jubentur omnes obligati ad horas, eas recitare ex Breviario Romano, si non habent aliud proprium approbatum, sublatis quibuslvis privilegiis in contrarium. Attamen ego in contrariam mentem eo, 23
& puto, locū esse adhuc privilegio. Illam verò revocationem, in qua se fundat Garcias, ego intelligo de privilegiis quæ per-

(*a*) Concil. Aquisgr. in add. capitul. Lud. Pii cap. 3.
(*b*) Ange. v. num. 12. Asor. tom. 1 inst. li. 10. cap. 11. Valent. d. 6. de orat. q. 2. p. 10. circa. 3.
(*c*) Ferrag. in ejus vita impressa Parisiis.

mitte-

mittebant communitatibus, mutare vel variare Breviarium, non de isto, quod respicit personas privatas, & pro aliquo casu. Nec obstat, quòd personæ privatæ teneantur se conformare suæ Ecclesiæ seu communitati in persolvendis officiis Divinis, juxta *cap. de his d. 12. & cap. institutio d. 2. de cons.* Nam hæc dispositio intelligitur rationabiliter, quòd debeant se conformare communiter, & ordinariè salvo aliquo casu concesso per privilegium, aut in quo contrarium suadet ratio, & ita tenent, & privilegium supramemoratum adhuc valere docent Rodriq. *in sum. tom. 1. cap. 141* Et Vega *1. p. cap. 128. casu 25.* Quorum opinionem probabilem putat Petr. de Ledesm. *in sum. par. 3. tract. 9. c. 4.* Quin etiam secluso omni privilegio, ex honesta causa, licitum, dicit Fum. *in arm. v. horæ can. nu. 7.* & Valent. *d. 6. de orat. quæst. 2.*

24 *par. 10. circa 3.* Quibus adde, quòd in opinione Garciæ, is qui caret proprio suæ Religionis, vel Diœcesis Breviario, liber est ab horis recitandis (etiamsi aliud ei offeratur,) quia secundùm hanc opinionem non potest satisfacere, nisi recitet ex proprio.

25 Eugen. IV. concessit Cassin. ut in recitatione horarum possint breviare lectiones, B. quæ incipit: *Sacræ Religionis. 76.* in Bullar. Margar. Verba constitutionis sic habent: *Non intendentes, propter hoc obviare, quin pro loco, pro tempore, pro aliqua subsistente causa, dictæ Congregationis personæ, lectiones breviare aut elongare, seu extra Conventum, quocunque Breviario, non omissis officii substantialibus uti valeant.*

Nota, quòd Caramuel. *in com. ad Regul. S. Benedicti* dicit secluso omni privilegio,

26 posse Abbates Ordinis (etiam in officio publico Chori) breviare lectiones jure Regulæ in *cap* 11. Unde ille *nu. 1372.* infert posse quemlibet privatim orantem breviare similiter & decurtare lectiones, jure Regulæ, ac secluso privilegio, tum quia (inquit) Regula hoc permittit pro officio publico, ergo à fortiori pro provato, tum quia eadem Regula relinquit hanc facultatem Abbati, qui autē privatim orat, est suus Abbas illo tempore, & quoad hoc. Addit Caram *ibid.* eum qui similiter privatim horas exolvit posse amandare Antiphonas ad granarium Papæ, quia (inquit) Regula permittit parvæ communitati omittere, à fortiori ergo privatim recitanti. Verùm, ut in non paucis aliis, sic & in his duobus punctis ego puto, Caramuelem non fuisse assecutum mentem S. Benedict. & ejus Regulæ. Nam quod ad lectiones attinet, & earum breviationem S. Benedict. *1. in cap. 9* ejusdem suæ Regulæ jubet, ut legat quis ex codice post modulatos sex Psalmos & ut legenti signum ad cessandum faciat Abbas, quando sibi visù fuerit. Deinde in *cap. 11.* dicit, aliqua esse breviandum ex lectionibus, quando contingit fratres tardiùs, quàm debeant surgere, sic tamen ut is per cujus culpam id accidit publicè satisfaciat. Quis autem dicat ex hoc utroque loco nasci cuique potestatem decurtandi lectiones? *Distinguuntur tempora, & cōcordabunt scripturæ*, ait Gregor. Idem autem dico de Regula S. Benedicti, distinguenda esse tempora, ad ejus mentem intelligendam. Nam ejus tempore cùm lectiones nō essent determinatæ, necesse erat, ut qui Choro præsidebat, signum legenti ad cessandum faceret, sed nunc cum habeamus mandata Summi Pontif. Breviarium ordinatum, & lectiones præfixas ac determinatas, nihil habemus ad decurtandum, hoc maximè attento, quòd jam ex se sunt ita breves & tam rationabiliter excerptæ ex libris orthodoxis, ut qui aliquid ab eis demere voluerit, vix sensum aliquem habiturus sit. Quòd verò

27 Quod

ait

ait S. Benedict. aliquid breviandum esse de lectionibus, dum contingit fratres tardius surgere, id ita disponit, quia suo tempore, laudes separabantur à nocturno officio, & debebant persolvi præcisè in aurora, & quia aliunde fiebant prolixæ lectiones ex variis codicibus, inter singulos nocturnos, ideo sapienter monuit, ut brevientur lectiones in casu de quo loquimur, ad hoc nimirum, ut nocturnum officium possit expleri ante auroram, & laudes in ipsa aurora incipi: nunc autem hæc dispositio cessat. Tum quia neq; tam scrupulosè punctum auroræ observamus ad laudes cantandas, quas immediatè matutinis conjungimus. Tum quia neq; tam prolixas lectiones facimus, sed determinatas, & in quibus non potest teri tempus aliis officiis deputatum. Sicut igitur (ut patet) vana est illa licentia, quâ Caramuel indifferenter ex Regula adstruit communitati ad breviandas lectiones in Choro, ita & ea quam infert per modum conclusionis pro eo qui privatim orat, & qui debet sibi tempus ad hoc oportunum, & sufficiens eligere, quòd si lectiones amat breviare, non jure Regulæ, sed privilegio debet se defendere, si tamen nunc locus ei esse concedatur, quia quando datū fuit, legebantur adhuc ex codice lectiones, in Congreg. Cassinensi, ut tempore sancti Benedicti, vide dicta *num. 3.* superiùs.

27 Quod verò attinet ad Antiphonas, quas omittit Caram. dicit, posse omitti ab eo qui privatim orat, & hoc authoritate Regulæ, ego non scio, in qua parte ejusdem Regulæ hoc legerit, nam in *cap. 17.* in quo solo potest ille se fundare, sic dicitur: *si major congregatio fuerit, cum Antiphona si verò minor, ultra rectum psallantur.* At quis non rideat Caramuelem hinc inferre licitum omittere Antiphonas in Matutino? Ibi loquitur S. Bened. de horis minoribus: & aliud non vult nisi ut ubi communitas est sufficiens, cum notis, ubi minor, in directum psallendo exolvantur, de matutino nihil tāgit. Ergo si aliquid ex hoc loco inferre placet in favorē eorū qui privatim suas horas exolvunt, dicemus eos non teneri cantare cum notis, sed posse in directum orare, prout S. Bened. permittit exiguis cōmunitatibus; quæ illatio erit satis superflua, & ridicula, cū nemo exigat cantum ab his qui privatim orant. Quòd autem mens S. Bened sit ea quā ego allegavi, patet; quia in horis minoribus nō dicuntur plures Antiphonæ, sed una tantùm, quæ ante Psalmos præintonatur, ad dandum tonū sub quo Psalmi sunt cantandi, ergo S. Bened. voluit ut in majori cōmunitate illæ horæ absolvantur cū Antiphonis, voluit dicere ut absolvātur cum cantu, & modulatione notarū; quando verò dixit, ut in minori communitate eædem horæ expediātur in directum, non voluit ut minùs quid diceretur, vel ut Antiphonæ omittantur, sed ut sine notis, & vocis modulatione recitētur, & hoc valde clarè innuit vox illa *in directum*, qua utitur.

Leo X. dedit Minoribus facultatem re- 28
citandi anticipatè officia prolixiora dieb⁹ quibus sunt otiosi, & reservādi breviora pro his quibus prævident se occupandos concionib⁹ vel confessionibus, & ut dum 29
recitant extra Chorū, non teneātur statas horas observare, Casar. *v. feria* & Rod. *t. 1. qq. reg. 42. a. 5. & to. 1. Bull in orac. ejusd. Leon.*

Nota primò, quòd secluso omni privi- 30
legio, non peccat saltem graviter, qui unum officium pro alio recitat, sed licitum esse ex causa, sic officia inter se mutare, secundum Cardin. Archid. & Laudun. in *Clement. 1. de cel. Miss.* Sylv. *v. horæ q. 12. nu. 15.* Zerol. *eod. v. nu. 6.* Caiet. *eod. v. nu. 3.* Armil. *nu. 7.* Less. *lib. 2. de just. c. 37. dub. 12.* Asor. *1. par. instit. lib. 10. q. 2. c. 10.* Cuch. *lib. 5. inst. major.*

jor. tit. 7. Barth. de Medina. *in sum lib. 1 cap. 14.* Veg. *in sum p. 1. cap. 128. casu 17.* Et alios quorum opinionem probabilem affirmat Valent. *d. 6. de orat. qu. 2. p 10. circa. 3* Nec se audere ei contradicere fatetur Sot. *lib. 10. de iust. qu. st. 5. art. 4.* Assentitur ex parte Rodriq. *in sum. to. 1. qu. 144.* Ubi dicit, hunc peccare mortaliter, qui frequenter officium mutat, secus si semel aut iterum. Videtur hunc sequutus Angel. *in sum. v. hora nu. 14.* Ubi dicit, hunc esse reum peccati mortalis, qui officium consuetum mutat ad libitum. Fundamentum verò hujus opinionis est, quia is satisfacit substantiæ præcepti recitandi horas, & primariæ intentioni Ecclesiæ, quæ est ut 7. horæ dicantur, quòd verò tali modo: de tali vel tali Sancto: de Sancto, vel de feria, est tantùm accidentarium, & insufficiens ad constituendum peccatum mortale.

31 Contrarium tamen tenent alii, & eum suæ obligationi non satisfacere qui nullo privilegio fretus, unum officiū dicit pro alio: quia in Bulla præfixa Breviario, jubentur obligati ad horas, eas recitare secundùm ejusdem Breviarii formam, ergo non sufficit recitare in substantia 7. horas, sed forma est servanda, quæ pro singulis diebus est determinata. Facit, quia

32 Anno 1603. die 29. Novembr. S. Congr. rituum declaravit illicitum, relinquere officium diei, seu Breviarii pro officio voluntario, vel devotionis.

Facit item, quia hæc mutatio concessa est per privilegium, ergo signum est, de jure non esse licitam. Et ita tenent Garc. *in pra. ben. p. 3. cap. 1. num. 150.* Marchin. *de sacr. Ord. tract. 2. p. 4 cap. 12 diff 4.* Barbos. *in collect. ad cap. Præsbyter de cel. Miss. Et in tr. de off. par. cap. 10. nu. 10.* Graph. *lib. 2. decis. cap. 51* Suar. *to. 2. de Rel. lib. 4. cap. 23.* Filliuc. *tract. 23. cap. 7. & 8.* Philiarc. *1 p lib. 1. cap. 6.* Molph. *tract. 5 cap. 2.* Et alii quorum opinionem admittit Petr. de Led. *in sum. p. 2. tract 9. cap. 15.* si mutatio fieret innotabiliter brevius. Armill. *v. horæ. nu. 7.* ex negligentia. Utraque opinio propter Auctores à quibus defenditur, & rationes eorum, est probabilis, sed curior tamen pars tuta.

At quid juris de illo, qui hanc opinionem sequitur, & inadvertenter aliud officium recitavit ab eo, quod est determinatum in Breviario, finitis verò horis advertit errorem? Tolet. *in sum. lib. 2. cap.* Marchin Grac. & Suar. *supra cit.* per eos cheiam illum excusant à recitando officio: monent tamen, eum debere petere ea, quæ sunt propria officii omissi, puta Orationem, Hymnum, Lectiones Responsoria, & Antiphonas.

Nota secundò circa supra relatum privilegium, quod Portel. *v. horæ nu. 7* & Armill. *eod. v. nu. 13.* dicunt, non solùm privatos Religiosos privatim posse unum officium recitare pro alio, juxta tenorem concessionis: sed etiam in communitate in Choro, posse Prælatum dispensare semel aut iterum, ad hoc ut cantetur officium ab eo, quod notatur in Calendario, & Breviario. Sed Auson. *in sum. v. Prælatus regul. 22.* (licèt dubitando) ait perversas Cardinalium declarationes, potestatem esse sublatam Prælatis regularibus.

Verùm Caramuel aliquid plùs notat in nostro Ordine S. Bened. concedit suis commentis *n. 1229.* Ait enim *ibi* quemlibet Abbatē in suo Monasterio tare officium determinatum in Breviario quia (inquit) illa determinatio cum nibus Rubricis Breviarii, facta est ab Abbatibus Ordinis, aut ab alio, de illius voluntate, per quod non abdicaverunt se potestatem illam mutandi officium jure Regulæ illis conceditur in *c. 18. ibid.*

Ibid. se in praxi vidisse alicubi ita factum circa Lectiones Matutini. Addit *ibidem* nec Papam posse hanc potestatem tollere 34 nostris Abbatibus, quia (inquit) fundatur in Regula, secundùm quam professi sumus, nos velle vivere, & cujus jus fixum stabileque ac invariabile manet, & manere debet. Unde si Papa prohiberet nobis, aliquid mutare in ordine Breviarii & dispositione officiorum divinorũ, hæc prohibitio non respiceret, nos jam professos, sed in futurum professuros. Ita Caram. cujus doctrinam expendens Hieffren. *in suis disquisit. monast.* non minùs lepidè quàm acutè objicit, se mirari Caramuelem tam scrupulosè inhærere textui Regulæ S. Bened. ut dicat nec Papam posse tollere Benedictinis potestatem mutandi officii divini, quia hoc eis conceditur in Regula: & tamen potuisse eis carnes concedere, licèt eis prohibeantur in eadem Regula.

Verùm enimverò audiamus, quid dicat S. Bened. in sua Regula, & quomodo 35 mentem ejus assecutus Caram. *cap. 18. Hoc præsuè commonentes, ut si hæc distributio Psalmorum displicuerit, ordinet, si meliùs iudicaverit, &c.* S. Legislator distribuit in singulis horas psalmos competentes. Et quia spirituum omniũ Justorum plenus, prævidebat, futuros in suo Ordine Prælatos diversorum charismatum & geniorum, permittit, ut psalmi pro officiis distribuantur aliter, quàm ipse distribuerit duos (quàm ipse) at quia in editione Breviarii hæc distributio, & tota ipsius Breviarii ordinatio facta est authoritate Apostolica, & decretum eadem authoritate nobis impositum, de persolvendis officiis sub hac forma, quis dicat S. Bened. desisse nobis licentiam alterandi ordinata, & disposita à Sede Apostolica, vel saltem ejus authoritate. Deinde etiam si concederemus, adhuc licere alterare Breviarium, hoc intelligi debet pro semel, hoc nimirum modo, ut cui dispositio illius non placet, *aliter ordinet*, (inquit) S. Legislator, ordinare autem est aliquid certum & fixum statuere, vnde ordinatio & ordinationes appellantur leges firmæ & fixæ. Quòd verò pro arbitrio nũc uno modo, nunc altero liceat officia disponere, ut vult Caram. & hinc nõ cõvincitur, aliàs ridiculum esset, & ridicula facultas. Tertiò Caramuel prætendit ex hoc loco, & aliis ejusdem Regulæ, non solùm licitum esse mutare & variare Breviarium, & Officium divinum: sed etiam decurtare. At evidenter contrarium apparet ex ipsis verbis S. Bened. in prædicto cap. 18. ubi sic subdit: *Dum omnimodis id attendatur, ut omni hebdomadæ Psalterium ex integro numero 150. Psalmorum, psallatur, & Dominico die semper a capite repetatur, &c.* Ergo licentia, quam hîc dare S. Benedictus prætenditur (si quæ talis est) intelligi debet, non ad diminuendum Officium, sed ad augendum. Et ita videmus, antiquos Fundatores Congregationum, quæ militant sub Regula S. Benedicti pro suo fervore fecisse, & prolixissima Officia instituisse, neminem minùs suis præscripsisse, quàm in Regula præscribatur. Et sic nihil hîc evincit Caramuel.

Clemens VII. concessit Theatin. occupatis Confessionibus, studiis Theologiæ vel Canonum aut servitio infirmorum, ut pro Officio & omnibus Horis, satisfaciant recitando certum Psalmorum numerum, à Superiore illis præfigendum, non minùs septem vel sex, aut Orationem Dominicam sepies, cum Symbolo Apostolorum bis. Roder. *to. 1. quæst. 42. art. 5.* Portel. *v. Horæ can. nu. 18.* Capuccin. *in annot. ad Cæsar. v. feriæ.* & Compend. privil. Ordin. S. Hieron. *v. officium.* 36

Hoc privilegium non est necessarium, 37

nisi pro studentibus; pro his verò qui serviunt infirmis, vel confessiones audiunt, non puto fuisse concessum, nisi ad tollendos scrupulos. Nam sic Ecclesia obligat ad Horas, ut tamen non intendat avertere ab operibus charitatis, & majoris perfectionis, aut ad quæ aliàs tenemur ex officio, vel justitia, & sic qui non potest Horas recitare, nisi se subtrahendo ab his, debet illas relinquere, neque ad hoc indiget privilegio, ita cum cõmuni Sylv. *v. horæ. num. 18.* & Valent. *d. 6. generali de iust. qu. 2. part. 10. circa 7.* An verò possit
38 hoc privilegium suffragari studentibus Philosophiæ, videtur suadere identitas rationis, juxta dicta sect. 1. c. 2. v. verùm. *arg. c. quia nonnullis. de magistr.* ubi docenti Grammaticam æqualiter providetur, atque docenti Theologiam, verùm hæc identitas non est adeò stricta, & absoluta, quin aliqua diversitas possit in ea notari, ideo ego contrariam opinionem teneo. per *cap. sane de privil.*

39 Eugen. IV. anno 1438. pro Congreg. Vallisolet. declaravit per Oraculum, & concessit ut Fratres professi ad Chorum, sed sacris nondum initiati, non teneantur ad Horas Canonicas, sed tantùm ad aliud aliquod pensum, à Prælatis eis imponendum. Bullar. Vallisol. *privil. 46.*

40 Eugen. IV. concessit Cassin. Jul. II. Olivetanis. Leo X. Camaldul. ut fratres etiam professi ad Chorum, sed sacris nondum initiati. Qui taliter officiis Monasterii sunt occupati. Aut qui aliàs non sunt adeò docti, vel experti ad Horas recitandas non teneantur, nisi ad Officium Beatæ, ultra quod si videatur aliquid plùs imponendum, arbitrio Prælatorum relinquitur. Bullar. Cassinens. *constitut. 62.* Casar. *v. officium divin. 1.* Et Capuccin. *ibidem in annotation.*

Nota circa hæc duo privilegia, quòd potiùs ad obviandum scrupulis videntur data, quàm ex necessitate, de quo vide sect. sequent. dubium proprium. At in opinione contraria, quòd juniores professi teneantur ad Horas: si Prælatus rejicit eadem privilegia, & non vult cum aliquo secundùm eorum tenorem dispensare, vel respondet, ejus occupationes non esse tantas, quin possit eis non obstantibus, Horas recitare, quid juris? Respondeo, ipsum posse accipere suam dispensationem à suo Confessario, aut etiam à seipso, & se conformare privilegio Clem. VII. pro Theatinis, de quo sup. *num. 6.* Quia hæc privilegia non sunt concessa Prælatis, sed ipsis junioribus, sufficitque ipsos scire, se habere causam reducenda illa ad usum, quamvis Prælatus contrarium asserat.

Eugenius IV. concessit Ordini S. Hieronymi pro infirmis, valetudinariis, senibus, ut censeantur satisfeciisse obligationi Horarum, dum dixerint eas preces, quas seu Superior, seu Confessarius earum loco ipsis taxaverit. Imò quòd satisfacient eidem obligationi, audiendo Horas quando ab aliis aut alio dicuntur. Casar. *v. infirmit. fratrib.*

Quando verò contingit aliquem esse in dubium circa suam infirmitatem, & non posse judicare, an sit sufficiens ad Horas relinquendas. Leo X. concessit Minoribus, ut satisfaciant dicendo Hymnum, Psalmum, Pater & Ave, aut aliquid simile, arbitrio Superioris, vel illius qui pro tempore præest Conventui. Roder. *1. Bull. in orac. ejusd. Leo. num. 13.* Casar. *v. officium. 1.* & Cannart. *in sum. privil. Minimor.*

Item idem Leo iisdem Minoribus concessit. Eugen. IV. Congregat. Vallisol. Et Martin. V. Hieronymitanis, ut circa officium possit Superior dispensare cum suis

suis, qui non possunt ex infirmitate illud recitare commodè, & sine tedio. Et postquam convaluerint, illis assignare aliquot Psalmos orandos loco ipsius officii. Bullar. Vallisol. *privil. 46.* Casar. *v. infirmi fratr.* Confelt. *in sum. privil.* & Garc. *in tract. de benef. p. 3. cap. 1. num. 180.* ubi affirmat hoc adhuc valere, & nullibi inveniri revocatum.

47 Sixt. IV. concessit Minorib. ut si defectu Visus, vel Auditus aliquid omiserint in Officio divino, non teneantur illud repetere, sed satisfaciant dicendo aliquem Psalmum in fine Officij pro compensatione.

48 Item iisdem Minorib. concessere Alex. IV. & Innocent. VIII. ut in fine Officii recitando unum Psalmum, Orationem Dominicam, vel Ave Maria, satisfaciant pro omnibus, quæ potuerint omisisse, quacunque ex causa, modo non ex dolo, Casar. *v. officium secundo.*

49 Leo X. favore Minorum, declaravit eos satisfacere *c. dolentes. de celebr. Miss.* de dicendo Officio *studiosè & devotè*, etiamsi propter fatigationem, seu aliam similem causam, illud recitent sedendo, vel ambulando, vel etiam si non integrè verba proferant ob negligentiam, imperitiam, vel defectum linguæ aut cum mentis distractione, ac sensuum evagatione, modò talia non faciant ex malitia DD. *infra citandi.*

50 Item idem Leo iisdem Minorib. concessit, ut persolventes Horas in Choro, non teneantur repetere malè prolata ab aliis, vel malè audita, propter distantiam, strepitum factum, seu aliam causam; sed censeantur satisfecisse præcepto Ecclesiæ, & suæ obligationi, qualitercunque audiendo illa, quæ ab aliis cantari & dici
51 solent. Item ne unus fiat alteri onerosus, ut quæ secreto dici solent in Choro, possint solùm mentaliter dicere, aut legendo intra se ex libro, nihil proferendo vocaliter. Et ut is qui privatim offi- 52
cium solus recitat, possit eodem modo facere, cùm prolatio verborum ad hoc præcipuè sit instituta, ut ab aliis intelligatur. Roder. *to. 1. bull. in orac. Leon. num. 11. & 12.* Casar. *v. officium.* 1. Cordub. *ibid. in annot.* Cannart. *in sum. privil. minimor.* Baldell. *in Theol. mor. to. 2. lib. 8. d. 35.*

An autem pars ultima privilegii, de il- 53
lo, qui privatim Horas recitat, sit intelligenda de ipso toto Officio, quod illi concedatur solùm mentaliter legere, vel de his tantùm, quæ solent sub secreto dici? Tambur. *to. 2. de iur. Abb. d. 10. q. 9.* vult ut de his solùm intelligatur. Cruz tamen *lib. 2. de stat. relig. cap. 8. dub. 2.* docet esse intelligendam de ipso toto officio. Et fatit ratio allegata à Pontifice, pro ejus concessione, nempe vocalem pronuntiationem in psalmodia, fieri propter audientes. Nam sicut in Choro non videtur necessaria pronuntiatio vocalis eorum, quæ secretò dicuntur: quia nemo est auditurus; ita nec eorum quæ aliquis solus, & privatim orat. Quin etiam aliqui apud Sà *v. horæ. §. 11.* universaliter affirmant hoc esse licitum, etiam secluso privilegio, & Clericum excusari, saltem à mortali, qui Horas legit solùm mentaliter. Et Navarr. *to. 4. com. de orat. cap. 19.* licèt agnoscat, illam concessionem Leonis X. esse privilegium, ait tamen posse disputando sustineri contrarium. Et de jure communi licitum esse, sic solùm mentaliter Horas persolvere. Quòd si quis obstinatiùs institerit, vocalem pronuntiationem esse de essentia Horarum, & Psalmodiæ: tunc dicendum est, Papam dispensasse, in prædicta concessione, & in hoc consistere vim privilegii, juxta dicta *sect. 1. cap. 3. §. 1. v. porro.*

CAPUT XIII.

Circa Indulgentias.

SUMMARIUM.

1 *Abbates possunt dare indulgentias in fine Missæ, quando celebrant Pontificaliter.*
2 *Omnes habentes jurisdictionem Episcopalem in aliquo loco, possunt in eo dare indulgentias, instar Episcoporum.*
3 *Fideles audientes Missam in Ecclesiis Regularium, lucrantur indulgentias.*
4 *Item & audientes in eisdem divina officia.*
6 *Vel verbum Dei.*
5 *Regulares qui concionantur, possunt in fine dare indulgentias suis auditoribus.*
7 *Fideles visitantes Ecclesias Regularium, quacunque hora & die lucrantur indulgentias 8. & 11.*
9 *Item & certis diebus 10. & 11.*
12 *Indulgentiæ Ecclesiarum Minorum & seq.*
13 *Indulgentiæ Ecclesiarum Dominicanorum 19. & seq.*
23 *Osculantes habitum alicuius Regularis, vel eligentes in eo sepeliri, lucrantur indulgentias, & sequent.*
26 *Eligentes sepulturam in Ecclesiis Regularium, lucrantur indulg.*
28 *Servientes Regularibus Procuratores, & Medici eorum, lucrantur indulgentias 29. 30.*
27 *Indulgentiæ confraternitatum, quæ sunt erectæ in Ecclesiis Regularium.*
31 *Regulares, habent diversas indulgentias pro animabus purgatorii & seqq.*
35 *Indulgentiarum sunt tria genera.*
36 *Regulares non possunt pro se lucrari indulgentias, nisi quas Paulus V. concessit.*
37 *Indulgentiæ quæ quæstionem sonant, sunt revocatæ.*
38 *Indulgentiæ communicantur inter Regulares & 39.*
40 *Quomodo intelligenda Bulla Sixti IV. contraria.*
41 *Indulgentiæ diversæ non possunt simul lucrari.*
Summæ indulgentiarum factæ à Cæsar. reputantur ibid.
42 *Quando Festum habens indulgentiam transfertur, quid faciendum.*
44 *Simplex Sacerdos potest dare indulgen. confessionali.*
45 *Respondetur ad jura contraria.*

URban. IV. año 1264. die 12. Septemb. Abbati Montis Virgin. dedit licentiam largiendi indulgentiam 40. dierum post Missarum solemnia Bullar. Cassin. *constitut. 336.* & Quar. *in sum. Bull.* Bonifac. IX. anno 11. sui Pontificatus, octavo Idus Aprilis idem concessit Abbati Sancti Frigidiani Lucensis, Congreg. Lateranensis. Ac deinde Pius V. anno 1566. 16. Februarii generaliter idem concessit omnibus Abbatibus ejusdem Congregationis Lateranens. Quod per viam communicationis ad omnes Abbates aliarum Congregationum derivat Tamb[u]r. *tom. 2. de jur. Abb. d. 2. quæst. 2.* Quia verò de jure communi hoc conceditur Episcopis. *c. cum ex eo. de pœnit. & rem. eod. in 6.* Ideo omnes habentes jurisdictionem Episcopalem, idem possunt in loco, in quo talem jurisdictionem habent, & respectu eorum in quos illam exercent, ut Archidiaconus Cluniacensis. Imò & Prælati quorumvis Regularium, quoad suos.

Sixt. IV. concessit indulgentiam 100. dierum, audientibus Missam qualibet feria V. in aliqua Ecclesia Carmelit. Discalceat. Roder. *Bull. 26. ejusd. Sixti.* Alex. verò IV. idem concessit eam audientibus quavis die in Ecclesiis Minorū. Cæsar. *v. indul. quoad sæcul. 3. & 5.*

Alex IV.

Alex.IV.concessit 100.dies indulgent. omnibus assistentibus alicui horæ Canonicæ in Ecclesiis Minorum, Casarub. *supra immediate citat.*

5 Gregorius IX. concessit Minoribus, ut dum concionantur, possint suis auditoribus largiri indulgentiam 15. Annorum. Clemens verò IV. ut dum in propriis Ecclesiis habent concionem, largiantur suis auditoribus indulgentiam 80. dierum. In aliis 180. Casarub. *v. indulg. quoad sæcul. 5.* Addit Auson *in sum.* Dian. *v. Regul. privil. num. 2.* posse Regulares extra suos Conventus concionantes, dare suis auditoribus indulgentiam 18. Annorum 222. dierum. In propriis verò Ecclesiis feria 2. 4. & 6. Annorum 156. dierum 24. sed *ibi* non nominat, à quo Pontifice, vel cui Ordini in particulari sit concessum.

Audientibus item concionem in Ecclesiis Minorum tempore Quadragesimæ Nicol. III. Alexand. & Innocent. IV. Ac Bened. XI. concessere indulgent. 1227. Annorum 777. dierum. Casarub. *v. indulg. quoad sæcul. 2.* Pro aliis verò temporibus & diebus. Alexand. IV. concessit indulg. 100. dierum. Idem *ibid. 3. & 5.* Ex Sixt. V. Idem concessit audientibus in Ecclesiis Carmelit. Discalceat. ex Roder. *Bulla 26. eiusdem Sixti.* Item & Alexand. III. & V. Urban. V. Bonifac. VIII. Gregor. IX. & Bened. IX. audientibus in Ecclesiis Dominicanorum, sic communiter Casarub. *loco immediate citato.*

Alexand. & Innocent. IV. concessit indulgent. 40. dierum, Clemens IV. 80. Nicol. IV. unius anni & 40. dierum, visitantibus quavis hora diei, aliquam Ecclesiam Minorum. Casarub. *v. indulg. quoad sæcul. tertia.*

Clemens VII. visitantibus duo, vel tria Altaria, quacunque die in Ecclesiis Carmelit. Et manus adjutrices eis porrigentibus concessit omnes indulgentias, remissiones, & liberationes animarum de purgatorio, quas possent lucrari visitando Ecclesias, in diebus stationum, intra urbem, vel extra. Verùm quia privilegia pro porrigentibus manus adjutrices sunt revocata, Gregorius XIII. declaravit, ac 8
istud de novo concessit sub hac forma, ut pro lucranda prædicta gratia, dicantur 7. Pater & Ave vel ante S. Eucharistiæ Sacramentum, terra osculetur, & oretur pro extirpatione hæresum, Ecclesiæ exaltatione, & Principum fidelium unione, vel dicantur Vesperæ defunctorum, vel accipiatur habitus seu scapulare B. V. de Carmelo. Compend. privileg. Carmelit. Comp. privil. Eremit. S. Aug. Et Capucc. *in annot. ad* Casar. *v. indul. quoad sæcul. 4.*

Benedictus X. concessit indulgent. 40. 9
Annorum, & Quadragenarum, cum relaxatione septimæ partis peccatorum, visitantibus Ecclesias Carmelit. quavis die Sabbati vel Dominica Nicol. verò V. eandem indulgentiam duplicavit pro die Sabbati. Casar. *v. indulg. quoad sæcul. 3.*

Honor. III. concessit indulgent. 40. 10
Annorum, & Quadragenarum, visitantibus Ecclesias Minorum, feria 4. Parasceves, in Quadragesima. Casar. *v. indulgent. quoad sæcul. 1.* Easdem verò Ecclesias visitantibus quavis die Quadragesimæ, Nicol. III. Alex. & Innoc. IV & Bened. XI. concesserunt indulgentiam 1221. Annorum 576. dierum. Idem Casar. *ibid.* ubi allegatis aliis Pontificum gratiis, ait visitantes prædictas Minorum Ecclesias, in prædictis Quadragesimæ diebus, lucrari indulg. 3857. Annorum 207. dierum. In libro tamen, qui inscribitur, monimenta Ordinum referuntur indulgentiæ magis 11
moderatæ, atque ideo forte magis certæ. Nempe quòd visitantes prædictas Minorum Ecclesias, quovis anni die, lucrantur

indul-

indulgentiam unius anni dierum 244. In Quadrageſima verò, Annorum 4. & dierum. 263.

12 Gregorius IX. conceſſit indulgentias 200. Annorum, & totidem Quadragen. viſitantibus Eccleſias Minorum, in Feſtis Domini. Caſar. *v. indulg. quoad ſæcul. 1.*

13 Pro Feſtis B. V. Mariæ. Idem eandem indulg. conceſſit Nicol. verò IV. conceſſit viſitantibus Eccleſias Daminicanorum, in Feſto Nativit. Purific. & Aſſumpt. ejuſdem B. V. Mariæ, 30. Annos, & 180 dies. Et rurſus alii Pontifices pro iiſdem Feſtis B. Virg. & iiſdem Eccleſiis Dominican. conceſſere alias Indulgentias, quæ ſimul omnes faciunt ſummam 69. Annorum 210. dierum. Caſar. ibidem.

14 Pro Feſtis Angelorum Nicol. IV. conceſſit indulgent. plenariam in Eccleſiis Minorum ibid.

15 Pro Feſtis S. Joannis Baptiſtę. Gregor. IX. conceſſit 100. Annos, & Quadragen. in iiſdem Eccleſiis Minorum, ibid.

16 Pro Feſtis Apoſtolorum Clemens IV. conceſit annos 47. in iiſdem Eccleſiis Minorum, ibid.

Pro Feſtis Sanctorum, quibus eædem Eccleſiæ Minorum ſunt dicatæ, aut quorum Reliquiæ in illis ſervantur. Nicol. IV. conceſit indulg. plen. ibid.

17 Pro Feſtis 6. Præcipuorum Ordinis Minorum. Sixt. V. conceſit indulg. plen. ibid. & Roder *to. 2. qq. reg. 87. art. 5.*

18 Pro Feſto S. Eliſabeth. Gregorius IX. conceſit 100 annos in iiſdem Minorum Eccleſiis, Caſar. ibid.

19 Pro Feſto S. Petri Martyris S. Vincentii Ferrerii, & S. Catharinæ Senenſ. Sixt. IV. conceſit in Eccleſiis Dominicanorum indulg. 50. Annorum, & Quadragen. Ac deinde alii Pontifices alias indulgentias largiti ſunt, quæ ſimul ſummam componunt annorum 206. & dierũ 320 ibid.

Pro Feſto S Thomæ Aquinat. Urban. conceſit 100. Annos 220. dies ac deinde alii Pontifices addentes, crevit indulgentia ad ſummam Ann. 189. dierũ 215. ibid.

Pro Feſto omnium Sanctorum, Greg. IX. conceſit 110. Annos & Quadragen. viſitantibus Eccleſias Minorum, ibid.

Pro Feſto Dedicationis Eccleſiæ, & octa Octava, Clem. IV. conceſit 100. dies in Eccleſiis Minorum. Nicol. verò IV. pro eodem Feſto, conceſit 30. Annos, dies 180. in Eccleſiis Dominicanorum. Ac rurſus alii Pontifices iiſdem Dominican. pro eodem Feſto alias indulgentias largiti ſunt, quæ ſimul junctæ, reddunt ſummam annorum 169. dierum 350. ſunt pro ſolo ipſo die Dedicationis, pro Octava Caſar. *cit.*

Joann. XXIII conceſit indulgentiam 5. Annorum, & Quadragen. de injunctis pœnitentiis oſculanti habitum Dominicanorum Caſar. *v. indulg. quoad ſæcul.*

Urban. V Clem. & Nicol IV. remiſit tertiam partem peccatorum morientium ſepulto in habitu Minorum. Leo verò X. conceſit eidem indulg. plenariam, & declaravit ſufficere ſi moriturus habeat pra ſe dictum habitum, quamvis non fuerit dutum Roder *to. 1. Bull. in or ac. eiuſd.*

Martin. IV. conceſit indulg. 40. annorum eligentibus ſepulturam in Eccleſiis, ſeu cemeteriis Minorum. Caſar. *v. indulg. quoad ſæcul. 4.*

Urban. V. conceſit indulg. 100. annorum omnibus confraternitatibus, erectis in Eccleſii s eorundem Minorum ibid.

Sixt. IV. conceſit Minoribus ut ſunt in ipſorum ſervitio, conſequantur indulgent. plenariam in morte, & ſemel in vita, de reſervatis, Caſar. *v. famuli num. 6.* Portel. *v. famuli num. 1.* & Roder. *tomo 1. Bull. in or ac. eiuſd. Sixti.* Per relata autem ego ſic intelligo, quòd poſſit ab

abillis absolvi præter indulgentiam.

29 Martin. IV. concessit Minoribus, ut Procuratores, seu Advocati, qui laborant pro defensione Ordinis, aut ejus conventuum, habeant singulis annis indulgent. 100. annorum. Casar. *v. indulg. quoad sæcul. 4.*

30 Innocent. VIII. concessit eorundem *Minor.* procuratoribus, substitutis ipsorum uxoribus, liberis, parentibus, fratribus, & sororibus, omnes indulgentias, quas ipsi Minores possunt lucrari, dicendo in ipsorum Ecclesiis 5. Pater, & Ave pro felici statu Ecclesiæ, gratiam verò Innocentii extendit Alexand. VI. ad Medicos eorundem Minor. Roder. *tom. 1. Bull. in ord.* Innocent. VIII. & Casar. *v. indulg. quoad sæcul. 4. & 8.*

31 Leo X. concessit Cassinens. ut dicendo tres Missas in Altari à Superiore ipsis designando, pro anima alicujus consanguinei usque ad tertium gradum, ea liberetur de purgatorio. Compend. privileg. Ordin. S. Hieronymi, & Congregat. sanctis Salvat. & habetur in Regula S. Benedicti impressa constit. Cassin.

32 Calixtus III. concessit indulgentiam plenariam Minoribus pro cujusque utroque parente, in purgatorio existente. Roder. *in or ac. eiusdem* Calix. & Casar. *v. indulg. quoad sæcul. 8.*

33 Clemens VIII. concessit Minoribus Provinciæ S. Gabrielis in Hispania potestatem liberandi à purgatorio suum parentem cujusque utrumque, aut etiam fratrem professum ejusdem Provinciæ, dicendo pro ipso Missam in loco, in quo defunctus est. Roder. *tomo 2. Bull. 8. eiusd. Clem.*

34 Clemens VII. concessit Minimis, ut Generalis, Provinciales, Correctores, & unus cujuslibet ipsorum socius, secundum Professionem antiquiorem. Ac omnes Patres Conventus SS. Trinitatis, de urbe, celebrando Missam defunctorum, Feria 2. & 4. cujuslibet hebdomadæ per totum annum lucrentur pro iisdem defunctis, eadem indulgentias, quas possent lucrari, si illis diebus Missas suas dicerent, in Ecclesia S. Sebastiani, S. Laurentii, S. Gregorii, S. Potentianæ, Scalæ cæli, aut quavis alia, quomodocunque privilegiata, intra vel extra urbem. Et ut ejusmodi Missæ in particulari suffragentur animabus illis, quibus prædicti Patres applicandas duxerint. Roder. *tomo 2. Bull. 8. eiusd. Clem.* & Capuccin. *in annot. ad* Casar. *v. indulg. quoad fratr.*

Porrò in hac materia indulgentiarum, 35 & quantùm attinet ad nostrum institutum. Nota *Primò*, tria illorum esse genera. Aliquæ enim fuerunt directè, & immediatè concessæ Regularibus, & pro seipsis. Aliquæ verò fuerunt quidem ipsis item concessæ, sed aliis applicandæ. Ac demum aliquæ fuerunt concessæ personis alterius conditionis, & ab iisdem lucrandæ, quamvis nõ sint illis concessæ, nisi favore, & intuitu ipsorum Regularium. Igitur, quantùm ad eas quæ sunt primi generis. Paul. V. Anno 1606. sui Pontificatus primo auditis 1. Regularibus, eas 36 omnes revocavit, & novas concessit digestas in singulos menses, pro certis diebus, & Festis, in illis occurrentibus. Et hæ jam solæ valent; quas quia usus ex se satis notas reddidit, referre supersedeo.

Quantùm verò ad alias 2. aut 3. generis, venit distinguendum. Nam illæ, quæ quæstuandi facultatem includunt, aut manus adjutrices exigunt, fuerunt etiam abrogatæ à Pio V. Anno 1567. sui Pontificatus 6. Quod est causa ut nullam illarum hîc referre voluerim, sed solùm alias quas adhuc valere, communiter asserunt Doctores, ut Portel. *v. indulgentiæ nu. 13.* 37

Auson.

Auson. *in sum. v. Regul. privil.* Læsana *to. 1. qq. Reg. cap. 3. num. 19.* Ubi allegato ad hoc Peyrinio, ait ita declaratum à S. Cardin. Congregat. Nempe anno 1615. die 21. Augusti. ut testatur Gavant. *in enchir. Epis. v. indulgentiæ.*

38 Nota *Secundò*, aliquos scripsisse, Sixt. IV. per quamdam Bullam, quæ incipit: *Solet Sedes Apostolica*, declarâsse, non communicari indulgentias inter Regulares, aut eorum Ecclesias, etiamsi illi habeant communicationem privilegiorum inter se. Verùm Casarub. qui aliàs satis studiosè exquisivit privilegia Regularium, & eorundem revocationes, affirmat *in v. indulgent. quoad sæcul. 3.* se illam Bullam, quamvis diligenter conquisitam, nullibi reperire potuisse: unde fortè aut suppo-
39 sitia est, aut non publicata. Imò etiam illâ suppositâ, non desinent tamen Regulares inter se communicare in indulgentiis. Tum quia illa non est nisi declarativa, qui autem declarat nihil disponit, & ut nihil dat, sic nihil aufert; & sic non est sufficiens ad impediendam prædictam communicationem. Tum quia licèt diceretur sufficiens, Leo tamen X. qui est Sixto posterior, eum innovavit, & de novo concesit recentiori constitutione, in qua decernit omnimodam esse & fore communicationem gratiarum, indulgentiarum, exemptionum, *&c.* inter Ordines mendicantes respectivè, uti notavi ubi de communicat. Et sic illa Bulla Sixti IV. nihil officit. Quòd si obstinatiùs aliquis extare affirmet, & valere: ex-
40 ponenda erit de indulgentiis concesis pro aliquo casu, aut beato, vel ratione, quæ non militat in aliis Ordinibus, ab eo cui concessæ sunt. Nam v.g. indulgentiæ concessæ Ecclesiis Dominican. pro Festo S. Thomæ, non communicantur Minoribus, sicut concessæ Ecclesiis eorundem Minor. v. g. pro Festo S. Elisabeth, non cõmunicantur Dominicanis & sic de cæteris similib⁹. At secus est de aliis, de quibus intelligenda est cõstitutio Leonis X.

Nota *Tertiò*, quòd licèt diversi Pontifices concesserint alicui Ordini diversis singuli indulgentias pro eodẽ Festo: hic tamen ego puto, posse aliquem simul omnes lucrari: sed tantùm alterutram, quam ille sibi lucrandam proposuerit, vel quam Deus æquus omnium æstimator, illi concesserit, quidquid in contrarium videantur sentire Casar. qui ejusmodi omnes indulgentias in summas redigit, & sub illis lucrandas proponit. Moveor *primò*, quòd cùm singulæ indulgentiæ sint diversæ, non video, quo jure queant à nobis conjungi, & in tales summas redigi, sub quibus simul omnes acquirantur, cùm à nullo Pontifice sint sic concessæ, & ejusmodi summæ sub hac collectione sint simpliciter falsæ. Nec facit, quòd Nicol. IV. Clemens VII. confirmaverunt indulgentias suorum prædecessorum, quia illa confirmatio debet intelligi, non de summis quas proponit Casar. sed de ipsis indulgentiis, prout erant suorum prædecessorum & ab illis cõcessæ. Et sic quia fuerunt concessæ distinctè, & independenter una ab alia, etiam & tales sunt confirmatæ & tales ideo remaneant, nõ possunt sub ca summa simul omnes lucrari. Movec *secundò*, quia si sic unirentur, & dicerentur lucrabiles, meritò videretur propter cessum talium summarum, indiscreta, consequenter reiicienda, juxta *clem. giosi de privileg.* Ut qui in ejusmodi indulgentiis magnis sibi complacent, attendere debeant ne dum nimis amplas volunt nullas habeant.

Nota *Quartò*, quòd de jure commu quando transfertur festum, non tra fertur indulgentia, pro illo concessum

Sed lucranda est illo ipso die, quo Festum incidit, ut docet Asor. *tomo 2. instit. libro 1. capit. ultim. quæst. 8.* & Portel. *v. festi dies num. 1. in add.* Ac jure speciali favore Dominican. Leo X. concessit ut transferatur, teste Casar. *v. interdictum secundò num. 5.* Et sic arbitrarium nunc est utrovis deillam proponere, vel lucrari.

Nota *Quintò*, quòd Gloss. *can. si is qui 23. quæst. 4. & can. mensuram d. 1. de pœnit.* Innocent. & Bernard. *c. quod autem de pœnit. & rem.* Panormit *c. sicut dignum de homicid.* Cardin. *Clem. Religiosi de privil.* Angel. *v. indulgentia numer. 5.* Rosell. Alvar. Casar. & alii docent, simplicem Sacerdotem posse in foro pœnitentiali dari indulgentias omnibus, quos potest absolvere, easque aut dierum, aut annorum, secundùm Innocent. & Archid. *c. indulgentiæ de pœnit. in 6.* Quam doctrinam licèt Sylv. *v. indulgentia num. 12.* appellet incredibilem, authoritas tamen, tot & tantorum Doctorum à quibus asseritur, mihi admodum probabilem reddit, & credibilem. Nisi quis dicat contraria consuetudine derogatum, quod vix puto aut factum, aut sciri, quis enim conscius est eorum, quæ dicuntur, & fiunt in confessionali? Quantùm verò ad jura, quæ Papæ, & Episcopis attribuunt facultatem largiendi indulgentias, privativè ad simplices Sacerdotes.

Respondeo cum Archid. & Angel. citatis, ea intelligi de indulgentiis publicis, & generalibus, non de his, quæ pœnitentibus in individuo in foro pœnitentiali posse concedi affirmo *arg. c. quem pœnit. d. 1. de pœnit. & c. Deus qui de pœnit. & remiss.* salvo meliori & Ecclesiæ judicio.

CAPUT XIV.

Circa interdicti, & aliarum Censurarum observationem.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt Divina celebrare in locis interdictis & 2.*
3 *Et nullam censuram inde contrahunt.*
4 *Etsi contrahunt possunt ab ea absolvi à suis confessariis & 5.*
6 *Ecclesiæ & loca Regularium non possunt interdici & 7.*
8 *Famuli Regularium, aut eorum agentes, non possunt ligari censuris locorum.*
9 *Regulares possunt tempore interdicti omnia Divina percipere, & solemniter sepeliri. 10.*
11 *Item & eorum famuli. & 15.*
12 *Tempore interdicti Regulares possunt Divina celebrare solemniter in Monasteriis remotis à civitatibus.*
13 *Imò & in his quæ sunt intra & 14.*
15 *Tempore interdicti Regulares possunt admittere ad Divina certas personas. Et certum earum num. 17. & seq.*
19 *Quando in Ecclesiis Regularium suspenditur interdictum, possunt in eis admittere Sacerdotes exteros ad celebrandum.*
20 *Et per idem tempus fidelibus Divina ministrare.*
21 *Interdictũ suspenditur in diversis diebus in Congreg. Vallisolet.*
22 *Item & Ordine Minorum.*
23 *Et Dominicanorum.*

ALexand. IV. per Bullam, quæ incipit: *Eis qui sanandis* & Leo X. per oraculum concessit Minoribus, ut cùm perveniunt ad loca supposita interdicto, possunt in eis Divina celebrare: modò submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis Roder. *to. 2. Bull. in orac. eiusd. Leon.* Et Casar. 1

sar. *v. interdictum* 1. ubi dicit idem iisdem concessum à Clem. IV.

2 Alexand. VI. concesit Monachis Montis Serrati Congreg. Vallisolet. ut cùm perveniunt ad loca supposita interdicto, aut in quibus cessatur à divinis, possint ipsi divina celebrare aut celebrari facere, in sua præsentia, & suorum familiarium, vel servitorum, modo januis clausis, exclus. excomm. & non pulsat. camp. B. quæ incipit: *Sanè memoria.*

3 Ex hoc autem utroque privilegio patet, nullam pœnam, nullamve censuram incurrere Regulares, qui in locis interdictis

4 celebrant. Quòd si quis plus æquo scrupulosus, aut horum privilegiorum ignarus, contrarium putaverit. Extat aliud privilegium Eugen. IV. pro Hieronomitanis, quo conceditur ut possint absolvi à suis Confessariis, quoties aliquam censuram,

5 vel irregularitatem cõtrahunt celebrando divina indebitè. Et aliud Nicol. V. pro Trinitat. quo conceditur, ut possint semel absolvi ab irregularitate contracta celebrando Divina in excommunicatione, interdicto, vel alia censura, de quibus ubi de confess. Et hoc idem concessum Cassin. pro toties quoties, habemus in fine Regulæ S. Bened. impressæ cum constitutionibus.

6 Eugen. IV. duplici constitutione, quæ incipit: *Etsi ex debito*, pro Cassinens. sancivit, non posse eos, eorumvè Monasteria, aut loca, ob quamcunque causam supponi interdicto, vel ulli censuræ Ecclesiasticæ ab Ordinariis, Legatis Apostolicis, aut quibusvis aliis judicibus: nisi ex speciali licentia Sedis Apost. cum speciali expressione Congregationis, & earundem constit. derogatione Bull. Cass. *const. 58. & 59.*

7 Leo X. concessit Minoribus, ut ad nullius instantiam (etiam Cardinalium) possint eorum Ecclesiæ interdici; nisi simul interdicatur tota civitas, seu oppidum, in quo sitæ sint, sin autem, nõ teneantur servare talem censuram, nec irregularitatē aliamvè pœnam ob eam non servatam incurrant; nisi illi ei causam dederint, vel persona, quæ ferri postulat, velit competenter fratribus providere de necessariis ad victum. Casar. *v. interdictum* 1.

Alex. VI. concessit Dominican. utensorum famuli seu Procuratores non tenentur interdictis seu censuris promulgatis in terras, seu personas, in aut cum quibus habitant. Canart. *in sum. privil. Mendicantium. Possar.*

Jul. II. per Bullam, quæ incipit: *Exponi nobis*, concessit Minoribus, ut tempore interdicti ab Ordinario lati, possint sepeliri in suis Ecclesiis, cum cæremoniis [illegible] tis, pulsu campanarum, Missa, Officiis [illegible] perinde, ac si non esset interdictum, [illegible] quo vide *c. ut privilegia de privil.*

Nicol. IV. concessit iisdem Minoribus ut tempore interdicti, etiam in quo Bapt[illegible] tissimus tantùm parvulis, & confessio [illegible] rituris conceditur, cum clausula (non [illegible] stantibus privilegiis, possint ipsi confiteri, communicare, unctionem recipere, Missam & officia Divina celebrare ex[illegible] sis excom. jan. claus. & camp. non pulsari B. quæ incipit: *Meritis vestræ Religionis.*

Eugen. IV. concessit Cassinens. ut [illegible] omnibus locis in quibus resident, possint tempore generalis interdicti officia Divina celebrare, & omnia Sacramenta recipere, vel suis domesticis ministrare. Bull. Cass. *const. 63. & 64.* Ubi adverte, quòd debent excludi excõmunicati, & campan[illegible] non pulsari. Unde sola pars ultima concessionis habet vim privilegii: quia priorem verò, de jure communi permittitur, imò & præcipitur, *in c. alma Mater fin. de sent. ex in 6.*

12 Urban.

12 Urban. IV. concessit Cisterc. ut tempore generalis interdicti, possint in Monasteriis remotis ab habitatione sæculatium, celebrare officia Divina alta voce, pulsatis campanis, & januis apertis, solis excommunicatis, aut interdictis exclusis. B. quæ incipit: *Devotionis argumentum.*

13 *Jul. II.* concessit Augustin. ut quæ suo *Ordini* concessa sunt tempore generalis interdicti, ipsis omnia liceant, tempore specialis. Casar. *v. interdictum.*

14 *Leo* X. motu proprio, & ex certa scientia, concessit Minimis, ut tempore interdicti ordinaria authoritate lati, possint in suis Ecclesiis celebrare Divina, apertis januis B. quæ incipit: *Quamvis in privilegio* de qua Casar. *v. interdictum 1. n. 22.* Et refertur ad longum à Margar. *in Bullar. Casin. const. 350.* Ubi adverte, quòd Casar. vocat hoc privilegium subreptitium, atque ideo nullum aut saltem tollendum, propter inconvenientia, quę ex illius usu possent sequi. Verùm clausula motus proprii, & certæ scientiæ purgat vitium subreptionis (ut suo loco dixi) de incommodis autem, quæ ex illius usu metuit Casar. *Resp.* quòd si Pontifex privilegii largitor, & Casarubio oculatior, ea non timuit, nec nos timere debemus.

Et justitia hujus privilegii fundatur in exemptione. Nam locus exemptus, & extra Diœcesim æquiparantur: (ut dixi in superioribus) atqui censura lata ab Episcopo non extenditur extra ejus Diœcesim. Ergo nec ad locum ab ea exemptum. Unde sicut non peccat, qui non servat censuram extra Diœcesim, sic neque qui non servat in loco exempto. Pro quo ultra facit, quòd pœnæ sint semper minuendæ, & restringendæ juxta Regulam odiorum, juxta quam consequenter dicendum, quòd lato interdicto, sufficienter punitus dicetur populus, si servetur in locis subditis, quamvis non in exemptis.

15 Innocent. VI. concessit Augustin. ut tempore interdicti possint admittere ad Divina suos familiares, procuratores, negotiorũ gestores. Quod item Carmelit. concessit Sixt. IV. Minoribus idem Sixt. Alex. IV. & Clem. VI. Dominicanis idẽ Sixt. & Joann. XXIII. Congreg. Vallisol. Eugen. IV. Minimis Jul. II. Societ. Jesu Paul. III. Et iidem Eugen. Jul. & Paul. addentes privilegio, cõcessere, ut dicti procuratores possint sub secreto Ecclesiastica sepultura donari ab his, quorum res tractant, & pro quibus laborant Casar. *cit.*

16 Urban. IV. concessit Carthusian. ut suos servitores, licèt non familiares, sed aliunde venientes, & mercenarios, in suis grangiis & cellariis morantes possint ad Divina admittere tempore interdicti Casar. *cit.*

17 Nicol. V. concesit Monasterio S. Benedict. Vallisolet. ut tempore interdicti ab ordinario positi, vel cessationis à Divinis, possit Prior eligere sex personas successivè, viros, aut mulieres, qui in eodem Monasterio admittantur ad officia Divina, Missam & Sacramentorum participationem, imó & ad sepulturam sub secreto, si quem ex his per id tempus contingat obire. Bull. Vallisol. *privil. 54.* Casar. *v. interdictum 1.* Et Roder. *tomo 2. qq. Reg. 12. art. 6. & 13. & art. 2.*

18 Nicol. Franc. cùm pro Sixto IV. legatione fungeretur in Regnis Hispan. concesit ejusdem Sixti authoritate, Congregationi ab eodem Monasterio S. Bened. Vallisol. denominatæ, ut Patres in singulis Monasteriis, tempore interdicti ab ordinario positi, possint qualibet die admittere 15. personas ad divina Bull. Vallisol. *privil. 64.* Roder. *Bulla 44. eiusdem Sixti. &* Casar. *v. interd. 1.*

19 Alexand. IV. concesit Minoribus, ut

Sacerdotes sæculares, confluentes ad ipsorum Ecclesias, tempore quo in illis suspenditur interdictum, possint se accõmodare fratribus celebrando Missam & alia divina in iisdem Ecclesiis, Casar. *v. interd. 2.* & Capuccin. *in addit ad idem v. 3.* Ubi adverte, quòd ut bene notat Sylv. *eod. v. 5. num. 7.* hoc de jure est aliàs licitum, quando non personæ, sed locus est interdictus, quia suspensio interdicti, & ejus ablatio æquiparantur. Et secundùm hoc.

20 Leo X. concessit Congreg. Vallisol. ut his diebus, quibus interdictum suspenditur in ejus Monasteriis, possint Patres administrare omnia Sacramenta quibusvis personis in iisdem suis Monasteriis, his solùm exceptis, contra quos interdictum latum fuit, vel qui ei causam dederunt. Casar. *v. interd. 2.* & Bull. Vallisol. B. quæ incipit: *Sanè Religionis sinceritas*, & est ibi 81.

21 Concessit autem idem Leo prædictæ Congreg. Vallisol. suspensionem interdicti (etiam Apostolici) aut cessationis à divinis per omnia illius Monasteria in Festis Concept. Nativ. & Visitat. B. V. M. SS. Joann. Baptistæ, Martini & Benedicti ac eorundem Translationis, Gregorii Ildephonsi, Adelelmi, Antonii, Mauri, Placidi, Bernardi & Scholasticæ. Item in Festis Sanctorum, quibus eadem Monasteria sunt dicata, aut quorum Reliquiæ in ipsis servãtur. Per Octavas earundem Festivitatum. Hebdomadam sanctam, ac totam Octavam Paschæ. Eo die, quo aliquis Novitius profitetur. Quo Sacerdos novus Primitias suas celebrat. Et quo defunctum donant Ecclesiastica sepultura, tuncque licet adhibere in talibus Festis seu calibus, cantum, & omnia alia consueta, perinde acsi non esset interdictum, Bullar. Vallisol. *privil. 81. cit. & 82.* & Casar. *v. interd. 2.*

22 Alex. IV. concessit Minoribus suspensionem interdicti generalis in suis Ecclesiis, in Vigiliis & Festis, SS. Francisci, Antonii de Padua, Claræ Virg. & per octavas Octavas, Alex. verò VI. idem eidem concessit pro Festis SS. Ludovici Episcopi, Bernardini, Bonaventuræ, & Martyrum de Marochio, sed non pro eorum Octavis. Jul. item II. idem illis concessit pro Festo Stigmatum Leo I. pro Festo S. Elisabeth. & Clem III. pro Festo S. Didaci, & Portiunculæ. Casar. *interd. 2.* & Roder. *to. 1. Bull. in orac. Alex. Et to. 2. Bull. 28. Leon. & 4. Clem.*

Alexand. IV. concessit Dominicanis suspensionem interdicti in Festo SS. Dominici & Petri Martyris. Leo X. in Festo SS. Thomæ Aquin. Vincentii ferr. Catharinæ Senens. & eorum Octavis, etc. interdictum sit Apostolicum Roder. *to. 1. 34. eiusd. Leon.* & Casar. *cit.*

CAPUT XV.

Circa lectionem librorum prohibitorum

SUMMARIUM.

1 *Regulares potest legere libros prohibitos.*
2 *Societ. Iesu dicitur huic privilegio renunc.*
3 *Et à multis Pontificibus revocatum.*
4 *Probabile tamen, quòd non.*
5 *Sine privilegio licitum legere libros hæret. dùm Caramuel.*
6 *Contrarium tamen asseritur.*
Quare libri ab hæreticis compositi prohibidem.
7 *Non potest dici sine temeritate, non esse peccatum lectionem librorum hæret.*
8 *Libri hæretici sunt duobus modis prohibiti.*
9 *Reus lectionis libri prohibiti, debet in confessione illum specificare.*

PIus V. & Greg. XV. concessere Patribus Societat. Jesu facultatem legendi quos-

quoscunque libros prohibitos cum licentia sui Generalis. † Et quoscunque alios non hæreticos, etiam si habeant scholia hæreticorum: si non sunt ad stabiliendo dogmata hæretica. Ex quodam M.S. Quòd communiter concessum aliis Regularum Ordinibus affirmat Asor. *1. p. inst. lib. 8. cap. 19.*

2 *Nota* tamen 1. quòd Auson. *in sum. v. decr. lib.* ait, Societatem renuntiasse huic privilegio, & tutiorem esse opinionem, quæ vult, nullos Regulares posse eo uti. *Ait* hæc opinio est tutior, fortè opposita est saltem tuta, cùm non detur comparativus sine suo positivo. Nam quantum ad illam renuntiationem Societ. (de qua ego valde dubito) hæc non tangit alios Ordines juxta ea, quæ dixi, ubi de usu privil. *v. 7.*

3 Nota 2. Hanc facultatem legendi libros prohibitos fuisse revocatam primò à Paulo V. Ac deinde Anno 1622. die 30. Decemb. iterum à Greg. XV B. quæ incipit: *Apostolatus officium.* Tum rursus anno 1631. die 2. April. ab Urbano VIII. Bquæ incipit: *Alias felicis.*

4 Nota 3. Quòd Caramuel *in fund. Theol. fund. 17. quæst. 2.* docet, posse unumquemq; legere libros prohibitos, seclusò privilegio, & omni speciali licentia, quando nõ subest in illo periculum perversionis. Tum quia (inquit) lex quæ se fundat in præsumptione, cessat, ubi veritas est contra præsumptionem, tum quia ut cessante fine legis in universum, cessat ipsa lex: sic cessante in uno casu eodem fine, cessat similiter lex quoad ipsum.

6 Verùm hæc opinio mihi non placet, nec multis aliis. Tum quia non damnantur libri hæreticorum solùm ob periculum perversionis, sed etiam in pœnam. Nam ut bene notat August. relatus in *c. hæreticus. 24. quæst. 3.* Et post ipsum Gloss. *in clem. vnic. de usur.* hæreticus dicitur, *qui alicuius commodi temporalis, & maximè vanæ gloriæ, principatusq; gratiâ, falsas vel novas opiniones gignit.* Et sic quia Hæretici aucupantur sibi famam, & gloriam per sua scripta, justè eorum lectio prohibetur: ut in hoc ipso, in quo peccant, puniantur. Adeò, ut eorum libri damnentur non solùm, si de fidei materia tractant, sed etiam si de indifferenti, & non periculosa aliàs: sufficitque ad hoc, ut aliquis liber censeatur prohibitus, esse alicujus Hæretici, de quacunque interim materia tractet, ut 7
videre est in indice Trid. & cum aliis notat Asor. *1. p. inst. lib. 8. quæst. 14. cap. 16.* Et quòd ità sit, quòdque libri Hæreticorum sint prohibiti non tantùm propter hæresim, sed etiam ad pœnam, patet: quia non solùm prohibentur libri ab illis editi, si tractant de Religione, sed etiam quicunque alii indifferentes, qui cùm non possint dici prohibiti ob hæresim, sanè dicentur in hunc ordinem redacti ad pœnam, aliàs permitterentur saltem eo modo v. g. quo permittuntur libri Gentilium, Ciceronis, Plutarchi, Aristotelis, & similium.

Tum quia nemo potest sine temeritate & præsumptione dicere, se esse extra periculum, & non posse perverti ex lectione librorũ prohibitorum. Nam constat primò, de contrario, in multis aliis, & eos (licèt aliàs viros graves & moratos) fuisse perversos ex lectione malorũ librorum, in omni materia, Hæresis, Amorum, Magiæ & *c. humani* autem *à me nihil alienum.* Deinde illa persuasio Caramuelis, quòd non sit pervertendus ex lectione libri hæretici, non potest fundari, nisi vel in certitudine propriæ firmitatis in fide, vel in præsumptione divinæ gratiæ

† Vivo dari non potest, nosse quod fugias; atq; ideo non legentes incongrua, in culpam veniunt, &c sequentes. Hormis. Papa epist. ad Possessor. Episc.

tiæ adfuturæ, si contingat tentari ex tali lectione; utrumq; autem non potest dici nisi cum temeritate, quis enim cum Deo pactum iniit, de suppeditanda gratia in tentatione? quis se dicat non posse à fide excidere, nisi hæretici ipsi? qui tamen nec unibram illius habent; Rursus si hanc doctrinam liceret admittere, quàm multa amabò absurda inde sequerentur. Nã sicut in materia hæresis, sic & in omni alia fas esset eam applicare, & sic quemadmodum Caramuel putat, se non lapsurum ex lectione librorum hæret. sic juvenis potest eodem modo sibi persuadere, se non lapsurum legendo libros amorum, se nõ pervertendum à malis sociis &c. Et tamen clamat Sap. *Si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. Prov. 1.* Et iterum: *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccli 13.* Vide Dian. *to. 11. tract. 1. res. 1.*

8 Nota *quartò*, quòd librorum prohibitorum duo sunt genera, alii enim prohibentur in Bulla Cœnæ Domini, alii in indice Trid. Et omnes quidem sub excõmunicatione, verùm excommunicatio prohibitorum in Bulla, reservatur Papæ. Non tamen prohibitorum in indice, ut inter alios observat Becan. *in comp. controv. lib. 5. cap. 11.* & Asor. *1. p. inst. lib. 8. cap. 16. quæst. 5.* Unde in contingentia casus, non sufficit, pœnitentem se accusare de lectione libri prohibiti, sed debet vel eum nominare, vel dicere ubi sit prohibitus, ad hoc ut possit Cõfessarius discernere, si possit dare absolutionem, necne.

CAPUT XVI.

Circa Matrimonium.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt dispensare cum iis, qui clandestinè contraxerunt Matrimonium.*
Ubi, & quo casu? ibid.
2 *Regulares possunt dispensare cum illis, qui [illegible] traxerunt cum impedimento criminis.*
3 *Item cum iis, qui in primo gradu affinitatis.*
4 *Et tunc non est opus, iterum adesse testes.*
5 *Quando conjugati non possunt separari sine [illegible] dalo, & non patet accessus ad Papam, [illegible] Episcopus cum illis dispensare.*
6 *Item & Regularis.*
7 *Quando dispensatio ad matrimon. fuit [illegible] subreptitiè, potest Episcopus dispensare partibus.*
8 *Item & Regularis.*
9 *Regularis potest dispensare cum coniugatis voto simplici castitatis, ad petendum reddendum.*
11 *Per hoc tamen privilegium non extin[illegible] votum, sed suspenditur.*
10 *An alter conjux possit per se illud irrit[illegible]*
12 *Regulares possunt dispensare cum conjug[illegible] cestuosis, ad pet. & red.*
13 *Hoc impedimentum contrahitur etiam [illegible] rante, & quare.*
12 *Sed non habet locum, nisi intra 1. & 2.*
15 *Si affinitas fuit contracta ante Matrim[illegible] quid faciendum.*
16 *An ad affinitatem requiratur utrinq; [illegible] nis seminatio.*
17 *Et an consurgat uno seminante post [illegible] in diverso actu.*

GRegor. XIII. concessit Societ. [illegible] pro partibus Ultramontanis [illegible] 1576. die 6. August. in quibus decret[illegible] Trident. de irritandis clandestinis nup[illegible] fuit promulgatum, sed ab aliquibus [illegible] servatum, qui tamen induci non poss[illegible] ut iterum publicè contrahant; facul[illegible] tem illos absolvendi in foro conscien[illegible] & cum ipsis dispensandi, ut iterum co[illegible] trahant. Cyprian. Ciouress. *in Regul. Sc[illegible] Ti Francisci cap. 7.*

Idem Greg. eidem Societ. concess[illegible] facultatem dispensandi cum illis, [illegible] contraxerunt cum impedimento crim[illegible] nis:

vis: & qui non putabant esse illicitum, dare fidem de Matrimonio ineundo, post mortem conjugis, ea adhuc vivente, (etiam si copula intercesserit) Cyprian. *ibid.*

3 Leo X. concessit Augustin. facultatem dispensandi cum illis, qui in primo gradu affinitatis contraxerunt, ut de novo contrahant, modò casus sit occultus Roffens. *in lib. de causa matrim.* Et post ipsum Chass. *tract. 5. cap. 5. prop. 4.* ubi nota, quòd Diana *to. 11. tr. 2. res. 27.* hoc privilegium improbat, & in dubium revocat. Verum sine fundamento, & cum sola sui nominis authoritate videatur illud velle tollere, non dubitabo ego longè alteriùs nominis & authoritatis Roffensem sequi, seu in illo astruendo usum licitum defendendo. At quando sic dispensati iterum contrahent, opus ne, ut in præsentia Parochi & testium? Respondeo, quòd nõ, & sufficere, quòd prima vice (licèt invalidè) coram ipsis contraxerint. Aliàs casus redderetur ex occulto publicus.

Et tacita voluntate Sum. Pontificis, potest Episcopus dispensare in impedimento dirimente occulto, si Matrimonium non potest dissolvi sine magno inconvenient. & non patet accessus facilis ad ipsum Sum. Pontif. Gloss. Alex & Host. *c. quanto de consang.* Cucch *lib. 2. const. mor. 7.* Candid. *disquis. 28. de matr.* Bauny. *de sup. matr. non dirim. qu. 1.* Leand. *to. 2. de sacram. tr. 9. d. 24. qu. 7.* Dicastill. *to. 3. de Sacram. tr. 10. d. 8. dub. 4.* Et Diana. *to. 11. tr. 8. res. 3.* At cum probabiliter dixerim, ubi de potestate absolv. & disput. posse Regulares absolvere & dispensare in omnibus in quibus hoc permittitur Episcopis, an eum in hoc casu? Arbitror ego, posse eos probabiliter sustineri propter rationes & authores *ibi allegatos.*

Item quando dispensatio ad cõtrahendum fuit contra obtenta à Papa per subreptionem, posse Episcopum dispensare cum partibus: seu confirmando dispensationem Pontificiam indulgere, ut in suo Matrimonio permaneant, docent Gloss. Host. & Alex. *supra cit.* Bauny item *citat.* Quod probabile affirmat Pont. *lib. 8. de matr. cap. 13* Non improbabile Diana *to. 11. tr. 8. res. 3.* Et ego eadem probabilitate, Regularibus cõpetere puto, per eadem principia, de quibus supra, quia quod Episcopis circa dispensationes, hoc Regularibus attribuitur, & maximè in occultis. † 8

Jul. II. Martin. & Pius V. concessere 9 Monasterio & Congreg. S. Bened. Vallisol. facultatem dispensandi cum conjugatis, voto simplici castitatis adstrictis, ad hoc, ut possint petere, & reddere debitum. Leand. *de Sacram. to. 2. tr. 9. d. 24. q. 17.* Dicastill. *de Sacram. to. 3. d. 8. tr. 10. dub. 4.* Capuccin. *in annot. ad Cæsar. v. dispensatio.* Chass. *tr. 5. cap. 5. prop. 2.* ubi pro hoc citat Vegam Sayr. Sanch. & Portel. Hurt. *d. 26. de Matrim. dis. 2.* Ubi suæ Societ. idem concessum asserit Diana *to. 11. tr. 8. res. 4.* ubi ait, Pium V. idem concessisse Minoribus. Sanch. *to. 2. de Matr. lib. 8. d 16. n. 3.* Miranda *in man. qu. 47. art. 2.* & Roder. *to. 1 qu. 63. art 8.* ubi dicunt, idem concessum Ordinibus mendicantibus.

Nota verò circa hoc privilegiũ, quòd 10 votũ, de quo loquitur, debet fuisse emissum ante Matrimonium, nam si ipso stante, & alter conjux fuit insscius, potest seipso illud irritare, si verò fuit conscius, & consensit, licèt aliqui dicant, posse etiam hoc casu illud irritare, & cõsensum suum revocare, probabilius tamen mihi videtur, quòd non potest, quia per illũ abdicavit jus omne quod in voventem potuit habuisse, & quod sibi reassumere non potest.

Nota *secundò*, per hoc privilegium dari 11

† cap. fin. 23. qu. 2. quod est Concil. 5. Tolet. 7.

po-

potiùs facultatem suspendendi votum de quo loquitur, quàm absolutè in illo dispensandi. Nam si obligatus tali voto, supervivat suæ conjugi, nõ potest ad secundas nuptias transire, per *c. quidam intravit. & c. fin. 33. q. 2. cap. ex parte. de convers. conjug.* De quo debet moneri. † Imò si stante Matrimonio sua conjux fornicata sit (attento, quòd hac ratione amisit jus omne ad debitum) debet ipse se ab illa separare, & voto suo satisfacere, nec potest se cum illa reconciliare ad effectum carnalis cõmercii, sicut non posset secundò nubere si illa esset mortua, sin autem, peccabit prima vice, qua ei copulabitur, sicut peccavit, quando primùm eam cognovit. Vel si casus sit occultus, debebit dispensationem sibi petere, secundùm dicta in superioribus.

12 Jul. II. concessit Congreg. Vallisol. & Pius V. Minoribus facultatem dispensandi cum conjugatis incestuosis, ad petendũ & reddendum debitum. Bullar. Vallisol. *privil. 74.* Lamas. *in meth. p. 4. c. 3. §. 8 & 9.* Cruz *in epit. lib. 2 cap. 6.* Mirand. *in man. to. 1. q. 47. a. 1.* Capuccin. *in annot. ad Casar. v. dispensatio.* Quod suæ Societ. concessum etiam affirmat Gasp. Hurt. *d. 26. de matrim. dis. 2.* Sed non dicit à quo Pontifice, unde arbitrarim, quòd per cõmunicationem.

13 Nota autem 1. quòd Portel. *v. ignorantia. n. 29. in addit.* Auson. *in sum. eod. v. n. 7.* Graph. & alii, quorum opinionem probabilem putat Lud. Mol. *to. 6. de iust. tr. 5. d. 71. n. 9.* Ad hoc etiam Sot. allegans, docent conjugem incestuosum, qui ignorabat pœnam privationis juris ad debitum, non indigere dispensatione, quia ignorantia pœnæ excusat ab illa incurrenda, verùm quamvis hæc doctrina habeat locum in censuris, non tamen generaliter in omnibus aliis casibus, & maximè in isto, in quo incestuosus non prohibetur cognoscere suam conjugem, per modum pœnæ, sed propter affinitatem, quam per incestum cum illo contraxit, & quæ et copula (etiam legitima) suâ naturâ semper consurgit, sive semper is qui ad feminam accedit, hoc sciat, sive ignoret.

Jure tamen novo Trident. *sessione 24. cap. 4.* affinitas contracta per incestum non impedit conjugatos à petendo & reddendo debito, nisi intra primum & secundum gradum. At si illa esset contracta ante Matrimonium, tunc non possent partes dispensari virtute supradicti privilegii seu ad debitum, sed manendum in suo Matrimonio, quia facto nullum est, sed deberent separari saltem quoad thorum, & remitti ad pœnam eo ordine & modo quo saluti expediret consuleretur, & scandalum vitaretur. Sic monet Portel. *v. confessar. dispensans.* At virtute alterius privilegii Leonis de quo supra ex Rosset. poterunt ab aliis Regulari sibi necessariam dispensationem accipere, si casus est occultus.

Nota *secundò*, quòd supposita doctrina communi, affinitatem non contrahi per veram effusionem seminis intra, à natura ordinatum, nõ convenit tamen inter DD. An sit opus, utrumque hominem seminare in copula. Nam ut in *divinæ. 27. quæstion. 2.* Papa dicit, *non propinquitatem, quod nullam facit seminum commixtionem*, ergo non sufficit alterum seminare, quia tunc nulla sit cõmixtio, cõfirmatur, quia affinitas non potest ex copulam contrahi ab uno solo, sed aliter consurgit seu resultat in utroque consequentiam ipsius copulæ, ergo exigitur in viro seminatio ad illam contrahendam, sic & in femina. Cõfirmo, quia illa sola copula generat affinitatem per quam vir fit una caro cum femina.

† Leo Papa epist. 90. ad Rust. Narbon. Episc. Resp. 11. sum. in Armil. v. votum. num. 10.

At duo
dere &
igitur h
utrumc
comm
firmat
semin
minis
gonor
quòd ju
nu loqu
nonem,
tur vel
tant fem
parcend
debent
materia,
ideo cor
consurg
ne, & li
judicet
fem tam
an. Rem
Verricel
to. 11. tr.
illam pr
cap. 76.
Perez.
legit. in
mm. Et
mon. de
genitia v
feminal
veruti
sed in
Qu
antequ
sola te
mione
† M
Bauciu
3. d. 22.
kk. 1. tra
At d

At duo non possunt fieri unum, nisi effective & actualiter ponantur in esse, quia igitur fiunt unum in semine, necesse est utrumque suum exhibere, ut ex eorum commixtione resultet illa unitas. Confirmatur, quia si sufficeret solum virum seminare, sufficeret æquo jure, si sola femina seminaret, at hoc nemo admittit, ergo nec illud admittendum. Neq; obstat, quòd jura vel authores, qui de hac materia loquuntur, nõ faciunt ordinariè mentionem, nisi solius viri, nam sic loquuntur vel secuti opinionem eorum, qui putant feminas non habere semen, vel ad parcendum earum pudori, sufficienterq; debent intelligi locuti de femina, in hac materia, quando de viro egerint. Atque ideo concludendo censeo affinitatem nõ consurgere nisi ex utriusque seminatione, & licèt hanc doctrinã improbabilem judicet Pont. *lib. 9. de matr. c. 10.* probabilem tamen affirmat Sanch. *lib. 3. de matr. d. 21.* Remig. *in pract. confess. tr. 2. cap. 6. §. 9.* Vericell. *in qq. legal. tr. 4. q. 27.* & Diana *to. 11. tr. 5. res. 26.* † Absolutè veram, qui illam profitentur. Lud. Lopez *1. par. instr. cap. 30.* Gasp. Hurt. *de matr. dis. 1.* Martin. Perez. *de matr. d. 31. sect. 1.* Martin. à S. Joseph. *in monit. confess. to. 1. lib. 1. tr. 34. de matrim.* Et non pauci Canonistæ in *6. fraternam. de eo qui cogno. cons. uxor.* In contingentia verò casus, præsumitur uterque seminasse, & secundùm hoc, in foro externo judicanda est affinitas contracta, sed in interiori, stabitur eorum dicto. *

17 Quòd si vir seminavit, & se retraxit, antequam seminaret femina, quæ deinde sola se tactibus excitavit, tunc in opinione eorum, qui tales tactus (immediatè post copulam) licitos dicunt, quasi sint ipsius copulæ complementum) dicetur etiam affinitas consurgere ex tali seminatione, quia sicut dicitur copula in ea completa, ita & commixtio, ex qua resultat una caro. Sed in opinione magis communi eorum, qui tales tactus illicitos faciunt, secus erit dicendum: & quòd sicut illa feminæ seminatio, non spectat amplius ad copulam, sed est actus dinstinctus, & peccatum mollitiei, ita nec censebitur per ea eam fieri commixtio, quæ affinitatem generat.

† Vide Boer. p. 2. decis. q. 241. num. 7. & 8.

* Bonacin. to. 1. q. 4. de matr. p. 6. prop. 2. nu. 15. Bauciens to. 2. opusc. 1. tr. 88. Leand. de sacr. to. 2 tr. 9. d. 21. quæst. 41. Martin. à S. Ioseph in menit. to. 1. lib. 1. tract. 31. de matr.

CAPUT XVII.

Circa Missas.

§. I.

De tempore concesso ad celebrandum.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt dicere Missam ante auroram.*
3 *Et etiam statim post mediam noctem.*
5 *Quod privilegium non est abrogatum.*
7 *Imò secluso privilegio est licitũ, subsistente causa.*
4 *Secus, nulla subsistente & 6.*
6 *Ratio, quare regulariter Missa non dicatur nisi post auroram.*
8 *Regulares possunt dicere Missam post meridiem.*
9 *Etiam in tribus horis post.*
11 *Quod est licitum etiam secluso privileg. Et quare ibid.*
12 *Nõ excusatur à peccato, qui sine legitima causa dicit Missam aut nimis tardè, aut nimis citò.*
13 *Quæ horæ debitæ pro dicenda Missa.*
13 *In computanda media nocte, vel meridie, non est scrupulosè attendendum horologiis.*

EUgen. IV. concessit Monasterio S. Bened. Vallisolet. Sixt. IV. Minorib. Innocent. VIII. Dominican. Pius V. & Gregor. XIII. Societ. Jesu. facultatem celebrandi una hora ante diem. Bullar. Vallisol. *priv. 46.* Roder. *to. 1. bull. in orac. Innocent. 8. & to. 2. Bulla 22. Greg. XIII.* Casar. 1

v. Missa 2. Capuccin. *in annot. ad idem v. 3.* & Asor. *1. p. inst. lib. 10. cap. 25. quæst. 4.*

2 Alex. VI. concessit Patribus Congreg. Vallisolet. facultatem celebrandi duabus horis post mediam noctem, B. quæ incipit: *Sane merita.* Et est ordine 117. in Bull.

3 ejusd. Congr.

Martin. V. concessit eidem Congreg. Vallisol. Gregor. XIII. Cassin. Innocent. VIII. Augustin. & Leo X. Minoribus, ut statim post mediam noctem possint celebrare. Bull. Cassin. *const. 219.* Casar. & Capuccin. *supra cit.* Suar. *to. 3. in 3. parte d. 8. sect. 4.* Asor. *supra cit.* Bauny *in Theol. mor. tr. 10. de Sacram. q. 13,* & Celest. Suess. *in comp. Theol. mor. tract. 8.*

4 Hîc autem nota primò, S. Concil. Trident. Congreg. *sess. cap. 9. in decret. de celeb. Miss.* declarasse, non esse licitum, celebrare ante diem, virtute privilegiorum obtentorum ante dictum Concil. De quo Garc. *in tract. de benef. p. 3. cap. 2.* & Barb. *in collect. Bull. v. mendicantes.* Vnde ego infero, licitum esse per privilegia dicto Concilio posteriora Pii V. & Greg. XIII. Imò & per omnia alia supra relata, cùm dicta declaratio non sit sufficiens ad derogandum illis.

Nota secundò, quòd regulariter quidem nemo debet celebrare ante diem, *necesse est & cap. nocte Sancta. d. 1. de cons.* Ubi Gloss. assignat rationem, nempe quia Sa-

6 cramentum Eucharistiæ, quod in ea conficitur, spectat ad tempus gratiæ per diem significatum, juxta illud *Rom. 13. nox præcessit, dies autem appropinquavit,* unde Fum. *in Armil. v. Missa.* & Navarr. *in man cap. 25. numer. 85.* putaverunt esse mortalia ante diem celebrare. Attamen idem Navarr. *ibid.* agnoscit, in multis locis con-

7 trariam consuetudinem invaluisse. Et secluso omni privilegio licitum dicit Gloss. *cap. fin. de privil. in 6.* Quanto autem tempore ante ortum solis liceat id facere sine privilegio, non convenit inter D[illegible] Nam aliqui licitum dicunt, una hora media ante, ut Marchin *de Sacr. Ord. p. [illegible] tr. 3. cap. 7.* Joan. de la Cruz *in direct. p. [illegible] Sacr. Miss. qu. 2* Henriq. *de Miss lib. 9. ca[illegible]* Laym. Rodriq. &c. Alii etiam tribus horis ante, ut Suar. *to. 3. in 3. par. d. 8. sect.* Lamas in *meth. p. 3 cap. 5. §. 18.* Vivald. *de Sacram. altar. num. 151.* & Pitigian. *d. [illegible] q. 2. ar. 4.* Ac demum alii, ut Vitor. *[illegible] de Euchar.* id licitum affirmant statim post mediam noctem, & ita evidenter colligitur ex *cap. Solent. d. 2. de cons.* Cui licet rogatum esse per contrariam consuetudinem dicat Gasp. Hurt. *d. 4. de Sacr. [illegible] dis. 4.* praxis tamen aliud docet.

Innoc. VIII. concessit Dominicanis Hispania facultatem celebrandi una hora post meridiem. Eugen. verò IV. [illegible] tam fecit Cassin. celebrationem usque horam nonam inclusivè, quæ extendit usque ad tertiam post meridiem. Rod. *to. 1. bull. in orac. Innoc. VIII.* Casar. *v. [illegible] sa secundo.* & Bullar. Cassin. *const. 58 &* [illegible]

Nota, quòd secluso omni privilegio licitum est incipere Missam in ipsa meridie secundùm Fernand. *in exam. p. 3. cap. [illegible] §. 14.* Aut uno quadrante post, secundùm Asor. *to. 1. inst. lib. 10. cap. 25.* Aut media horâ post, secundùm Fagund. *de Eccl. p[illegible] cep. p. 1. lib. 3. c. 17* Henriq. *lib. 9. de Miss. [illegible] 24.* Marchin. *de Sacram. Ord. tr. 3. par. [illegible] c. 7.* Aut tribus quadrantibus post, secundùm Bonac. *d. 4. de Sacr. quæst. ult. p. 9. [illegible]* multò post ipsum meridiem, ut vult [illegible] ann. Andr. *in cap. 1. de celebr. Miss.* Aut tertiam tribus horis post, secundùm Navarr. *in man. cap. 25. num. 85.* & Salzedo *pract. crim. 46.* Vivald. Fernand. & Lamas. Tum quia nusquam id invenitur prohibitum; Tum quia adhuc illâ hora Christus patiebatur, & sic licitum videtur offerre illa eadem hora hoc sacrificium

cium incruentum, institutum ad repræsentandum illud cruentum, & ita frequẽter se fecisse, ait Navarr. *loco cit.* cùm peregrinaretur, & Festum de præcepto incideret, unde *ibid.* infert, supra memorata omnia privilegia non fuisse necessaria, sed esse data ad obviandum scrupulis.

12 Verum adverte circa ejusmodi opiniones, de celebrando ante auroram, aut post meridiem, sive multum temporis intercedat, sive parùm, quòd sic semper debent intelligi, ut Doctores, qui illas adstruunt, hoc non permittant, nisi vitato omni scandalo, & ob aliquam causam rationabilem, quæ eò magis gravis debet esse, quò magis intempestivè Missa dicitur, Aliàs non excusarem Sacerdotem à peccato, nam in Trid. *sess. 22. cap. 4.* jubentur Missæ dici *horis debitis*. Debitæ autem 13 sunt, quas consuetudo universalis Ecclesiæ observat, & quæ in rubricis Missalis præfiguntur: nempe eæ omnes quæ ab aurora usque ad meridiem continentur. Verum nec circa meridiem, seu horam 14 observandam, adeò scrupulosum vellem esse sacerdotem, nam cùm Horologia admodùm inæqualiter currant (ut licet observare in civitatibus, in quibus multiplicatur plura) sufficit bono modo æstimare meridiem in tali occasione, ne dicamur plùs delirare, quàm ipsa Horologia.

§. II.

De loco concesso ad celebrandum.

SUMMARIUM.

1 *Regularis infirmus potest curare sibi dici Missam in sua camera.*
2 *Regul. possunt divina celebrare in arcibus tempore belli.*
3 *In castris.*
4 *Et ubicunq; fuerint.*
5 *Etiam in Cameris secularium, aut plateis civitatum. 6. 7. & 13.*
8 *Aut Ecclesiis interdictis.*
9 *Non tamen in pollutis.*
10 *Hæc privilegia putantur à Trid. sublata veriùs, quòd non, & 11.*
14 *Et explicatur Concilium.*
12 *Episcopi non possunt impedire Regulares, ne utantur dictis privil.*
15 *Episcopi possunt dare licentiam celebrandi extra Ecclesiam, non tamen hoc permittere per modum privilegii.*
16 *In necessitate licitum celebrare extra Ecclesiam, etiam non habita permissione Episcopi.*
17 *Et in casibus diversis.*
18 *Imò ex sola devotione.*
19 *An licitum celebrare in mari.*
20 *An in Ecclesia polluta.*

PIus IV. concessit Canonicis Lateran. 1 ut absque ulla licentia Ordinarii, possint in infirmitate curare, sibi celebrari in suis cameris, & ibi Sacramenta recipere, Compend. privil. Fullien. & Barnabitarum. *v. infirmi.* & Marchin. *de sacr. ord. par. 3. tr. 3. cap. 9.*

Urbanus V. concessit Cistercien. fa- 2 cultatem celebrandi officia divina, & Missam etiam in arcibus, ad quas tempore belli se recipiunt.

Gregorius XIII. cum derogatione 3 Trident. concessit Patribus Societ. Jesu, ut in suis missionibus possint ubique celebrare, etiam in castris, aut in domibus suis, in Oratorio à Provinciali designando.

Honorius III. concessit Dominican. 4 & Minoribus, ut ubicunque fuerint, possint super Altari celebrare extra Ecclesiam, & locum sacrum; de quo in *cap. in his. de privil. & gloss. cap. fin. eod. in 6.* Et sic est privilegium juris.

Item iisdem Minoribus concessere Sixtus IV. & Alex. VI. ut possint celebrare ubique, etiam in cameris sæcularium, seu plateis civitatum, dato quòd non videantur loca inhonesta, eò quòd in ejusmodi cameris dormiunt coniugati: vel talibus plateis exercentur multa profana.

6 Item Urbanus IV. dedit Carmelit. facultatem celebrandi in quovis loco honesto, coram Prælatis & Magnatibus, à quibus de hoc rogabuntur. Sixtus verò
7 IV. extendens gratiam in eorum mari magno, concessit, ut possint celebrare ubique & coram quibusvis personis.

8 Clem. VII. concesit Carmelit. Leo X. Minorib. Alex. V I. Monachis Mõtisserrati Eugen. IV. & alii Põtif. Cassin. facultatem celebrandi in locis interdictis, aut in quibus cessatur à divinis: modò ianuis clausis, expulsis excommunicatis, nõ pulsatis campanis, & ipsi causam interdicto non dederint, de quo vide, ubi de privil. circa obser. interd. Supra memorata verò omnia referuntur à Bullar. Cassinens. *const. 355.* Roder. *tom. 1. qq. regul. 43.* Casar. *v. Altare. & v. Missa.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. cap. 5.* Gasp. Hurt. *d. 4. de Sacrif. Miss. dis. 6.* March. *de sacr. ord. p. 3. tr. 3. c. 9.* Dian. *tr. 2. dub reg.*

9 Nota primò, quòd cùm privilegia non extendantur extra casum, ideo licèt per hæc concedatur facultas celebrandi in loco profano, aut Ecclesia interdicta, non tamen licet virtute eorum celebrare in polluta, quia aliud est Ecclesiam esse interdictam, aliud esse pollutam, & in contingentia casus, minus esset inconveniens celebrare sub dio, & in loco profano, quàm in Ecclesia polluta.

10 Nota secundò circa eadem suprememorata privilegia, quòd Trid. *sess. 22. c. 9. in decr. de cel. Miss.* videtur illa revocare, & de facto revocata putant Laym. *supr. cit.* Mirand. *in man. to. 1. q. 28. a. 3.* Barb. *de off. & pot. ep. p. 2. all. 23.* & Cõfett. in *sum. mar. magni.* Attamen ego adhuc valere arbitror cum Dian. *4. p. tr. 4. miscell. res. 106.* Cherub. *to. 1. in schol. 2. Bull 4. Clem. 4.* Petr. de Ledesm. *de Euch. c. 20. concl. 2. dub 4.* Rode. *to. 1. q. 28 a. 3.* Cruz *in epit. lib. 2. c. 5. dub.* Et Marsil. *in remiss. ad Trid. c. 9 cit.* Quod probabile putat Marchin. *de sacr. ord. p. 3. cap. 9.* Tum quia post Tridentinum fuerunt concessa aliquibus Ordinibus & aliis confirmata. Tum quia Trid. illa non revocat absolutè, sed solùm mandat Episcopi prohibeant, ne quis celebret extra loca sacra; unde Marchin. Cruz, Ledesm. & Marsil. citati, inferunt, quòd tem licitum erit, quamdiu non prohibuerint. An verò possint prohibere gularibus, habentibus ad hoc privileg Apostolica? S. Congr. Cardin. ad *c. 4.* declaravit quòd non, in hæc verba: *tatem celebrandi in privatarum domorum toriis ab Apostolica Sede emanatam, Episcopi impedire non potest.* Unde ego infero, Regulares uti prædictis privilegiis & cundùm ea celebrare extra Ecclesiam non tantùm dum non prohibent Episcopi, ut dicunt Authores citati, sed etiam prohibeant. Tum quia Trid. illo suo decreto, non voluit derogari juri cõmuni & scripto: privil. autem Honor. III. quo supra, & quod cætera omnia virtuter continet, cùm sit insertum corpori Juris, sortitur ejus naturam, & non fuit mens Concilii, illi derogare. Quod confirmatur, quia Sacra Cong. Congreg. an. 1591. die 9. Dec. declaravit concilium non derogare *cap. fin. de priv. in 6.* Est autem par ratio de *c. in hu* Ergo sicut non derogatur illi, ita nec Imò quamvis Sixt. V. & Alex. VI. in privilegiis de celebrando extra locum crum, excipiant cameras, in quibus dormiunt

15 niunt conjugati, & plateas, in quibus exercentur profana: quia tamen hæc exceptio nõ fit in *cap. in his cit.* ideo poterunt Regulares celebrare in dictis cameris & plateis, non virtute dictorum privilegiorum, sed dicti capitis & juris cõmunis, cujus est, modò adsit causa sufficiens, & excusans irreverentiam. Et ita tenet Sot. in *4. d. 13. qu. 2. a. 3.* Et Roder. *t. 1. quæst. 43. ar. 5.* 14 ad Trid. verò Resp. illius intentionem tantùm fuisse, tollere abusus, ut notat Asor. *p. 1. inst. lib. 10. cap. 26. quæst. 6.* nempe eorum, qui sine ulla licentia, aut justa causa præsumebant celebrare extra Ecclesiam, aut qui prætendebant, se ad hoc habere li-
15 centiam perpetuam ab Episcopo. Nam licet pro occurrentia casus, possit Episcopus hoc permittere, non tamen dare privilegium perpetuum ad illud, ut docent Asor. *cit. qu. 3.* Marchin. *de sacr. ord. p. 3. tr. 3. cap. 9. n. 3.* Navarr. *cons. 1. de const. & 16. de privil.* Et Bonac. *d. 4. de sacram. quæst. ult. p. 9.* Et ita à S. Card. Cong. sæpiùs rescriptum testantur Marchin. *cap. 9. cit. nu. 7.* & plures alii, quos *ibi* allegat.

16 In necessitate verò, & suadente aliqua causa honesta, etiam sine licentia Ordinarii, licet celebrare in aliqua Capella Ecclesiæ dirutæ, aut ad portam, seu atrium parvæ Ecclesiæ, sub dio seu aëre aperto, in campo, platea *&c.* Et ita docent Ledesm. Asor. & Marsil. *cit.* Navarr. *lib. 3. cons. 7. de obl. Miss.* Sot. *in 4. d. 13. quæst. 2. ar. 3.* Gasp. Hurt. *d. 4. de sacrif. Miss. dis. 6.* Sà *v. Missa nu.* 20. Armil. *eod. v. n. 4.* Et nonnulli Canonistæ *in cap. fin. de cons. Eccl.* Et ita permittitur *in cap. concedimus, & cap. sicut non alii d. 1. de cons.* Addit Hurt. id licitum, etiamsi necessitas non sit adeò urgens, & ita consue-
17 tudine receptum affirmat ex Vasch. & Ægid. Et hic v. g. in castris licet celebrare sub tentorio ad hoc ut milites audiant Missam. Aut sub dio in navigatione, quando navis appellit ad terram. Aut in processione, quando tenditur ad Capellam, quæ non potest capere populum confluentem. Aut tempore pestis. Aut quando Sacerdos novus celebrat suas Primitias *&c.* secundùm Fernand. *in exam. p. 3. cap. 5. §. 10.* Ubi citat. Tolet. Navarr. Sot. & Asor. Et Marchin. *cit* quia in talibus casibus adest intei pretativus consensus Papæ, seu Episcopi, Addit Ledesm. esse valde cõforme 18
juri, ut etiã ex sola devotione possit simplex Sacerdos sic celebrare extra locum sacrum, in campo, domo privata, grangia *&c.* quando ei non occurrit Ecclesia, quia *in cap. fin. de privil. in 6.* hoc conceditur Episcopis *in cap.* verò *cit concedimus*, omnibus Sacerdotibus absque distinctione necessitatis, vel solius devotionis. Et ita allegato eodem *c.* docet D. Tho. *3. par. q. 83. a 3. ad 1.* Quod ego nõ ausim improbare: modò ut ibi dicitur, irreverentia omnimodis caveatur, & aliæ circumstantiæ ad tantum mysterium requisitæ observentur.

De mari aut flumine, an liceat in eo ce- 19
lebrare, negant Asor. *quæst. 6 cit* & plures alii quos citat & sequitur Bonac. *de sacram. d. 4. qu. ult. p. 9.* Sed licitum faciunt Barth. ab Angel. *in dial de Missa §. 620* Graph. *1. p. decis. l. 2. cap. 42.* Scortia *de sacrif. Miss. lib. 2. cap. 13.* Durand. *in rat. lib. 4 cap. 1.* Laym *in theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap 5.* Et alii quos citat & sequitur Marchin. *c. 9 cit. nu. 14.* ubi refert, Clem. VIII & Paul. V. ita concessisse navigantibus in Indias. De Ecclesia polluta idem dicit ex D. Tho. & Suar. Marchin. *in cap. 10.* atque de domo privata, aut loco profano, & licere in ea celebrare subsistente aliqua causa honesta, v. g. ad hoc ut populus pagi audiat Missam in die Festo, vel ad cõmunicandum infirmum: & hoc cum sola licentia Episcopi, vel etiam sine illa, quando urget casus; sed ego in superioribus dixi, mihi videri sa-

tius

tiùs celebrare in loco simpliciter profano, quàm in Ecclesia profanata, seu polluta, quia locus profanus non est execratus, nisi negativè, Ecclesia verò polluta positivè, ob memoriam autem criminis majorem horrorem generat locus positivè per illud pollutus, quàm alius solùm negativè non Sacer. (*)

§. III.

De Missis, quæ ex obligatione celebrantur.

SUMMARIUM.

9 *Regulares habentes obligationes Missarum, satisfaciunt per 9. collectas 1. & 2.*

3 *Prælati Regularium possunt reducere onera Missarum.*

4 *Et onus unius debet reduci ad 50. scuta.*

5 *Hæc reductio non intelligitur de Missis impositis, in limine fundationis Ecclesiarum.*

6 *Onera imposita beneficiis in fundatione, sunt semper in individuo implenda, & ab omni dispositione excepta.*

7 *Explicatur Trident: ni decretum sess. 25. cap. 4. de ref.*

8 *Privilegia de reductione Missarum, an intelligenda de Missis, solùm ante eorum concessionem receptis.*

9 *Privileg. de reductione, extenduntur etiam ad officia, & alias obligat.*

10 *Reductio Missarum potest fieri extra visitationẽ.*

11 *Illicitum recipere Missas cum intentione petendi reductionem.*

12 *Parvæ eleëmosinæ pro Missis pluribus, possunt conjungi, ut per unam Missam satisfiat omnibus.*

13 *Hujus privil. iustitia defenditur.*

16 *Revocatur tamen à S. Cong. & seq. usq; ad 22.*

14 *Licitum accipere pecuniam pro Missa, & quotum.*

15 *Illicitum anticipatè dicere Missam pro illo, daturus est eleëmosinam.*

16 *Decreta diversa S. Congr. circa celebrationem Missarum & seq.*

21 *Eleëmosina data pro Missa de Beata, non potest retineri, nisi celebretur de Beata.*

32 *Idemque dicendum de aliis Missis.*

33 *Aliqui contrarium tenent.*

34 *Et utraque opinio componitur.*

23 *Eleëmosina data pro Missa de Requiem, non potest retineri nisi dicendo de Requiem.*

24 *In die duplici, quod non sit de præcepto, dicitur Missa de Requiem, pro implendâ voluntate testatoris.*

31 *Et item Missa alia votiva, ex causa rationabili.*

27 *In Altari privilegiato non suffragatur, nisi celebretur de Requiem.*

24 *Non potest autem in eo celebrari de Requiem currente festo de præcepto.*

27 *Unde in tali die, vacat Altare.*

27 *Pro Missa dicenda in Altari privil. potest celebrari animabus defunctis indulgentia Benedict.*

30 *Verùs tamen, quòd non.*

36 *Missæ concessæ quibusdam Ordinibus, non possunt dici ab aliis.*

37 *Sed illarum loco debent dici votivæ, quæ sunt in Missali.*

38 *In fundationibus Missarum, Fundatores non recipiuntur à Regularibus, nisi ad partem sacrificii & 39.*

40 *Fundationes Missarum non debent recipi pro diebus in quibus potest satisfieri.*

41 *Et cum licentia Superioris.*

42 *Missarum obligatio potest transferri ad locum.*

43 *Fallit si obligatio est imposita ad locum, vel est specialis devotio.*

CLemens VII. concessit Carm. ut una Missa possint usque ad 9 collectas dicere pro totidem Missis debitis: per

(*) S. Gregor. lib 3. dial. c. 26. Maxamiano Abbate refert, ipsum in mari tempestate jactatum, corpus & sanguinem Christi sumpsisse simul cum omnibus qui erant in navi. Item & quosdam milites Homeritas, ante prælium communicasse in navi refert Baron. to. 7. ann. 523. nu 24. Qui anno 700. eod. to. n. 3. allegato exemplo sancti Vulfranni Frisiorum Apostoli qui item in navi celebravit, fuit id olim sanctis viris fuisse consuetum. Et Deo non displicuisse patet ex miraculo Patenæ, quod ibid. refert.

per illam unam satisfacere omnibus. Et Iul. II. ac Leo X. concessere Generali Mi-
2 norum, ut dum visitat aliquod Monasterium sui Ordinis, possit in eo Missas reducere ad certum numerum, sic ut pro singulis, solùm singulę collectæ dicantur, in unaquę que ad 9. per quas collectas tot Missæ sit satisfactum. B. *exposcit* Quæ est in Bull. Cassin. 349. Roder. *tomo 1. Bull. 28. in 2.* Passar. *lib. 1. privil. sui ord.* Capuccin. *in annot. ad* Casar. *v. Missa 3.* & Confett. *in sum. mar. magni* Concil. verò Trid. *sess. 25.*
3 *cap. 4. de Ref.* concessit Abbatibus & Generalibus Regularium, ut in suis capitulis possint ordinare super Missis fundatis in suis Ecclesiis, & ad certum numerum eas reducere, prout ad Dei gloriam, suæ conscientiæ meliùs visum fuerit.

4 Nota autem primò circa hæc privilegia, & reductionem, quam concedunt, quòd felic. recordat. Urban. VIII pro Minimis Convent. Januensis declaravit, onus perpetuum unius Missæ esse reducendum ad 50. scuta monetæ Romanæ, ut refert Peyrin. *in const. 5. eiusdem Vrban.* & post ipsum Marchin. *de sacram. ord. tract. 3. p. 2. cap. 20.*

5 Nota *Secundò*, hanc reductionem intelligendam esse de Missis successivè recepti, non autem de his, quæ in limine fun-
6 dationis alicujus Ecclesiæ, seu Capellæ sunt illi impositæ; quia conditiones, & obligationes impositæ alicui beneficio, vel Ecclesię in ejus erectione sunt semper in individuo implendæ; & censentur ab omni dispositione, & privilegio exceptæ. *Ratio est*, quia voluntas fundatoris habetur hic pro lege *arg. cap. ultima voluntas 13. quæst. 2. & § disponat auth. de nupt.* Et ita expresse dicitur *in cap. Eleutherius 18. qu. 2.* & docent Felin. *cap. cum accessissent de const.* Ancar. *cap. nos quidem de testam. Imol. eod. &* in clem. *quia contingit, de rel. dom.* Cardin. *eod.* Roch. *in rubr. de iure patron. §. pro eo* Barbat. *consil. 23. volum. 1.* Tusch. *litt. C. concl. 384.* Farin. *4. p. dec. pesth. 174.* Barb. *de off. & pot. ep. p. 2. alleg. 29. & in collect. Bull. v. Missa. secundo* Piasec. *in pra. p. 2. cap. 3.* & Graph. *1. par. decis. lib. 2. cap. 53.* Et ita anno 1573. die 7 Februar. sibi à Cardin. S. Congreg. responsum testatur Passar *in cap. 60 de remed. Miss.* Aç rursus eadem Sacr. Gongregat. in decretis suis *de celeb. Miss.* sancivit, & declaravit universaliter pro omnibus, Anno 1591. die 3 Mart. Ac iterum anno 1625. sub Urbano VIII. Unde ego satis dubito, an sint audiendi, qui contrarium docent, Navarr. *tomo 1. lib. 3. de celeb. Miss.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 22. litt. P.* Moneta *de comm. ult. volunt. cap. 5.* Marchin. *de sacram ord. tractat. 3. par. 2. cap. 19* & Fraxinell. *de obligat. Sacerd. sect. 7. num. 3.* Nec me movet eorum ratio, Concilium loqui generaliter, & sine exceptione, nam ut dixi onera imposita in limine fundationis censentur semper excepta, deinde sic Cardinales excipiendo declaraverunt illum locum. Et 7
hanc mentem Concilii fuisse patet ex ipso textu ejus decreti quod sic incipit: *contingit sæpe in quibusdam Ecclesiis, &c.* Ergo supponit Concilium, Ecclesias jam existentes, & fundatas, & consequenter loquitur de oneribus posteà illis impositis.

Nota *Tertiò*, Passar. Dian. *tract. de celeb.* 8
Miss. res. 2. Capuccin. *in annot. ad* Casar. *v. Missa 3.* & Confett. *in sum. mar. magni* tenere supramemorata privilegia esse intelligenda de Missis solùm receptis ante eorum concessionem, non de his, quæ posteà & maximè post Trident. Quin etiam Dian. *tractat. cit. res. 6.* contendit, sublata esse privilegia Jul. II. & Leon. X. per dictum Tridentin. *in cap. 4. cit.* Et ipsa Sac. Congregat. ita expressè declaravit, concessionem prædictam Tridentini intelligendam esse de Missis impositis ante ipsum

psum non de receptis posteà. Attamen omnes alii affirmant adhuc valere, & tam virtute eorum, quàm ipsius Trident. posse Prælatos reducere numerum Missarum, etiam postea receptarum, ita Gracias *in pra. ben. p. 7. lib. 2. cap.* 132. Petr. de Ledesm. *de Sacram. euch. cap. 18.* Marchin. *cap. 19. cit.* Barbos. *loco. item cit.* Navarr. *lib. 3. cons. 10. de cel. Miss. & lib. 5. cons. 3* Possevin *de offic. par. cap. 2. quæst. 9.* & alii.

9 Addit Vincent. de Marsil. *in remiss. ad cap. 4. Trid. cit.* Galerus *in margar. cas. cons. v. Missa* Barbos. Marchin. & Moneta citati illa eadem privilegia posse extendi ad officia mortuorum aliaque similia suffragia, ubi in majore numero inveniuntur.

10 Addit Navarr. *lib. 9. cons. 10. de celeb. Miss.* & Confett. citatus etiam extra visitationem posse Prælatos regulares hanc reductionem facere. Bene autem monet Navarr. non posse in hac parte delegare, neque ullam reductionem facere, sine magna necessitate. Et multò minùs lice-

11 re fratribus, ejusmodi obligationes in se suscipere, cum proposito petendi reductionem, & decipiendi fideles, à quibus suscipiuntur.

12 Leo X. concessit Minoribus, ut parvas eleëmosinas acceptas pro Missis, possint conjungere ad summam unius julii, & per unicam Missam omnibus satisfacere Capucc. *v. Missa 3.* Roder. *tomo 1. q. 43. a. 17.*

13 Nota circa hoc privilegium, & alia similia, quòd licèt improbentur à nonnullis tanquam injusta, & deceptoria. Navarr. tamen *cons. 3 de privil.* Bonac. *d. 4. de Sacram. euchar. q. ult. de sacrif. Miss. p. 8. prop. 1.* Cassaing. *tract. 8. capit. 1. prop.* 9. Barth. ab Angel. Confett. & plures alii apud ipsos, illa probant. Quia Papa tantùm supplet de bonis operibus Religionis, vel thesauro Ecclesiæ, pro illis, qui dant ejusmodi eleëmosinas, quantùm ipsi essent consecuturi per Missas quas voluerunt, ubi

Nota *secundò*, quòd cùm omnes concedant, posse Sacerdotem pro sua Missa accipere pecuniam, seu per modum eleëmosinæ, seu stipendii honorarii, seu titulo gratitudinis, seu pretii pro labore, seu compensationis pro sumptibus, in candelis, sacris vestibus, *&c.* Potest (etiam se-cluso privilegio) pro una Missa accipere tot stipendia, quot sunt illi necessaria ad victum illius diei, in quo Missam dicit, secundùm Sot. *lib. 9. de just. quæst. 3. art.* Can. *lib. 12. de loc. theol. capit. 13. ad 10.* T[illegible] bien. *v. restitutio.* Fernand. *in exam. par. cap. 5. §. 9.* & alios quos sequitur Marchin. *tract. 3 de Sacram. ord. par. 2. cap. 16.* pro modò non accipiat ad lautiorem victum sed strictum, & pauperem. Addit [illegible] Navarr. *2. de restit. cap. 2. num. 33.* Henr. *lib. 9 cap. 22.* & Arrag. *de iust. qu. 85. art.* posse accipere stipendia non tantùm ad victum illius diei, sed etiam ad vestitum & habitationem. Addunt Fernand. [illegible] Petr. Navarr. *cap. 2 item cit. nu. 314.* Sua *d. 86. sect* 1. & alii quorum Cordub. meminit *lib. 1. qu 4. dub. 2.* etiam pro sustentatione famuli, seu familiæ. Ac demum refert Henriq. *loco supra cit.* visum fuit [illegible] busdam Thomistis, maximè recētioribus posse illum accipere tot stipendia, quot sunt ipsi necessaria ad victum, vestitum, habitationem, famuli stipendium, alimenta, aut etiam familiæ, libros oportunos comparandos, & exolvenda debita. Idest ut summariè dicit Ledesm. *in tr. de euchar. cap. 18.* quòd Sacerdos Religiosus, aut Conventus pauper pro una Missa potest accipere duo vel tria stipendia ad providendum suis necessitatibus, seu ut ait Arragon. Petr. de Navarr. & alii duos julios, seu carlinos, aut [illegible] realia, sed cum illis solis non poterit providere omnibus, pro quibus tamen [illegible]

cipatè

cipiat celebrare, pro eo qui primus sequenti tempore daturus est eleëmosinã, licitum faciunt Henriq. Petr. de Navarr. Arragon. Vega. Reginald. Fraxinell. & alii, sed hanc doctrinam tanquam periculosam, scandalo obnoxiam, & ab antiquo more Ecclesiæ aberrantem S. Cardin. Congregat. habito verbo cum Sanctissimo reprobavit die 15. Novembr. anno 1605. cujus judicium meritò secuti sunt Barbos. Homobon Suar. Coninch. Molphet. Cordub. & communiter alii, quibus ego subscribo, quia fructus sacrificii, neque manet in suspenso post celebrationem neque ante ipsam applicatur.

16 Imò volens eadem S. Congreg. ab Ecclesia abusus & omnem speciem negotiationis in hac materia Missarum tollere, habito verbo cũ Sanctitate Vrb. VIII. an. 1625. die 21. Junii, sequentia decreta edidit, quibus voluit omnes tũ Regular. tũ seculares obedire & deferre sub obligatione peccati mortalis, & restitutionis ac obtestatione Divini judicii sublatis quibuscunque privilegiis contrariis quæ si (ut par est) admittantur, ruunt opiniones relatæ in notabili præcedenti.

17 *Primò.* Sacerdos celebraturus non potest accipere plura stipendia parva, ac deinde ipsis conjunctis ad taxam Diœcesis, vel ad necessitatem victus diei, unicam Missam dicere pro omnibus in communi, à quibus accepit illa stipendia, sed tot numero Missas debet dicere, quot sunt numero stipendia, de ita etiam monet Bauny *in theol. mor. tract. 10. quæst. 12.*

18 *Secundò.* Sacerdos accipiens pecuniam pro Missa: si ipse sibi ad hoc opus alium substituat, debet illi tradere totam pecuniam, quam accepit, nec potest sibi partem retinere etiamsi eleëmosina sit solito major Bauny *cit.* & Barbos. *de off. & pot. par. cap. 11.*

Tertiò. Administratores, seu Rectores 19
Ecclesiæ, magnæ devotionis seu magni concursus, non possunt accipere eleëmosinas pro Missis, nisi possint intra breve tempus illi satisfacere, vel nisi de hoc monuerint eos à quibus eleemosinas accipiunt, & ipsi consentiant, Bauny *cit.* & quem ibi allegat Lugo, & Barbos. *in coll. Bull. v. Missa 3.* & quos *ibi* citat Ledesm. & Villalob. dicentes non posse differri ejusmodi 20
Missas ultra 50. aut 60. dies, quos sequitur Marchin. *de sacr. ord. tract. 3. p. 2. cap. 31.* ubi ex diversis ait spacium duorum mensium esse modicum S. tamen Congregat. super hoc consulta, respondit *in una bonon.* nova onera Missarum posse recipi, si infra mensem possit anterioribus satisfieri nisi majorem celeritatem exigat, qui eleëmosinam largitur.

Quartò. Eleëmosina data pro Missa de 21
Beata in Sabbato, non potest lucrari, nisi dicatur, Missa de Beata; nec excusatur Sacerdos, si in Sabbato occurit Festum solemne: tunc enim si non potest suppleri per aliam Missa petita debet dimitti, & eleëmosina restitui: nisi is qui dedit, aliter consentiat & disponat. Quod utrumque jam ante Anno 1607. *Cal.* Septemb. S. Congregatio declaraverat, sed quia fortè non servabatur, iterum Anno 1625. ut dictum est, una cum aliis sancivit. Ex 22
quibus omnibus patet, opiniones omnes supramemoratas circa stipendia Missarum cessare.

Ita pro Missis defunctorum. S. Con- 23
greg. An. 1607. *Cal.* Sept. declaravit, quòd *Eleëmosina relicta pro celebrandis Missis, pro animabus defunctorum, licitè lucrari non potest, nisi celebretur Missa defunctorum.* Et rursus 24
eodem die ac anno. Ac iterum 20. Junii An. 1626. *Tolerari potest Missa de Requiem, in die Festo duplici quòd non sit de præcepto pro implenda voluntate defuncti.* Ad quod Barb-

de offic. & pot. par. parte prima capit. 11. n. 24. bene notat, quòd declaratio non dicit ad voluntatem vivorum, sed pro implenda voluntate defunctorum. Unde si Festum
23 de præcepto cadat in diem pro Altari privilegiato, non potest in eo dici de Requiem ex altera declaratione sub die 24. April. Anno 1627. Cujus *ibi* idem Barb. meminit, & Gav. *in enchir. Episcop. v. Missa.* Ad quod Auson. *in summ. v. Missar. stipend. num. 16.* allegat duas alias declarationes præcedentes, unam Anni 1601. & aliam Anni 1626. Et cùm sæpe nominata Sacr.
26 Congregat. anno prædicto 1601 die 1. & Jul. declaravit, quòd *in Altari privilegiato, debet celebrari de Requiem, sin minùs, privilegium non suffragatur, nec satisfit indulto.* Hinc collige, quòd occurrente Festo duplici, in die assignata pro Altari privilegiato, debet Altare vacare, & suspenditur privilegium, ita ut nec prosit, etiamsi
27 in illo celebretur de Requiem: quia ex alia declaratione *privilegium non censetur concessum, nisi pro diebus deputatis, & quando fas est in illis celebrare de Requiem.* Ita Auson. cit & Barb. *in coll. Bull. v. altare, & Missa. 5.*
28 Verùm, quia omnes illæ declarationes semper loquuntur de duplici de præcepto; ideo ego arbitror, quod si in die assignata pro Altari occurrat Festum, quòd quidem sit duplex, sed non de præcepto, poterit in eo dici de Requiem. Et censetur Sacr. Congregat. favore animarum, in hoc dispensare, aliàs frustra exciperet Festa duplicia de præcepto, si quæcunque duplicia vellet excipi. Addit Marchin. *de Sacram. ord. tomo 3. p. 2. cap. 24.* satisfieri etiamsi in alio Altari, vel alia Missa celebretur, modò Sacerdos applicet indulgentiam medalii, seu grani Benedicti, pro
29 anima, quæ petitur de purgatorio liberari, & pro hac opinione citat Megalium *tomo 2. var. resol. 182.* & Diana. *p. 4. tomo 4. resol. 40.* ubi ipse se retractat ab opinione contraria, quam tenuit *in 1. p. tract. 1. resol. 29.* Quòd tale granum non sufficit. Sed ita dici debet, si juxta decreta Sacr. Congregat. & Urban. VIII. volumus omnem speciem negotiationis in hac materia resecare.

Porro quod dixi de Missa de Requiem in Altari privilegiato celebranda, in duplici, quæ non sit de præcepto, ideò dico de aliis Missis votivis, & in talibus posse eas dici, quando suadet causa rationabilis non obstante quòd sit contra rubricas Missalis. Et hoc admittit Barb. *in tractat. de off. & pot. par. cap. 11. num.* quando aliquis celebrat ad imaginem miraculosam. Suar. verò *d. 83. de euch.* Port. *v. Missa in addit.* & Chassaing. *cap. 1. prop. 4* in quavis alia occasione quovis alio loco, quia hæc Rubrica ita graviter obligat.

Sed, & quæ Missa petitur, ea dici bet, nam licèt hoc fuerit declaratum Missa de Requiem, & de Beata tantum par est tamen ratio de omnibus aliis ita docent Aragon. *2. 2. quæst. 83. art.* Petr. Navarr. *de rest. lib. 2. num. 248.* S tia *de sacrif. Miss. lib. 2. capit. 17.* Fraxinel *oblig. Sacer. sect. 4. concl. 4. §. 4.* Rodriq *cap. 44. num. 9.* Comitol. *lib. 1. resp. mo quæst. 42.* Layman. & alii contra Suar *d. 83. sect. 3. cit.* Molph. *tomo 1. tract. 3. ca* Homobon. *de exam. Eccl. p. 1. tract. 4. 14.* & Dian. *tract. 6. miscel. res. 62.* rum opinio non solùm adversatur de tis Sacr. Congregat. sed etiam non injustitiæ continet, & defraudatio Religionis erga beatos, fructusque rati, ab eo qui Missam petiit. At qui plicatio Sacrificij Missæ pendet ab in tione Sacerdotis, & nihil repugnat dem Missam dici in honorem divo rum beatorum, ideo quando aliqua pe

tur

tur quæ non potest dici v. g. de Beata in die S. Francisci, ego puto, satisfacturum Sanctorem, si dicat de S. Francisco & in hac præparatione seu antequam accedat ad Altare, offerat suum sacrificium formaliter in honorem Beatæ, & juxta intentionem postulantis, quia tunc nihil ejus voluntati vel devotioni detrahitur, sed potius intenditur & augetur, conciliata illi per sacrificii oblationem non tantùm Beata, ut intendebat, sed etiam alio Sancto.

Imò pro defunctis, & loco Missæ de Requiem, extra Altare privilegiatum, licitè dicitur Missa de aliquo beato, aut officio currenti, ut docent Host. & Hugo *cap. de celeb. Miss.* Sylv. *v Missa 1 num. 8.* Armill. *eod. v. num. 32.* Et Angel. *num. 34.* Quim (ratione intercessionis beati ad cujus honorem dicitur) utiliorem animæ existenti in purgatorio affirmat Marcin. *de sacr. ord. tractat. 3. p. 2. cap. 25.* Cui ego subscribo.

38 Denum adverte, quasdam Missas, sic approbatas & concessas esse quibusdam locis vel Ordinibus, ut aliis nō liceat sibi usurpare. Imò nec in ipsis Ecclesijs pro quibus sut approbatæ nisi his qui sunt de illarum gremio; & talis est v. g. Missa Rosarij B. V. de Monte Carmelo *&c.* Unde quando tales Missæ postulantur ab his, qui non sunt illorum Ordinum, debent dicere votivas de communi prout habentur in Missali, Barbos. *de off. & pot. par. 1. alleg. 31.* & Gavant. *in Rubr. Miss.*

39 Sixtus IV. pro Cassin. declaravit, quòd quibuscunque verbis utantur, legantes volentes, seu alii imponentes, & accipientes Missas, intelligantur admitti ad participationem tantùm, & non ad totum fructum sacrificii Habetur in Bull. Cassin. *Et in fine Regulæ impressæ cum constitutionibus.* Admissis autem declarationibus Cardinalium, ruit privilegium. Unde Chassaing eas reiicit, ut ab interitu illud aliaque similia vendicet. Ejus tamen justitia fundatur, tum in arbitrio, & voluntate Pontificis quæ semper præsumitur justa, & cujus dispositioni subjacent opera pia, cujusvis generis, tum in opinione eorum qui tenent Pontificem supplere, seu de thesauro Ecclesiæ, seu de bonis operibus Religionis, hoc quod de fructu sacrificii subtrahi videtur. Tum maximè in alia opinione eorum, qui volunt sacrificium esse infiniti valoris extensive, uti docent Caiet. *3. par. quæst. 79. art. 5. & tomo 2. opusc. tract. 3. quæst. 2.* Canus *lib. 12. de locis cap. 13.* Comitol. *lib. 1. resp. mor. q. 42.* Angel. *v. Missa nu. 52.* & Marchin. *de sacra. ord. tract. 3. par. 2. cap. 13.*

Eugen. IV. concessit Congreg. Valli- 39
solet. per oraculum, ac deinde Nicolaus Franc. authoritate Sixti IV. (cùm ejus nomine legatione fungeretur in Hispaniis) per scripturam, ut in omnibus ejus Monasteriis possint liberè & licitè recipi; & retineri quæcunque eleëmosinæ, & legata pro perpetuis Capellaniis, sine tali onere, cum consensu partium, si haberi potest: interim autem personæ, quæ ejusmodi eleëmosinas dederint, reddantur participes bonorum operum, quæ fient in Monasteriis, quibus illas dederunt Bull. Vallisol. *privil. 46. & 64.* Graph. *1. par. decis. lib. 2. cap. 45.* Roder. *tomo 1. Bulla 44. ejusd. Sixti* & March. *de sacr. ord. tr. 3. p 2. cap. 20* Ubi

Nota, quòd ad obviandum difficultati- 40
bus, quæ ex ejusmodi fundationibus possent oriri, sancta Cardinaliū Congregatio Anno 1612. die 1. & 3. Sept. & rursus Anno 1614. die 19. Maii mandavit, *ut Missæ votivæ à testatoribus non acceptentur de cætero, nisi pro diebus illis in quibus secundùm Rubricas Missalis possunt celebrari; de acceptatis verò pe-*

rendam esse à Sanctissimo dispensationem pro illis transferendis in dies quibus celebrari possunt. Ac iterum pro majori cautela Anno
41 1625. die 21. Jul. sancivit, *ut nullus sæcularis sine sui Episcopi seu ejus Vicarii generalis, nec ullus Regularis sine sui Generalis, aut Provincialis licentia suscipiat impositorum onera Missarum perpetua.*

42 Pius V. concessit Minoribus, ut Missas & Eleëmosinas uni loco, aut certis fratribus commendatas, possint aliis Religiosis (etiam alterius Ordinis) commendare aut Sacerdotibus sæcularibus, nisi contradicant fideles, qui tales eleëmosinas largiti sunt Portel. *v. Missa 5. in addit.* In usu autem hujus privilegii servanda erunt supramemorata decreta S. Congr. ut nimirum tot Missæ numero dicantur, quot fuerunt acceptæ eleëmosinæ distinctæ, quæ & integræ trandantur illis, ad quos Missæ transferuntur. Ac ut sciatur an fideles eleëmosinarum ejusmodi largitores contradicant, aut consentiant translationi, ego arbitror, esse monen-
43 dos, & maximè quantùm ad Missas, quæ petuntur dici in Ecclesia alicujus devotionis specialis ob imaginem miraculosam, & in qua sperant fideles se citius exaudiri, uberiores, aut speciales adeò favores consequi. Aliàs autem non satisfit de jure communi, quando sic Missæ transferuntur, secundùm Abb. & Imol. *c. significatum de præb.* Bald. *l. si quis ad declinandum C. de Episc. & Cler.* Cenedo *qq. Canonic. 38.* Gratian. *discep. for. c. 72.*

CAPUT XVIII.

Circa Monasteria.

SUMMARIUM.

1 *Regulares possunt sine cuiusquam licentia, sibi Monasteria ædificare, vel acceptare oblata 10. & seq.*
9 *Illicitum tamen jure antiquo.*
15 *Et nunc prohibitum & 16.*
2 *Jura omnia favent Monasteriorum extru-ni.*
12 *Varia tamen decreta super hoc negotio em-verunt à Curia Romana, & seq.*
2 *Pro extruendo aut dilatando Monasterio, quis cogi ad vendendam rem suam.*
3 *Pro dotando Monasterio, potest Episcopus nare.*
4 *Habens ædificium vicinum Monasterio, non cum eius incommodo illud elevare.*
5 *Neque in eo habere fenestram unde ad Mo-rium prospiciat.*
6 *Neque exercere artē unde fratres patian commodum, & 7.*
8 *Neque tenere meretricem.*
17 *Monasteria incommoda possunt retra fratribus.*
18 *Monasteria possunt transferri ad locum diora.*
19 *Et per hoc non contravenitur juribus pa-bus novorum ædificationem.*
20 *Translato Monasterio, locus potest redigi profanos.*
21 *Monasteria minora possunt redigi in unum*
23 *Monasteria, & loca eorum à nemine pos-petrari.*
25 *Grangiæ Regularium habent eandem im-tatem ac Monasteria fœminæ possunt di Monasteria Regularium.*
26 *Variæ super hoc declarationes & seq.*
28 *Licentiæ ingrediendi Monasteria non su-plicandæ Monasteriis monialium. Variæ super hoc declarationes, ibidem.*
29 *Et de simplici accessu ad easdem, pro-tione.*

JUlius II. concessit Minimis, ut dom Oratoria, Ecclesias, seu loca pro perpetuo usu, possint ædificare, aut ob ta pro sua habitatione recipere, absq

alia

alia cujusquam licentia, seu Papæ seu Ordinarii. Cæsar. *v. ædificare. n. 20.* ubi refert, prædictos Minim. hoc suo privilegio abutendo usos contra Episcopũ Hispal.

2 Nota primò, quòd Jura omnia singulariter favent Monasteriorum extructioni & conservationi, unde quamvis regulariter nemo cogatur rem suam vẽdere, tamẽ potest quis cogi ad vendendũ suũ fundum, seu suam domum pro ędificando Monasterio, secundùm Bald. *l. 2. ff. de sol. matr.* Angel. *eod.* Guil. *si quis stipulationẽ. eod. dent. & sumpt. fun.* & Covarr. *lib. 3. var. cap. 14.* Vel pro illo dilatando, ut docent Bald. & Angel. *cit* Barth. Socin. *l. 435. eod. de reg. in.* Cæpol. *cap. 82. fin. de servit. urb. præd.* & Vincent. Franc. *decis. 122.* Vel ad clausträ in eo extruendum, seu etiam ampliandũ, ut dicit Riccius *decis. 138. cur. Neap.* vel pro dormitorio faciendo, ut concedit Socin. cit. & Joan. de Anan. *cap. Apostolicæ. de jud.* vel pro Viridario componendo, ut vult Hieron. Leo *lib. 1. decis. 90.* vel ad novas officinas, in eo extruendas ex sententia Cæpol. *cap. 82. cit.* ubi dicit se Veronæ ita obtinuisse, vel ad ejus circuitum ampliandum, ut putat Gisarel. *decis. 38.* Quorum omnium ratio est, quia ex dispositione juris, vendere quis cogitur Ecclesiæ vel fisco, quando ejus interest, vel favore Reipublicæ. *l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. jur.* Lignan. *c. ad Apostolicæ. de donat.* Panor. & alii Canonistæ. *c. 1. de rer. permut.* Angel. *l. 3. ff. sol. matr.* Flor. *l. siis qui sepulchrum, eod. dent. & sumpt. fun.* Guil. de Cunha. *eod. & l. decernimus. C. de Episc. & Cler.* Interest autem Reipub. habere Monasteria, ergo &c. Unde Alex. XIII. in Concil Lateranen. *plantatæ sacram Religionem, & plantatam fovere nulli omnibus debemus.* Et in tantum Monasteriorum extructioni & manutentioni favetur, ut etiam pro eorum dotatione Concil. Tolet. permiserit Episcopis de suis Ecclesiis alienare; de quo in *c. Si Episcopus 12. qu. 2.* Neque his adversatur historia Naboth, 3. Reg. 21. (ut aliqui putant) quia Achab volebat ejus vineam in utilitatem privatam, Monasteria verò fiunt in publicam: Ac deinde Achab fuit reprehensus à Propheta, non quòd voluisset emere vineam Naboth, sed quòd illo detrectante vendere, per pessimam calumniam, & oppressionem innocentis illam occupavit, quod non dico incitandum in extructione Monasteriorum.

Et licèt jure communi, fas sit cuique 4
ædificare usque ad cælum, *l. altius. C. de servit. & aqua.* Fallit tamen in ædificiis, quæ sunt vicina Monasteriis, quia si alicui imminet damnum ex elevatione muri ædificii vicini, potest dominus illius cogi ad vendendam servitutem non elevandi, nisi ad certam mensuram secundùm Covarr. *cit* Mascard. *de probat. concl. 621.* Barbos. *in collect. ad l. cit. altius.* & Ludov. Molin. *to. 3. de iust. tract. 2. d. 709.* Qui omnes idem docent de fenestris: & similiter posse dominum ædificii vicini Monasterio, cogi ad vendendam servitutem, ne in suo muro aperiat fenestram, unde prospiciat in interiora talis Monasterii. Imò nec in hortum, ut vult Cæpol. *cap. 62. de servit. urb. præd.* arg. *cap cum & plantare. de privil.* Ac demùm quia quieti Monachorum prospicere necesse est *c. quam sit 18. qu. 2* & eos fovere. *cap. cit. cum & plantare.* Si in æde vicina alicui Monasterio, exercetur aliqua ars cum nimio strepitu, potest operarius cogi ad abstinendum sua arte, vel emigrandum, ne Religiosi molestentur illius strepitu, Imol. & Canonistæ *in cap. vestra. de locat.* Bald. & Legistæ *l. unic. C. de stud. lib. urb. rom. lib. 10.* & Angel. *v. locatio.* Et per proportionem idem dico de 7
eo, qui exercet artem, unde fœtor exhalat, & aërem inficit, ut volunt communi-

per

ter DD. *in l. 2. ff. ne quid in loco public. §. item ait si odore.* Et Cæpol. *cap. 48. de servit. urb. præd. 43. de servit. rustic.* Et à fortiori, si ars
8 sit infamis, ut si ibi tenetur meretrix, ut notat idem Cæpol. *qu. 6. de servit. pascen. per cap. 1. de usur. in 6.*

9 Nota 2. quòd jure antiquo non licet ædificare Monasterium sine cõsensu Ordinarii. *capit. quidam monachorum. 18. quæst. 2. & seq. ibid.* Et item jure novo Trid. *sess. 25. cap. 3. de regul.* per quod videtur sublatum supramemoratum privilegium Jul. II. Verùm post ipsum Trid. alia privilegia, & aliæ constitutiones super hac Monasteriorum ædificatione, emanaverunt à Sede Apost. & S. Congregatione, quæ ad informationem, hic referenda judicavi. Nam primò Paul. III. & Gregor. XIII. concessere Societ. Jesu facultatem ædificandi sibi domos, sine ejusmodi li-
10 centia Ordinarii, ut videre est in *eius compend. v. ædificare.* Et rursus Sixt. V. idem concessit Fuliensib. B. quæ incipit: *Super*
11 *specula.* Deinde Clem. VIII. supposito decreto Trid. & non revocatis concessionibus supradictis (quas fortè nescivit)
12 sancivit anno 1603 die 23. Jul. ne ullus Episcopus ullis Regularibus, & præcipuè Mendicantibus concederet licentiam sibi ædificandi Conventum in aliquo loco, nisi priùs vocatis & auditis aliis jam in eo existentibus, & causâ cognitâ, servatísque servandis, constiterit, posse istos ibi stare sine incommodo præexistentium, B. quæ incipit: *Quoniam ad institutum.* Ve-
13 rùm, Paulus V. Successor Clem. VIII. concessit Reformatis Discalceatis de observ. facultatem sibi ædificandi Monasteria cum derogatione constitutionis dicti Clement. B. quæ incipit: *Ad uberes spiri-*
14 *tuales.* De qua in compend. privil. Fulien. §. 2. Hinc S. Card. Congr. animadverso quòd ex Bulla Pauli V. oriren-

tur nonnulla incommoda & accepto de-
super oraculo à Sanctitate Gregorii XV.
Pauli Successore, anno 1622. die 17. Au-
gust. sua constitutione, quæ incipit: Cum
alias.. Statuit, ne imposterum ullum Mo-
nasterium ædificetur, nisi de suis consti-
tis reditibus, seu eleemosynis, possit al-
re 12. fratres subductis expensis necessa-
riis, pro conservandis ædificiis, recipien-
dis hospitibus, & aliis ejusmodi. Denu
anno 1624. die 24. Aug. Felic. record.
Urban. VIII. sua constitutione, quæ in-
cipit: *Romanus Pontifex.* In forma Bre-
expedita, supramemorata omnia decer
Trid. Clem. VIII. & Gregor XV. innov
vit: ac privilegia similiter omnia supr
memorata cassavit, & eorum usum p
hibuit in virtute Sanctæ obedientiæ, s
pœna excom. ipso facto incurrenda, p
vationis vocis act. & pass. officiorum
ad illa, & quævis alia inhabilitatis:
mandavit, ut si quæ Monasteria fore
incepta, non servatis dictis decretis, n
absolverentur. Tum demùm S. Cong
gat anno 1625. die 21. Junii habito r
bo cum eodem Urbano VIII. innovat
suum prius decretum anni 22. in decr
de celebr. Missarum. Atque hæc qu
tùm ad Monasteriorum extructionem.

Leo X. concessit Minorib. ut loca
minùs commoda possint tenere pro l
devotione sine Fratribus, modò tempo
oportuno illa visitent, & in ipsorum E
clesiis aliquando celebrent. Portel. *v. M
nasteria in addit. num. 2.*

Pius II. concessit Congregat. Valli
let. Sixt. V. Benedictinis in Lusitan.
lex. IV. Dominican. Sixt IV. Minorib
ut absq; cujusquã licentia possint tra
ferre sua Monasteria, sita in locis aq
sis, & sterilibus, vel infestatis à dom
temporalibus. Bullar. Vallisol. *priv 93. B
der to. 1. bull. 1. Pii 2. & to. 2. bull. 21. Sixti*

Portel.

Portel. *v. Monasteria. num. 7.* & Barbos. *de offic. & pot. ep. p. 2. all. 26. num. 9.* Idem autem ego dico de aliis causis æquivalentibus. An verò hoc privilegium revocatum per Bullas Summ. Pontif. non de ædificando sine licentia Ordinarii, & aliis conditionibus, de quibus in superioribus, potest in utramque partem disputari, quamvis in negativam ego magis propendeam, quia qui transfert non ædificat de novo, & supponitur consensus jam præhabitus in prima fundatione, nisi de transferendo Monasterio in aliud territorium, ut si mendicantes vellent se transferre in civitatem, vel locum, in quo priùs non solebant mendicare. Ita Vanguel. *in cap. unic. de excess. Prælat. in 6. consuet. 1.*

20 Sixtus IV. & Leo X. concessere Minoribus, ut dum ex necessitate suas Ecclesias transferunt, possint in usus profanos locum reducere, modò priorum ædificiorum materia applicetur novis. Roder. *to. 1. bull. in orac. Leon.* Confert. *in sum. mar. mag.* Casar. *v. Ecclesiæ. n. 14. & Monasteria n. 15.* Mirand. *in man to. 1. q. 34. a. 1.*

21 Joan. XXII. concessit Cistercienf. in Bull. quæ incipit: *Sacræ Religionis.* Pius II. Congregat. Vallisolet. Bull. quæ incipit: *Ex nuncio.* Et Pius IV. Bull. quæ incipit: *Ex incumbenti.* ut sine licentia Ordinarii vel cujusquam alterius, possint unire sua Monasteria in unum, ad hoc ut ibi teneantur 12. fratres, quando in singulis non possunt tot sustentari, quot requiruntur, secundùm Statuta Ordinis, ad Missas & Officia divina celebranda. Bull. Vallisolet. *privil. 58. & 92.* Roderic. *tom 3. qq. regul. 80. art. 1.* & Cruz *in epit. lib. 2.*

22 *cap. 9.* Item Innoc. VIII. concessit. Dominican. per Bull. quæ incipit: *Sacræ Religionis,* ut Conventum, in quo non possunt commodè sustentari 8. fratres, alteri uniant, sic, ut fiat ejus membrum modò sine scandalo, & cultus divinus non penitùs extinguatur in illo. Roder. *supra cit. loco*

Jul. II. favore Eremit. Ordin. Sancti 23
Augustin. motu proprio, & ex certa scientia sancivit, nullam eorum domum, vel quamcunque aliam posse à quoquam impetrari, sub quibuscunque clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & insolitis, nisi in impetratione, accesserit consensus Generalis, Provincialis, ac Priorum Ordinis, sin autem, impetratio sit ipso facto nulla, & toties de novo irritetur, quoties iterata fuerit. B. quæ incipit: *Religionem.* expedita 1508. die 30. Jun.

Eugenius IV. pro Cisterc. sancivit eo- 24
rum grangias frui eodem privilegio, quo Monasteria, & Ecclesiæ, puta immunitatis. Roder. *to. 2. qq. reg. 76. art. 2*

Jul. II. concessit Minimis, ut feminæ, 25
quæ aliquod Monasterium ipsis extruxerunt, possint & illud, & omnia alia ejusdem Ordinis ingredi. Quar. *in bullar. v. Monasteria.* & Celes. Suess. *in Theol. mor. tr. 2. cap. 8.* Item Clem. VII. & Paul. III. fecerunt Camaldul. licentiam, admittendi ter in anno quascunque feminas in suis Monasteriis, modò semper à cellulis Fratrum excludantur. B. quæ incipit: *Rationi congruit.* impressa Romæ ad finem Regul. S. Bened. cum constit. Ordinis.

Nota autem circa ejusmodi ingressum 26
Monasteriorũ. Pium V. an. 1566. ac deinde Greg. XIII. an. 1575. revocasse licentias quascunq; ingrediendi Monasteria utriusque sexus. Deinde S. Card. Congreg. in suis declarationibus ad sess. 25. Trid. *cap. 5.* censuit, hunc ingressum negandum esse præcipuè mulieribus. Posteà Greg. XIII. an. 1584 die 8. Sept. generaliter indulsit, ut ad Monasteria utriusq; sexus queant admitti Fundatrices, Dotatrices, Marchio-

chioniſſæ, comitiſſæ, aut aliæ ſuperioris gradus feminæ, quod tamen intelligo de illis Comitiſſis, quæ aut ſunt ſupremæ locorum dominæ, vel ſupremi ſanguinis Principibus Oriundæ. Sed & cùm Minimi die 21. Nov. an. 1567. S. Congr. conſuluiſſent, an privilegium ſibi conceſſum à Jul. II cenſendum eſſet revocatum, ſeu per Trid. ſeu per ſubſecutas ſupramemoratas conſtitutiones Pontificias, reſponſum fuit, quòd non, ut refert Quar. *ſupra cit* & Paſſar. *in ſchol. priv.* Verùm Paul. V. omnium noviſsimè an. ſcilicet 1612. omnes ſupra dictas licentias revocavit, unde patet, rem nunc eſſe ſatis dubiam, praxis tamen obtinuit, ut adhuc locus detur privilegiis.

27 Sed & Pius V. pro Congr. Mont. Virginis declaravit, poſſe mulieres ingredi Monaſteria, Clauſtra, & loca Regularia, quando Miſſæ & Officia divina in illis celebrantur, fideles ſepeliuntur, vel pro ipſis ſuffragia offeruntur, vel quando habentur in ipſis Conciones, fiunt Proceſſiones, ſeu quando tantus eſt populi concurſus, ut omnes perſonæ nõ poſſint cõmodè ingredi & egredi per portam communem Eccleſiæ, modò recta via ingrediantur & egrediantur, B. *Decet Romanum.* Addit Portel. *v. clauſtra. mon.* poſſe item feminas ingredi clauſtra Monaſteriorum, quãdo fit in eis lotio pedum in Cœna Domini, aut quando Novitius recipitur ad Habitum. Ac demùm ex declarat. Cardin. ad *cap. 5. cit. Trid.* quando tranſeundũ eſt per talia loca, ad hoc ut veniatur ad aliquem alium, in quo celebratur actio, cui intereſſe feminis permittitur.

28 Pro monialibus verò aliquid ſtrictiùs ſtatutum fuit à Rom. Pontificibus tutandæ earum quietis cauſâ. Nam ſi ſubſunt Regularibus, licentia ingrediendi earum Monaſteria, debet dari ab ipſis Regularibus, & non ab Ordinario. *conſt. 249. 262. 270. & 335. in Bullar. Caſſ.* Et hoc nonniſi in caſibus magnæ neceſsitatis, juxta diſpoſitionem Tridentini *loco ſupra cit.* Imò nec pro ſe ipſis poſſunt ijdem Regulares accipere hanc licentiam, niſi in iiſdem caſibus, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ pro prima vice; ſuſpenſionis à divinis & munere Pontificali, pro ſecunda. Ac deinceps excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ſi ſint Pontificalis Ordinis, privationis verò officii & excom. ſi ſint inferioris, ex conſt. Gregor. XIII. quæ incipit: *Dubiis quæ emergunt.* ſub dat. anni 1581. die 23. Decemb. Quantùm verò ad licentias, per privilegium obtentas etiam à Sede Apoſtol. ad ingrediendum ejuſmodi monialium monaſteria, non poſſunt ſuffragari, niſi ipſæ moniales ſimpliciter congregatæ, per vota ſecreta conſentiant ingreſſui ex alia conſt. Urbani VIII. quæ incipit: *Sacroſanctum.* an 1624. die 27. Sept. Et ſi illæ ſint Congr. Caſs. debet inſuper intervenire cõſenſus Præſidentis, vel Viſitat. aut Definitorum Capituli, ex conſt. Leon. X. & Pauli III. *ſupra cit. in Bull. Caſſ.* ubi excipiuntur à prætendo hoc conſenſu Præſid. ſolæ feminæ dignitatis regiæ, aut perſonæ, quibus jure aut regula ejuſmodi ingreſſus conceditur.

At quantùm ad ſimplicem acceſſum ad dicta monialium cujuſvis Ordinis Monaſteria, ad ſimplicem collocutionem concrates, S. Card. Congreg. anno 1590. hanc collocutionem interdixit quibuſvis Regularibus, etiam his qui ad earum Eccleſias veniunt cauſâ Miſſæ celebrandæ aut concionis habendæ ſub pœna privationis officiorum, vocis activæ & paſſivæ ac aliis arbitrio dictæ Congregationis quæ ſibi privativè ad quemcunque Regularium reſervavit poteſtatẽ, dandi Regu-

ribus

ribus hanc licentiam, alloquendi moniales. Verùm anno 1623. 12. cal. Decemb. habito verbo cum sanctitate Vrban. VIII. eadem S. Congreg. temperando prius illud decretum, remisit Episcopis potestatem, concedendi dictis regularibus licentiam quater in anno alloquendi moniales, sibi in primo vel secundo consanguinitatis gradu coniunctas, modò semper excipiantur Aduent. Quadrag. feria 6. sabbatum, & vigiliæ, & alia serventur, quæ secundùm regularia instituta sunt servanda. An autem hęc decreta sint recepta, saltem extra montes, ego satis dubito, & praxis ostendit quòd non, in non paucis locis.

CAPUT XIX.

Circa Novitios.

SVMMARIVM.

1 *Qui vovit vnam religionem potest in alia recipi.*
3 *Sed si in ea non perseuerat, reviviscit prioris voti obligatio.*
7 *Etiam mendicantes possunt recipi, in ordinibus non mendicantibus.*
4 *Regulares debent recipere novitios alterius linguæ.*
8 *Ingredientes, aut volentes ingredi aliquem ordinem, possunt absolvi ab omnibus casibus & censuris 9. & seq.*
12 *Novitij possunt absolui à suis casibus, sine reincidentia, duabus viis.*
13 *Et non est opus remittere eos ad Papam & 14.*
15 *Partes novitiatus interrupti, possunt reuniri ad faciendum annum integrum qui ad profitendum requiritur.*
16 *Et quomodo censeatur novitiatus interruptus.*
17 *De iure communi, & vbi Trid. fuit receptum, illa reunio partium novitiatus, potest fieri ad validandam professionem.*
18 *Quamvis aliqui contrarium teneant.*
19 *Regularis infirmus, potest profiteri, licèt annus novitiatus non sit absolutus.*
20 *Et si conualescat, tenet professio.*
21 *Necesse est tamen, vt habeat atatem legitimam.*

1 ALex. IV. concessit Carthusian. Eugen. IV. Cassin. Iul. II. Congreg. Valisol. &. Leo X. Camaldul. facultatem recipiendi ad suam observantiam, quoscunque etiam si fortè illi alium ordinem voverint, & hoc casu à tali voto illos absoluendi. Bullar. Cassin. *const.* 63. & 58. Roder. *to.* 2. *bull.* 11. *Eugen.* 4. Casar. *v. dispensati.* Capuccin. *v. novitius.* *

2 Nota primò. Hoc privilegium, solùm esse necessarium, ad reddendum licitum ingressum ad tales ordines. Aliàs enim si obligatus per votum ad unam religionē, ingreditur alteram, & in illa profitetur, ex ipsa iuris dispositione, non tantùm potest sed tenetur, in illa manere, & cessat obligatio prioris voti quamvis fortè Religio quam fuit ingressus, sit laxior ea, quam vovit. *cap. scripturæ. de vot. & cap qui post votum de regul. in* 6. Eo modo quo matrimonium de præsenti, solvit sponsalia etiam iurata, de futuro, inquit Less. *Lib.* 2. *de iust. cap.* 41. *dub.* 8.

3 Secundò. Quòd hoc privilegium obligat ad perseverantiam: aliàs enim si novitius egreditur, reviuiscit prior voti obligatio, quia illa non tollitur, nisi favore religionis ad quam fuit ingressus, vnde si illam relinquit, reviviscit prior obligatio.

4 Tertiò. Quod anno 1624. die 17. Decemb. S. Cardin. Congreg. de propaganda fide, censuit, vt in receptione novitiorum, semper aliquos admitterent regulares, ex nationibus, & linguis

(*) Non debent recipi in Monasterijs, plures, quàm ferat ratio Concil. 6. arelat. can 8. Moguntinum celebratum ann. 813. can. 19. Rhemense 2. can. 27. Turon. 3. can. 31.

5 alienis, quos peracto studiorũ cursu, remitterẽt ad suas patrias pro fide propaganda.

Impedientes verò quovis modo, eos qui volunt ingredi prædictam Congr. Cassin. aut ingressos ab ea retrahentes, excommunicantur per constitutiones Eugen. IV. & Alexand. VI. de quibus Margar. in *suo bull. const* 58. *&* 59. Tambur. *tomo 1. de iur. abb. in fine* & Mirand. *in man.*

6 *tom. 1. quæst. 25. art. 9.* Et similiter ex dispositione Triden. *sess. 25. cap. 18. de regul.* excommunicantur cogentes feminas ad ingrediendum monasterium, vel ingressas retrahentes. Egotamen puto necessarium esse sufficienter notificari eiusmodi decreta, ad hoc vt censuræ in iis latæ incurrantur, eo modo per proportionem, quo in aliis materiis obseruamus.

7 Clem. VII. & Paul. III. concessere Camaldul. facultatem, recipiendi ad suum ordinem, etiam mendicantes: & post professionem, eos promouendi, ad quæuis officia eiusdem sui ordinis, derogatis quibuisuis iuribus contrariis B. quæ incipit *Rationi congruit* impressa Romæ cum regula Sancti Bened. & constitut. Iura verò contraria quibus hîc derogatur sunt *clem. vt professores. de regul. & extrav. viam ambitiosæ. eod.*

8 Clem. IV. dedit facultatem Minoribus, & Eugen. IV. Cassin. absolvendi suos novitios, instar professorum, ab omnibus peccatis, & censuris ab his emergentibus, ad reincidentiam. Bullar. Cassinen. *constitut. 63.* & Cæsar. *v. absol. ord. quo ad fratr. num. 4.*

9 Paul. verò III. concessit Societ. Iesu absolutionem volentium eam ingredi, & non ad reincidentiam, nisi quando non tam cito ingrediuntur B. quæ incipit *Licet debitum.* Unde bene Suar. *lib. 2. de relig. quatenus sunt præl. cap. 24.* & Vech. *in præ. novit. d. 9. dub. 25.* inferunt hunc qui sem[per] absolutus fuit, manere semper absolut[us] modò bona fide sit ingressus, etiam si n[on] perseveret. Et hoc Inocent. IV. Fauore minorum, Eugen. IV. & Celestin. V. favore Cisterc. voluere, & vt eorum novitii absolvantur, sine pæna reinc[i]dentiæ, modò bona fide ingrediantur. R[e]der. *bull. 23. eiusd. inocent. Compen. pr[o] cisterc. v. absol. §. 1.* & Celestin. suell. *theol. mor. tr. 8. c. 14.*

Item Sixt. IV. concessit Dominic[is] vt Priores possint dispensare cum [in] novitiis qui in sæculo contraxerunt [ir]quam irregular. celebrando cùm [eis] excommunicati, suspensi vel interd[icti] vel in loco interdicto, vel recipiendo [in] dines in talibus censuris, si sententia [non] lata generaliter. Quòd si specialiter [et] nominatim erant excommunicati, [non] terunt absolvi virtute alterius privile[gii] eiusdem Sixti Roder. *tom. 1. qq. reg. [et] art 15.*

Nota novitios posse absolvi sine re[ser]cidentia, non tantùm, per supra re[la]privilegia, sed etiam per alia data [et] professis quorũ iure veniunt in favor[e] bilibus (vt alibi dixi) vel etiam tanq[uam] sæculares.

Secundò. Quòd Capuccin. *in annot. Cæsar. v. absol. extraord. quo ad fratr. et novitius.* refert Clem. VIII. per oracul[um] declarasse cuidam Patri bonaventura[e] ordinis procuratori, apud Sedem Apo[sto]stol. novitium ligatum aliquo casu re[ser]servato Papæ, mittendum esse Rom[am] pro absolutione etiam si fortè iam fu[erit] dutus. verùm ego puto hoc oraculum non habere maiorem vim, quàm respon[sa] si magistralis, privati doctoris. Nam [et] idem Clem. nihil de hoc dixit, in suis decretis pro reformatione regularium, imò nec in iis quæ specialiter edidit pro in[sti]tu-

stitutione,& Confessionibus Novitiorũ. Ercà aliàs novitius exponeretur periculo perdendi suam vocationem, ac aliis non paucis, ego puto (salvo meliori iudicio) posse absolvi per immediatè relata privilegia, seu per alia, & censendum esse laborare impedimento legitimo, quominus Romam mittatur,&præcipuè quando jam est indutus.

15 *Iul. III.* concessit Minoribus ut partes Novitiatus, apud ipsos interrupti possint reuniri, ad faciendum annum integrum, quad professionem requiritur Rod. *tom. 1. lud. 9. eiusd. Iulij & tomo 3. qq. reg. 15. art. 1.* Casar. *v. Novitius num. 23.* Graph. *lib. 3. de Regul. cap. 5. num. 18.* & Auson. *in sum. v. Novitius.* Interrumpitur autè Novitiatus, quoties Novitius exit, animo non redeundi, ut notant Panorm. Anan. & alij Canonistæ. *cap. ad Apostolicam. de Regul.* & Suar. *to. 3. de relig. lib. 5. cap. 15.* Et qualecunq; tempus fluxerit inter exitum & reditum, secundùm eundem Suar. Sot. Less. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 7.* admittit in hoc parvitatem materiæ. Circa quod Cancer. *p. 3. var. cap. 11. num 181.* ait ex Rebuff. & Alex. standum esse arbitrio judicis. Lapus verò *alleg. 47.* solvens difficultatem, ait interrumpi spatio trium dierum. Nald. *v. Novitius.* trium aut quatuor. Unde ego infero, quòd in eorum opinione, non interrumpetur spatio duorum, vel trium, ut vult Ason. *cit.* Sed meo quidem judicio nec spatio quinque aut sex, vel etiam unius hebdomadæ; moveor, quia continuitas añi requiritur in Novitiatu, quòd suo modo spectet ad probandam austeritatem Religionis, quæ minùs bene probatur, quando Novitiatus interrumpitur, ut notat Fum. *in arbitral. v. Novitius. numero* 12. hoc autem fundamento posito: ego dico, quoad hoc, ut ex discessu Novitij, censeatur interruptus Novitiatus, tantum tempus debet fluxisse, usque ad reditum, ut inde austeritatis labor, videatur judicio prudentis viri minui, & Religionem non sufficienter probari, vir autem prudens, hoc non judicabit de lapsu quinque aut sex dierũ, vel unius hebdomadæ, cùm interdũ plus temporis concedatur Novitijs, non ad probandam Religionis austeritatem, sed 17
ad recreationem, & relaxationem suæ probæ. Quin etiã Brix. Bernard. & Specul. *in rubr. de Regul.* Gloss. *cap. eum qui. de Reg. iur. in 6.* & Alex. *cons. 54. vol. 4.* dicunt posse reconjungi partes Novitiatus, quantumcúnq; temporis, inter ipsas fluxerit, modò ex illis unitis coalescat annus integer, & non esse opus repetere partem jam exolutam. Quod Rebuff. in *cap. postulásti, de Cler. exc.* admittit, quando reditur ad eundem ordinem, ut supponunt Doctores citati. Addit Roder. *ar. 8. cit.* valere & habere locum, supra relatum Privilegium, etiam in Provincijs, in quibus receptum fuit Trid. quia illud non exigit ad validitatem Professionis, nisi ut annus sit integer, nec dicit debere esse continuum. Quamvis Villalob. contrarium teneat, & dicat in contingentia casus, Rotã ita decidisse. Sed fortè interruptio fuerat major quàm ut partes potuerint moraliter conjungi, ad componendum, annum integrum, aut fuit tantum motivum, & causa impulsiva, ad obtinendam facilius dispensationem.

Pius V. concessit Dominican. ut mo- 19
niales infirmæ, de quarum salute desperat Medicus, possint Professionẽ facere, etiam si fortè, necdum Novitiatum absolverint. Bul. quæ incipit. *Summi Sacerdotij.* Quàm inter alios refert Margar. in *suo bull. const. 363.* An autè aliquis sic professus indigeat nova Professione casu quo convalescat. Garc. *p. 11. capit. 9. n. 6.*

tenet quòd sic & ad nihil obligari vi talis Professionis. Sequitur Gavant. *in enchir.*
20 *Episc. verb. monial. profess.* ubi refert ita esse decisum. Sed certè ego in contrariam mentem eo, quia Privilegium facit legẽ, & vim legis habet quoad privilegiatũ, licèt autem communiter requiratur annus integer, ad hoc ut quis profiteatur validè, secùs tamen est de moribundis, quia Privilegium dat ipsis articulũ mortis, pro legitimo termino Novitiatus, ad effectum profitendi; ergò qui sic profitetur non debet dici professus ante tempus, quia verè professus est in tempore sibi à lege constituto, seu concesso. *Confirmatur*, quia si Professio sic facta est valida, frustrà exigitur alia, quod si est invalida, frustrà permittitur fieri, & frustrà datum fuit Privilegium. Deinde non potest dici invalida nisi ob defectum integritatis anni: at cùm tempus Novitiatus non sit nisi juris positivi, sicut Papa pro sanis assignavit annũ integrum, ad profitendum, ita potuit pro moribundis assignare articulũ mortis, cùm etiam pro sanis potuisset assignare, minorem ter-
21 minum, quàm unius anni. An verò sit necesse ut qui sic profitetur habeat saltẽ ætatem requisitam à Trident. Cassahing. (allegato Portel.) *tract. 4. cap. 6. prop. 3. & 4.* dicit quòd non, etiam in Provincijs in quibus ipsum Trid. fuit receptum, quia illud quidem derogat Privilegijs, sed non juri communi quod solam pubertatis ætatem exigit in profitentibus, & sic hæc sufficit, sive pro sanis, sive pro infirmis. Verùm Pontifex expressè exigit, & supponit, in tenore Privilegij ætatem præscriptam à Trid. ad hoc ut monialis profiteri possit in articulo mortis. Et aliàs si opinio Chass. & Portel. esset vera, locũ etiam haberet, in Novitiatu: & secundùm eam, dicendum esset, non solùm Novitios infirmos posse profiteri ante revolutionem anni suæ probationis, sed etiam sanos. & seclusso Privilegio, quod ante Tridentinum, hoc licebat de jure communi (saltem in ordinibus Monachis) praxis tamen & usus contrarium docet etiam in Provincijs, in quibus ipsum Trident. non fuit receptum.

CAPUT XX.

Circa Ordines.

§. I.

De ipsorum Ordinum Collatione.

SUMMARIUM.

1 *Abbates (etiam non Benedicti) possunt conferre minores Ordines suis Monachis.*
2 *Etiam Novitijs.*
4 *Et Clericis subditis.*
5 *Aut alienis cum dimissorijs.*
6 *Aut alijs Regularibus.*
7 *Abbates Cisterc. possunt ordinare Diaconos.*
8 *Etiam ubi Trident. fuit receptum.*
9 *Simplex Sacerdos, ex commissione Papæ, omnes Ordines conferre & seq.*

JUre communi antiquo *cap. quoniam 69. cap. cùm contingat. de æt. & qual. & Abbates de Privil. in 6.* Et novo Trident. *sess. 23. cap. 10.* Abbates Benedicti Et S. Card. Congreg. anno 1621. die 8. declaravit. Ac post Stell. refert Barb. *in notis ad idẽ cap. 10. Trid.* Non Benedi habent Privilegium conferendi primam tonsuram, & 4. minores Ordines proprijs Monachis. Quod Rod. *to. 3. Reg. 23. ar. 2.* Marchin. *de sacr. Ord. to. 1. p. 2. cap. 10.* & Sayr. *lib. 4. de censur. c. 13.* de solis Professis volunt intelligi Suar. *to. 4. de Rel. libro 2. tract. 8. cap.* Thom. Hurtad. *to. 1. var. tract. 12. c. 1.* Laym. *in Theol. mor. lib. 5. tract. 9. c. 9.*

v. Abb. n. 6. & Dian. *to.* 11. *tract.* 4. *res. 6.* ad Novitios favorabiliter, & probabiliter hanc dispositionem extendunt. Et ita dicitur in *cap. cit. Abbates*, quod non tollitur per Trident. quia Trid. non abrogat jus scriptum, sed Privilegia tantùm. De Clericis verò Sæcularibus, an possint ab aliquo Abbate ordinari, distinguendum venit inter jus antiquum, & novum Tridentini, nam jure antiquo, poterant Abbates ordinare Clericos sibi subditos, vel alienos cum dimissorijs proprij ordinarij, ut docent Armil. *v. Abbas. num. 6.* Angel. *v. Ordo* 2. *in sum.* Sylv. *eod. v.* 3. & alij plures, apud ipsos. Iure verò novo secus est, quia Concilium Trid. restringit hanc potestatem ad subditos ipsorũ Abbatum, non quoscúnque sed Regulares, unde quia quod possunt Abbates, quoad collationem Ordinum, hoc solùm possunt ex Privilegio, & prout se extendit, vel restringit Privilegium, ideò attento quòd Privilegium restrictum fuit ad subditos ipsorum Regulares, dicendum est hos tantùm jam posse eos ordinare, non autẽ Clericos Sæculares, licèt sibi subditos. Ita Nald. *v. Abbas. n.* 3. Campanil. *in diurn. Iur. can. rubr. 6. cap.* 2. & Seraphin. *p. decis. 985.* ubi ita à Rota decisum affirmat. Unde refert Marsil. *in not. ad cap.* 10. *Trid. cit.* Quòd cùm quidam Abbas Cassinensis ordinâsset unum Clericum sibi subditum S. Cardin. Congreg. declarasse eum indigere dispensatione. Addit Nald. *loco supracit.* ex alia declaratione ejusdem S. Congreg. nec etiam dimissorias posse dare Abbates, ejusmodi Clericos sibi subditis.

Attamen ego contrarium teneo, & posse Abbates ordinare Clericos sibi subditos. Ita Marchin. *de sacr. ord. p.* 1. *tract.* 2. *cap.* 10. ubi ait id eos posse etiam absq; declaratione quia Abbates habentes Clericos subditos æquiparantur Episcopis, & de hoc extat declaratio S. Card. Congreg. de anno 1572. sub die 11. April. quàm inter alios refert Margar. *in suo bullar. const.* 200. Ipsaque eadẽ S. Congreg. pleniùs informata de juribus Reverendiss. Domini mei Cassinensis, & prærogativis sui Monasterij, judicavit recedendum esse à priori decreto, ac liberam ei reliquit suorum Clericorum ordinationem. 5 Addit Thom. Sanch. *to.* 2. *opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 19. posse Abbates ordinare etiam alienos Clericos cum dimissorijs sui Ordinarij etiam ubi Trident. fuit receptum. Tum quia hoc, jure antiquo illis conceditur, Concilium autem non derogat juri scripto, sed solùm privilegijs; tum quia conceditur illis à Concilio Generali nempè à. 7. Sinodo *cap.* 14. de quo in *cap. quoniam d.* 69. non derogatur autem tam facilè Concilio Generali, sed solùm cum expressa specificatione, quod non fecit Tridentinum.

De Regularibus verò alterius ordinis, 6 & non subditis Abbatibus, an possint ab eis ordinari, distinguendum est, ut de Clericis, inter jus antiquum, & novum. Nam jure antiquo poterant cum licentia sui ipsorum superioris, ut docent Gloss. *cap. cit. quoniam.* Host. Joan. Andr. & Dominic. de S. Gemin. *cap. Abbates de privil. in* 6. Armil. Graph. Sayr. Majol. Tambur. & plures alij. At jure novo, ex declaratione S. Card. Congreg. quàm refert Farinac. 4. *p. decis. posth.* 57. oportet, ut cum dimissorijs superioris accedat consensus Ordinarij, & ita ob dictam declarationẽ tenent Laym. *loc. supra cit.* & Cappuc. *in annot. ad Casar. v. ordin. sacri* Unde Marsill. *in cap.* 10 *Trid cit* refert quemdam Abbatem Olivetanum, fuisse à dicta S. Congr. reprehensum, quòd quosdam fratres Ordinis S. Augustini ordinâsset, cum solis dimis-

missorijs superioris illorum, & irrequisito consensu Episcopi. Et sic aliquid diversum habemus in hac materia pro Clericis Secularibus, & pro Regularibus, nã illi nullo modo possunt ordinari ab Abbatibus, ut vidimus suprà, isti verò sic, modò accedat consensus Episcopi; verùm quia hæc alteratio juris seu privilegij inducta est maximè per S. Congreg. quam videmus interdùm variâsse in suis declarationibus, ideò sicut illis non obstantibus dixi superiùs, posse Abbates ordinare Clericos, ita nunc ego idem dico de Regularibus, & illum consensum ordinariorum, non esse requirendum nisi de honestate, & ad pacem respectivè servandam, hoc insuper addito, quod non benè constat, an S. Congreg. habeat potestatem edendi declarationes derogativas privilegiorum, & juris scripti correctivas.

7 Innocent. VIII. concessit Abbati Cisterc. & quatuor ejus coabbatibus, ut ipse Cistercienſis, omnibus Ordinis sui Monachis, coabbates verò suis proprijs, possint conferre ordinem Subdiaconatus, & diaconatus. B. quæ incipit. *Exposcit tuæ.* expedita an. 1489. ubi.

8 Nota D. Tho. *in 4. d. 25. quæst. 1. a. 1 ad 3.* Sylv. *v ordo 3. n. 7.* Covarr. *1. var. cap. 10. n. 10.* Fornar. *in addit. ad sum. tol. c. 5. de ord.* & paucos nonnullos alios, tenere nõ posse Papam hoc concedere, unde & Coninch *d. 20. de sacr. ord. dub. 9 concl. 4.* huic opinioni inclinatus, revocat in dubium, an verè dictus Inocent. concesserit. Attamen ejus meminere Chrys. Henriq. *in comp. privil. ord. Cist. n. 12.* Lamas. *in meth. p. 4. c. 3. § 5.* Malach. Rosenth. *in act p. 10. recuper. mon. ord. C st. in Hungar. p. 1. cap. 6.* Cruz. *in epit. privil. lib. 2. c. 8.* Navarr. *lib. 15 cons 13. de privil.* Major Rodriq. Isamb. Sossaius, & Marchin. *de sacr. ord. tract. 1. p. 2. cap. 13.* ubi dicit, se tenorem [illegible] excepisse ex libro privilegiorum Cist[illegible] & *ibi* esse ordine 121. Roder. *tom. 1.* [illegible] ubi ad longum eundem tenorem ip[illegible] concessionis refert, & Margar. *in ap[illegible] bullar. Cassin. const. 43.* ubi similiter e[illegible] tenorem ponit ex integro. Quin & [illegible] ctoria *de sacr. n. 235.* alijs 245. & Cassal[illegible] *tract. 7. c. 3. prop. 4.* affirmant, se ipsa[illegible] riginale vidisse. Addit Tambur. *to. 1. iur. abb. d. 2. q. 6.* probabiliter consti[illegible] Patribus Tridentini, de hoc privileg[illegible] & ideò nec illud eos subrogâsse, [illegible] sciebant potuisse Papam illud dare. [illegible] de *ibi* ipse Marchin. *supracit.* Bapt. [illegible] *in instr. ordin. cap. 6. quæst. 36.* & Ca[illegible] *in reg. S. Bened. cap. 62. n. 1626.* affirm[illegible] adhuc valere, etiam in Provincijs, in[illegible] bus Trident. fuit receptum, quia n[illegible] inveniuntur clausulę non obstantia[illegible] in locis, in quibus videtur illi derog[illegible] quod tamē est necessarium. Ac dem[illegible] de praxi testantur Cassahing. & C[illegible] muel supracitati. Et addunt Cru[illegible] Cassahing. derivari ad alios Abbates [illegible] legem communicationis: quod prò[illegible] le dicit Rosenthal. Ex quibus omn[illegible] inferas cùm Tambur. opinionem [illegible] ninchi revocantis in dubium, dictu[illegible] vilegium, parvi esse ponderis, cùm à [illegible] multis, & tam gravibus Autoribus [illegible] getur, & defendatur. Quantùm veri[illegible] aliam D. Tho. Resp. eum fuisse ha[illegible] materia particularem, ut in quibus[illegible] alijs. Quin & Autor supplementi 3. [illegible] tis ejus summæ, aliter & nobiscum ten[illegible] unde ego colligo ipsum D. Tho. mu[illegible] se, & idem tenuisse post editos comm[illegible] tarios in magistr.

Et certè quòd simplex Sacerdos, [illegible] concessione Papæ, possit conferre or[illegible] nes affirmant de Minoribus, Pallud. *in d. 7. quæst. 4. a. 2.* Steph. de Gaeta. *cap. [illegible] limin.*

Trinit. d. 30. quæst. 1. §. 3. Mirand. *in man. to. 1 quæst. 39. a. 9.* Zerol. *in praxi v. Abbas.* Marsil. *in annot. ad c. 10. Trid. cit.*. Et *ibi* ita declaravit S. Card. Congreg. hocque agnoscit D. Thom. *supracit.* Nec à quoquam revocatur in dubium (quod sciam.)

10 De Subdiaconatu: affirmant Turrian. *in annot. ad Concil. Nicen. c.* 54. Suar. *d. 11. de sacram. sect. 3. §. Solum posset.* Victor. *de præst. Eccl. quæst. 24.* Fornar. *de sacr. ord. c. 5.* Et alij apud Vasch. *d. 243. c. 4.* Omnesque infracitandi, & suprácit. qui privilegium Inocentianum recipiunt. Quod late probat. Marchin. *tract. 1. de sacr. ord. q. 2. cap. 13. nu. 4. & seq.* & ita Gelas. 1. *in epist. sua 1. decretali. cap. 8.* disertè asserit his verbis, *nec sibi meminerint, vlla ratione concedi* (puta sacerdotes simplices) *sine Domino Pontifice, Subdiaconum, aut Acolytum, habere jus ordinandi.* Ac demùm nostris his temporibus facto ostēdit Iñocent. X. qui hanc gratiam de novo, ad Subdiaconos ordinandos concessit Reverend. Domino Ossoliski, moderno Abbati Copriunicensi, Ordin. Cisterciens. in Polonia.

De Diaconatu affirmant item omnes, qui prædictum privilegium, habent pro legitimo, & inspecie Gloss. *cap. pervenit. d. 95.* Panor. *cap. quanto. de consuet.* Angel. *v. ordo secundo.* Vivald. *in cand. de sacram. ord. tit. de ministro. §. 8.* Supplem. Gabriel. *in 4. d. 25. q. 1. a. 3.* Marchin. *supracit. cap. 13.* & alij infracitandi.

12 Demum de Sacerdotio Aureol. apud Capreol. *d. 25. cit. quæst. 1. a. 2.* Marchin. & Vasch. *supracit.* Casp. Hurt. *diff. 8. de sacr. ord.* Et quos *ibi* citat Occhagau. & Panor. Et ita satis clarè insinuavit Conc. Flor. cum *in instructione Armen.* dixit Episcopum esse ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis, nam per hoc ostendit, alium posse esse extraordinarium, nēpe simplicem Sacerdotem, ex concessione Papæ. Nec dicas hunc modum arguendi non esse legitimum, quia præterquam quòd illa particula, & expressio *Ordinarii* esset superflua in prædicto decreto (quod tamen iura abhorrent) etiam Bellarm. qui tam dilucidè omnes fidei controversias extricavit, eodem discursu usus est *in lib. 4. de Rom. Pont. cap.* 10. ad probandum, posse simplicem Sacerdotem, ex delegatione Papæ administrare Sacramētum confirmationis, nempe (inquit) quia idem Florent. & postea Tridentin. declaravit, Episcopum esse huius Sacramenti ministrū ordinarium; unde ille infert quòd si datur ordinarius, datur etiam extraordinarius, nempe simplex sacerdos. Quod idem ego dico, de sacramento Ordinis. Neq; ego video quo fundamento dicatur posse Papam dare privilegium, ad conferendos Ordines Minores, non verò maiores, cùm omnes in Sacramenti & Ordinis ratione conveniant, imprimant caracterem, habeant pro sua natura respectum ad Corpus Christi conficiendum, & locum in Hierarchia Ecclesiastica; illa verò distinctio, qua aliqui apellantur maiores, & minores, sacri vel non sacri, non sit nisi ex beneplacito Ecclesiæ.

Quin etiam Gloss. *in cap. pervenit. d. 95.* 13
& cap. manus d. 5. de cons. Inocent. Panor. Archid. *in cap. quanto. de consuet.* Angel. *v. ordo 2.* Lochamyer. *in parochiali cap. 9.* & Marchin. *cit.* generaliter docent posse unumquemq; cum commissione Papæ, conferre ordines quos habet Diaconus, Diaconatum, Sacerdos Sacerdotium &c. quibus ego subscribo. Et fortè illi omnes qui privilegium Innocentianum agnoscunt, & alij in superioribus citati, ideo dicunt posse Abbates, ex delegatione Papæ ordinare diaconos, nempe quia ipsi jam sunt Diaconi, attento quòd bene-

dictio

dictio Abbatialis, nihil eis tribuat per respectum ad Ordines conferendos.

§. II.

De Ordinum receptione.

SVMMARIVM

1 *Regulares possunt accipere ordines, à quo Episcopo maluerint.*
2 *Super quo sunt variæ declarationes.*
3 *Regulares possunt invitare ad sua monasteria, quem maluerint Episcopum à quo ordinentur.*
4 *Prælati regul. possunt dispensare cum suis in interstitijs.*
5 *Et ad hoc ut ascendant ad ulteriores, etiam si minus legitimè priores susceperint.*
Et in quibusdam impedimentis ibid.
6 *Regul. possunt ordinari extra tempora.*
7 *Et plures sacros ordines eodem die recipere.*
8 *Regular. possunt ordinari ante ætatem, iure requisitam & 9.*
10 *Hoc privilegium revocatum putant aliqui.*
12 *Et non habere locum nisi respectu illius qui bona fide fuit ordinatus, ut cum illo dispensatur.*
13 *Sed valere in suis terminis affirmant alii.*
14 *Nullum Concilium, revocat privilegia Cassin.*
15 *Privilegia regular. de recipiendis ordinibus, extenduntur ad novitios.*

1 CLem. VII. & Paul. III. concessit Camaldul. Idem Paul. & Gregor. XIII. Societ. Iesu Eugen. IV. Alijq; plures Pontifices Cassinensibus, facultatem recipiendi ordines à quocunq; maluetint Episcopo, gratiam & commun. Sedis Apost. habente. Verùm S. Congreg. moderata privilegium, declaravit Regulares ordinandos, esse mittendos ad ordinarium loci, in quo habent monasterium, nisi fortè ille non sit habiturus ordinationes, quo casu, hoc erit in obe-

dientialibus exprimendum. Quod decretum deinde Clem. VIII. anno 1596. die 15. Maij confirmauit, ac mandavit abbatibus regularium Prælatis servari, ut refert inter alios meminit Capuc. *in annot. ad Cl. v. ordines sacri.* Sed Bauny *in pract. can. 1. cap. 5.* dicit eò non teneri regulares, quia licèt sit approbatum à Papa, ille tamen simpliciter Cardinalium, qui non possunt derogare privilegijs, & de facto praxi non servatur.

Eugen. IV. concessit Cassin. per Bullam incipit: *Regularem vitam.* Clem. VIII. Paul. III. Camaldul. B. quæ incipit *tioni congruit.* Et Sixt. IV. Minoritis oraculum vt possint vocare ad sua monasteria, quemcunq; maluerint Episcopum, à quo statutis ab Ecclesia temporibus, sui fratres ordinentur. Circa quæ nota aliquos velle revocari Trid. *sess. 23. cap. 5. de ref.* ubi prohibentur Episcopi exercere pontificalia in alterius dioc. Non revocari tamen affirmant Barb. *in remiss. ad cap. 8 sess. 23. eiusd. Trid. Rot. to. 3. qq. reg. 24. a. primo.* Et quem ibi Passar. Quibus ego subscribo, tum alias rationes alibi dicendas, tum nō exercet pontificalia in aliena dioc. qui in monasterio exempto, qualia regularium.

Clem. VIII. concessit Congreg. Ioan. Bapt. Ordin. S. Bened. in Lutin. Gregor. XIII. Societ. Iesu facultatem dispensandi cum suis in interstitijs, Compend. Societ. *v. ordines §. 3.* Porrect. *v.* Gasp. Hurt. *diff. 23. de ordin.* Mart. *tr. 1. p 7. cap. 2.* Celest. Suess. *in theolog. tract. 8. &c.* S. tamen Cardin. Congregat. derogando privilegio declarat. dispensationem interstitiorum, dum esse regularibus, non à suo ipsorum superiore, sed ab Episcopo ordinan. qui tamen quoad causam teneatur

dere superiori regulari Farinac. *4. p. decis. posth. 284.* & Peyrin. *to. 1. const. 1. Sixti IV.* Verùm quia declarationes Cardinalium non habent vim legis, neque hæc sufficit ad derogandum privilegio, ad quod vide infra. *n. 6. v. verùm.*

5 Honor. III. concessit Dominican. ut generalis possit dispensare cum suis ad recipiendos ulteriores Ordines, non obstante, quòd dum erant adhuc in sæculo præcedentes receperint minùs canonicè Cannart. *in sum. privil. minim.* Addit. Rod. *to. 1. quæst. 24. a. 2.* & Mirand. *in man. to. 2. quæst. 8. a. 2.* posse item Prælatos regulares dispensare cum suis in bigamia similitudin. ad omnes ordines, in vera vel interpret. ad minores tantùm, instar Episcoporum, circa quod vide dicta ubi de confess. pass. & dicenda ubi de pot. Prælat. ad dispens.

Alex. VI. concessit Cassin. & Ord. S. Hier. in Hispania Clem. VII. & Paul. III. Camald. Sixt IV. & Clem. XIII. Ordini S. Joan. Hierosolimit. Idem Clem. Congreg. S. Joan. Evang. Ordin. S. Bened. & Gregor. XIII. Societ. Jesu, ut ejus fratres possint ordinari extra tempora, & ipsos sacros Ordines recipere tribus Dominicis consequentibus, aut etiam Festis continuis. Eugen. verò IV. concessit Monachis S. Bened. Monasterij Vallisolet.
7 ut etiam eodē die possint omnes sacros ordines recipere. Bullar. Vallisol. B. 36. Bullar. Cassinens. *const. 106.* Roder. *to. 2. bull. 25. Greg. XIII. & to. 3. qq. reg. 23. a. 5.* Compend. privil. S. Hieron. & Soc. Jesu. *v. ordines.* Casar. & Portel. *eod. v.* Cruz *in epit. privil. lib. 2. c. 8.* Barbos. *in collect. bull. v. cler. Societ. & de off. & pot. ep. p. 2. all. 4. & 17.* Tambur. *de jur. Abb. to. 2. d. 2. quæst. 17.* Diana *tr. 2. dub. reg. res. 31. & to. 11. tract. 4. res. 6.* Marchin. *de sacr. ord. tract. 1. p. 7. cap. 2. & 7. & p. 8 cap. 6.* Cælest. Suess. *in theol mor. tract. 8.* Dicentes valere adhuc hoc privilegium, etiam in Provincijs in quibus fuit receptum Tridentinum, nec ab illo revocari. Quin potiùs illi ipsi (ob subsecutas concessiones Clementis VIII. & Gregor. XIII.) derogari affirmant cum prædictis Homobon. *de exam. Eccles. t. 1. tract. 2. cap. 1. quæst. 13.* & Hieron. Rodr. *in compend. qq. reg. res. 106.* Ubi refert ita à S. Card. Congreg. sub Gregor. XIII. declaratum. Ac demùm de praxi testantur Portel. & Diana citati.

Alex. VI. concessit Prioribus Sublac. 8
& Farfens. almæ Congreg. Cassin. Joan. XXIII. Carthus. Innocent. VIII. Minorum, & Jul. II. Minim. Generali, ac Provinciali, facultatem dispensandi cū suis, ad hoc ut anno ætatis suæ 22. completo, possint ad Sacerdotium promoveri. Bul. Cassin. *const. 107.* Christoph. à cap. Font. *in compend. v. dispens. §. 14.* Casar. *eod. v. n. 15. & 22.* & Gasp. Hurt. *diff. 21. de sacr. ord.* Quo casu locus debebit esse *clem. general. de ætat. & qual.* secundùm quam antiquo jure licebat ascendere ad Subdiac. anno suæ ætat 18. ad Diacon. 20. Quin etiam 9
Clem. VII. & Paul. III. in sæpe memorata B. quæ incipit *Rationi conguit*, concesserunt Camald. licentiam recipiendi ordines sacros, etiamsi tempus à Canonibus constitutum non attingant, & sic ad eorum discretionem, & ante annum 22. suæ ætatis.

Verùm hæc privilegia revocantur à 10
Trid. *sess. 23. c. 12.* Ac rursùs per motum quemdam Sixti V. anno 1588. editum contra malè promotos, in quo Pontifex jubet ut omnia disposita à prædicto Trid. circa ætatem, interstitia, & tempora ordinationum, serventur à Regularibus, sub pænis ibi appositis, à quibus nemo possit absolvere, virtute cujusquàm privilegij, vel Jubilæi, etiam posito, quòd

casus sit occultus. Et licèt Pius V. restituerit regularibus, privilegia à Trid. suppressa, illa tamen restitutio, non est, nisi pro foro interiori, quæ hîc non potest servire quia quando aliquis est ordinandus, debet eius superior testari de eius ætate apud Episcopum, & sic in foro exteriori, pro quo nihil fuit restitutum à Pio.

11 His & alijs moti Sayr. *lib. 7. de censur. cap. 12.* Marthin. *tract. 1. de sacram. ord. p. 5. cap. 2.* Hurtad. *supracit.* & alij putant omninò, cessare privilegia supra relata; & eorum usum jam esse omnino illicitum.

12 nisi (inquit Hurt.) in hoc quòd si aliquis bona fide, fuit ordinatus, ante ætatem, poterit eius Prælatus cum illo dispensare ad hoc ut ante complementum ætatis exerceat ordinem sic susceptum.

13 Sed Christophor. à cap. Font. *supracit.* Vasch *to 3. in 3 par. d. 240. cap. 4.* Sà *v. religiosus* Diana *tract. 2. dub. reg. res 59* Chass. & alij, quorũ opinionem probabilem putat Bauny *in theol. mor. tractat. de penit. quæst 13 dub 4.* absolutè affirmant valere adhuc dicta privilegia, sine distinctione, & in suis terminis, fuisseq; reparata per supramemoratam restitutionem Pij V. Ad instantiam verò in contrarium allatam. Respondeo prælatum ordinandi debere quidem testari de eius ætate, non tamen esse opus, ut testetur, seu exprimat, an sit legitima, secundùm Trident. vel secundum privilegia, & multò minùs ut dispenset cum ipso in ætate per respectũ ad forum exteriùs, quia Papa ipse censetur dispensare per privilegiũ. Imò potest dici nullam hîc intervenire dispensationem, nam determinare ætatem in qua recipiantur ordines, spectat ad Papam, aut Concilium, sicut autem Concilium pro cæteris fidelibus determinavit annum 25. ad Sacerdotium, ita Papa pro Regularibus 22. qui dum in hac ætate ordinabuntur, non dicentur uti dispensatione sed jure pro se constituto, si quidem privilegia habent vim legis respectu privilegiati. Ad motum Sixti V. Respond. servanda esse constituta à Trident. nisi adsint privilegia, quæ aliud permittant. Ad id verò quod dicitur non minem posse in illis dispensare. Resp. hanc clausulam intelligendam esse de pænis appositis, quæ supponunt reatum qui tamen hîc non potest supponi cum per privilegia excludatur. Vt interim non taceam, quod Garcias *in tract. de nef. p. 2. cap. 5 nu. 70.* & Barbos *de pot. ep. leg. 20.* affirmant motum illum Sixti revocatum. Et secundò extare privilegium pro Cassin. de quo in Bullar. Bullar. *const. 61.* & nos *in sect. seq.* quo decernitur nulla eorum privilegia ab ullo futuro Concilio fore revocanda, & sic quamodum revocationes Trident. non afficiunt, sic nec motus Sixti respicit. Atq; hinc concludendo ego censeo utramq; opinionem esse probabilem.

Porrò quia Novitij veniunt nomine Professorum, in favorabilibus, & communibus eorum privilegijs gaudent, ideo sicut in præced. §. dixi, eos posse à suis Prælatis ordinari, ita nunc dico, posse illis recipere dimissorias & obedientiales ad sacerdotium ut docent Suar. *to. 3. Rel. lib. 5 cap. 16.* Barbos. *de iur pont. lib. cap 27.* Tambur. *to. 2. de jur. abb d. 2. quæst.* Vech. *in praxi d. 11. d. 8* & Sanch. *in sum. 6. cap 10.* Aut dispensationem, ad hoc extra tempora ordinentur, secundùm Thom. Hurt. *to. 1. var tr. 12 cap. 1. res 33.* de Soria *in epit Sum. p. 2. tr. 1. sect. 1. d. 9.* Martin. à Sancto Ioseph. *in monit. confessar. 1. lib. 1. tract. 5. de ordin.* Dian *tract. 4. res. 6.* Suar. & alios. Idemque per

proportionem dico, de eo qui vellet ante ætatem ordinari, seu qui aliquo alio impedimento laboraret, est enim ratio omnium, & pro omnibus idem fundamentū, nempe quia Novitij gaudent privilegijs Professorum. Neque obstat, quòd pius V. anno 1568. sub varijs interdixit ne Novitij ante professionem ordinentur. B quæ incipit *Romanus Pontifex sacrorum.* Nam causa hujus prohibitionis est, quia Novitius non habet titulum Religionis, cùm possit exire, & sic ob deceptionem justè prohibetur ordinari, at si habet alium titulum verum verbi gratiâ patrimonium vel beneficiū, tunc nihil impedit eum ordinari eo modo, ac si esset adhuc sæcularis, & hoc casu locum non habet prohibitio Pij.

§. III.

De Ordinum Exercitio.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus Regul. potest dispensare cum eo qui indebitè ordinem aliquem suscepit, ut illum exerceat.*

2 *Regularis qui in via contraxit impedimentum, potest eligere confessarium, à quo dispensationem accipiat.*

3 *Regularis qui contraxit aliquam censuram exercendo ordines, potest in ea absolvi à suo Prælato.*

4 *Prælati Regul. possunt dispensare cum suis in omni impedimento, ut ad ordines ascendant.*

5 *Et declarare an eorum casus indigeant dispensatione.*

7 *Prælatus Regul. potest dare licentiam tenendi pileolum in Missa.*

Vbi variæ sententiæ DD.

6 *Prælatus Regul. potest dispensare cum ijs, qui defectus certos patiuntur, ut ijs non obstantibus celebrent & seq.*

Vbi de luſco, claudo, gibboſo, infami, &c.

HOnor. III. concessit Dominican. ut Generalis possit dispensare cū suis qui indebitè Ordines susceperē, ad hoc ut in eis maneant, & eos exerceant. Cannart. *in summar. privil. minimor.*

Eugen. IV. concessit Hieronimitan. 2
ut frater qui in via constitut⁹ in aliquod impedimentū incidit, ob quod prohibetur à Divinorum participatione, possit sibi eligere Confessarium, à quo accipiat dispensationem sibi necessariam. Capuccin. *in annot. ad Cæsar. ver. absol. ord. quo ad fratr.*

Item per privilegium Cassin. de quo 3
in Bullar. Margar. Regularis qui contraxit irregularitatem, exercendo ordines in loco interdicto, vel cùm esset aliqua censura ligatus, potest absolvi toties quoties, circa quod vide dicta *ubi de Confess. pass.*

Item sicut Prælati Regularium pos- 4
sunt cum eis dispensare in omni irregularitate, seu impedimento, per quod prohibentur ascendere ad ordines (ut ibi plenius dixi) ita à fortiori in omni eo, per quod possent prohiberi ab eorum exercitio. Ratio est, quia quando defectus est talis, ut solus Papa dispenset cum ordinando, potest Episcopus dispensare cum jam ordinato, ut docent Innocent. *cap. cùm de tuo de corp. vitiat.* Et Angel. ac Sylv. *in sum. eod. v.* At quantùm ad dispensationes. Eugen. IV. concessit Prælatis Cassinens. erga suos eam omnem potestatem, quam in eos haberent Episcopi, si non essent exempti *const. 63. & 64.* in Bullar. Margar. Et similiter Pius V. concessit Prælatis Dominican. in suos eam quam Trident. *sess. 24. cap. 6. de ref.* attribuit Episcopis B. quæ incipit *Romani Pontificis*, expedita ann. 1571. die 21. Iul.

Ex quibus collige primò quòd sicut 5
Episcopus potest declarare, an casus indi-

indigeat dispensatione, vel in dubio ipse dispensare, ut docent Innocent. & communiter alij in *cap. 1. de corp. vitiat.* Ita respectu Regularium, idem possunt eorum Prælati, tum jure communi, quia sunt eorum Episcopi, tum per dicta privilegia Eugen. IV. & Pii V. Et ita tenent Angel. & Tabien. *in sum. v corp. vitiati.* Et
6 secundò posse item Prælatos dispensare cum suis in diversis casibus, ut cum eo qui habet in membris aliquam disproportionem, unde generatur difformitas. sed non adeo gravis, cum gibboso, claudo, portante pedem ligneum; carente altero oculo, vel cui membrum sive occultum, sive manifestum fuit absciſſum sine sua culpa, & suspicione homicidij, vel cum calvo, ad hoc ut pileolum in altari retineat, &c. ita Angel. & Armil. *v. corpore vitiati.* Portel. *v. dispensare. numer. 5.* Roderic. *to. 1. qq. reg. 24. a. 3.* Mirand. *in man. to 2. quæst. 8. a. 3.* Laym. *in theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 6. n. 16.* Suar. Sà Scortia. Et alij nota tamen circa facultatem celebrandi cum pileolo. S. Cardin. Congreg. declarâsse, usque tertiò eam non posse dari,
7 nisi à Sanctissimo, (etiam si infirmus, eo usurus sit solùm extra canonem) ut refert Barbos. *de offic. & pot. par. cap. 11. numer. 36.* & Cavant. *in rubr. missal.* ad quod facit *cap. nullus 57. d. 1. de consec.* Verùm, quia privilegia Regularium sunt à Papa, ideo dici debent de eius licentia portare pileolum in missa, qui sui Superioris Addunt primò Asor. *p. 1. inst. lib. 10. cap 28. quæst 16.* Zerol. *in pra. v. missa.* Laym. *lib. 5. tract. 4. cap. 6* Fagund. *de præcep. eccl. p. 1. lib. 3 cap 21.* Bauny *in theol mor. tract. 10 quæst 10.* Sà *v missa* posse Episcopum non obstantibus illis declarationibus concedere usum pileoli in missa, quia esset nimis dur um, pro hoc uno negotio, Sacerdotem mittere ad Sanctissimum, quæ opinio & ratio, si admittatur, idem dicendū erit de Prælatis regularibus respectu suorum, & seclusis privilegijs. Addunt secundò Scortia de sacrif. *miss lib. 3. cap.* Zerol. Laym. Sa, & alij *supracit.* id licitum etiam sine dispensatione, quando necessitas est clara. Et talis necessitas est r. ob senium, calvitiem, vel morbum. ait Henriq. *lib 9. cap. 26. litt. Q.* ubi hoc citat Angel. Sylv. Tabien. & Arm. caput verò *nullus* supracit. explicat de qui sine causa, & temerè tenent op. mentum. Addit tertiò Navar. *lib. 3. 7. de cel. miss* jure communi non esse p. hibitum, celebrare capite tecto amic. quia ille est ornamentum capitis, u. tet ex oratione quæ dicitur in ill. sumptione, atque ideò sic esse licitum lebrare, quando non subest scandalum verbi gratiâ in Oratorio privato.

Quòd si hoc admittitur, fortè e. sub amictu licebit pileolum, vel a. quid retinere, fovendo capiti, eo m. quo sub alba retinentur aliæ vestes. creto tamen Zachar. Papæ in Co. Romano Ann. 743. celebrato p. hibetur celebrare *capite velato*, q. refertur in *cap. nullus Episcopus. d. consecr.* unde ego miror Navarr. n. fuisse ejus recordatum.

Nota secundò de gibboso quòd li. ber nō multùm eminet, non est opus. pensatione unde sicut potest admitt. recipiendos Ordines, ita à fortiori ad. ercendos secundùm Cardin. & DD. *hinc etenim. d 49.*

Tertiò. De claudo verò, sicut su. ter permittitur Ordines recipere ex. juris dispositione, ita & exercere. *disciplina. cap. 4. capit. si quis. d. 55. cap. lus. dis. 1. de cons.* Gloss. *cap. cit. p.* Archid. & Host. *eodem* Selua *in tra. de benef. pat. 3. quæst. 5.* Angel. Sylv.

Armil.

Armill. *v. corp. vitiati.* fallit tamen, si talis non posset se in altari sustentare sine baculo. Per *capit. nullus Episcopus. 56. dist. 1. in fin.*

12 De illo autem, qui habet pedem ligneum, licèt non possit admitti ad ordines, tamen postea cogatur tali pede uti, potest eum illo Episcopus dispensare, secundum Angel. & Armil. *supra cit.* & Sylv. *eod. v.* ubi ad hoc allegat Host. & Abbens. Idemque per proportionem dico de Prælato regul. respectu sui inferioris.

Quartò. De illo qui caret, oculo Ardoin. *in cap si Evangelica d. 55.* Armill. & Sylv. absque discrimine arcent eum à sacris Altaribus. Alij tamen magis communiter, non tenent hunc rigorem, nisi respectu illius, qui caret oculo sinistro, quē vocant Canonis. Imò Navarr. *in man. cap. 17. num. 199.* & Portel. *v. dispensare num. 5.* nec absolutè hunc condemnant, sed volunt, ut attendatur ad indecentiā, quam exhibet, dum legit in Missali ut cum illo dispensetur, si est exigua. Subscribit Auson. *in sum. v. Prælatus regul. num. 17.* ubi allegato Laymanno, ait dispensandum esse, quando habet oculum dextrum, ita vigorosum, ut accommodato Missali possit sine notabili, & indecenti conversione, in illo legere, & ita praxis obtinuit, contra dispositionem *cap. stat. si Evangelica.* Quòd si quis non quidem caret oculo, sed potentiam visivam habet impeditam, loquendum est per proportionem ad prædicta, & attendendum, vel quam deformitatem illa privatio pariat in ejus vultu, vel quam ipse indecentiam exhibeat in legendo per *c. 2. de corp. vitiat.* ita Navarr. *num. 199. cit.* & Lud. Molin. *tom. 4. de iust. tr. 3. d. 71.*

13 Maior est difficultas de infamia, an possit Prælatus cum suo inferiori in ea dispensare. Ad quod Respond. quòd sicut accessoriè Episcopus dispensat in infamia resultante ex delicto, à quo potest absolvere. ut ait Gloss. *cap. domino d. 50. & cap Euphemium §. 1. 2. q. 3.* ita & Prælatus Regularis, unde cùm possit suos absolvere à quovis delicto, ita & ab omni nota infamiæ. Ad quod ex abundanti extant privilegia, de quibus suo loco, & ita tenet Peyrin. *to. 3. in privil. sui ord. minimos cap. 2.* Quòd verò Roder. *in to. 1. qq. reg. 24. ar. 6* & Portel. *v dispensare. n. 6.* negativam tenent, & non posse reum dispensari à suo Prælato, quando notatus est infamia juris & legitimè condemnatus, ac præcipuè si ob crimen nefandum, ego intelligo de quadam decentia, neq; enim expedit dispensare, quando crimen est adhuc nimis recens, & non bene deleta nota ab illo contracta per pœnitentiam & vitam sanctiorem &c.

CAPUT XXI.

Circa præcedentiam.

SUMMARIUM.

1 *Circa præcedentiam oportet servare locorum consuetudines, vel debet haberi respectus ad priorit atem originis.*
2 *Vel ad possessionem.*
3 *Vel ad id quod sit Romæ.*
4 *Clerus Sæcularis præcedit Regulares.*
5 *Fallit in quibusdam casibus & personis.*
6 *Inter Regulares præcedunt non Mendicantes.*
7 *Et hoc titulo eos præcedunt Fulienses.*
8 *Et Sylvestrini.*
9 *Inter Ordines Mendicantes, præcedunt quatuor antiquiores.*
10 *Et inter hos Dominicani.*
11 *In ordine sancti Francisci præcedunt, qui sunt de Obser.*
12 *Et Capuccini tenent novissimum locum.*

13. Ca-

13 Canonici Later. præcedunt Ordin Monachales.
14 Abbates verò ipsorum sibi respectivè cedunt pro ratione temporis suæ promotionis.
15 Canonici Regul. & Monachi non debent admitti simul ad actus publicos.
16 Abbates præcedunt simplicem Canonicum, vel Monachum.
17 Lateranenses præcedunt Cassinenses gratiâ potiùs, quàm Iure.
18 Sententia lateranensium contra Cassin. non respicit alias Congregationes.
19 Neque alios Canonicos.
20 Tractatur difficultas an generaliter omnes Augustiniani debeant præcedere Benedictinos.
21 Antiquitas Relig. unde & quomodo computanda.
22 Inter Cives cuiusque loci habetur ratio eorum receptionis.
23 Canonici August. non possunt dicere, se æquè antiquos ac S. Augustinus nec ab eo suam originem derivare.
24 Etiam si aliqui Ordines servent regulam alicuius Beati, non sequitur esse semper ab illo institutos aut æquè antiquos.
25 Congregationum sunt duo genera quarum aliquæ habent simplex nomen congreg. aliæ sunt ordines subalterni & quare.
26 Dignitas alicuius Ecclesiæ ex quibus capitibus æstimand.
27 August. non possunt hoc titulo petere præcedentiam ibid. Neque titulo Præscriptionis. ibid. Neq; privilegii ullius. Ibid. Neque maiorum meritorũ ib. Soli Canonici Ecclesiæ cathedr. sunt in dignitate. Alij reputantur tanquam Clerici. Et hoc titulo non competit August. jus præcedentiæ. Ibid. & seq. Quando duæ qualitates sunt in uno subiecto, una debet determinari ab altera. Ibid.
28 Omnes Papæ Concessiones intelliguntur salvo jure alieno.
29 Ex maiori titulo non potest semper argui jus ad præcedentiam.
Neque ex qualitate habitus.
30 Rochetus æstimatur quia proprius habitus Episcopi, per se autem non reddit personas honore dignas.
31 Rocheti quando institutus usus. Et eo non credibile unquam usum S. August. nec suæ Ordinis habitum. ibid.
32 Lis inter duos Augustinianos de suo habet iudicium unius rustici 33.
34 Inter Ordines Monasticos præcedunt Ben. & inter eos Nigri ibid.
35 Alii verò pro ratione antiquitatis.
36 Omnibus Monachis præsit Abbas Cassin. Post Abbatem verò Cassin. immediate habere debet Abbas Augustin. ibid.
38 Reformati habent præcedentiam, & privilegia, quibus gaudebat prius suum Mon.
39 Quando in eadem Civitate sunt plura Monasteria eiusd. Ordinis, cedunt sibi respective pro ratione antiquit. fund.

CUM Ecclesia dicatur terribilis ut castrorũ acies ordinata, non solum denotatur diversas in ea esse personarum phalanges, sed etiam inter eas ordinem reperiri, secundùm quem aliæ præcedere debeant, & aliæ subsequi. Pro maiori autem claritate ego divido totum statum Ecclesiasticum in Clerum sæcularem, & Ordines regulares: qui sunt vel Mendicantium, vel non Mendicantium. Et distinguuntur in Canonicos regulares, Monachos, illi in Mendicantes primi gradus & secundi, seu antiquos & recentiores illis adnumeratos.

Hoc posito: in hac materia præcedentiæ Cardin. & Bald. *in cap cum olim, de* Et Chopin. *lib. 2. mon. tit. ult.* volunt inter diversa corpora personarum vetur consuetudo locorum: vel attendatur ratio prioritatis originis. Et tur Greg. XIII. hanc Regulam appro se in sua const. quæ incipit. *Expos* dato an. 1583. die 15. Iul. In qua prob dicantibus decernit, hos præcedere re, qui sunt in possessione vel quasi

aut si non constat hos, qui sunt antiquiores in loco. S. verò Cardin. Congregat. an. 1593. die 30 Aug. declaravit, ubivis terrarum id observandum quod Romæ. Quid verò servetur Romæ, non expressit, sed satis datur intelligendum, servari constitutionem Greg. XIII. nempe de sem præcedentiam: aut propter antiquitatem: aut propter jus quæsitum: aut propter consuetudinem vel maximè quę & jus introducit & declarat Vnde Tamb. *in 1. de iur. Abb. d. 25. quæst. 2.* optimè notavit, quòd judicium de præcedentia maximè pendet à consuetudine.

Regulariter autem Clerus sæcularis præcedit quoscúnque Regulares, ut docet Ioan. Andr. *cap. delictum. de reg. Iur.* Et hoc etiam in proprijs illorum Ecclesijs, de quo videri possunt plures Cardin. declarationes apud Barb. *in coll bul. v. Clerus 1.* Et ratio fundamentalis est, quia in jure Clerici habentur digniores Regularibus *cap. legi. 16. quæst. 1. & cap. à Subdiac. d. 93.* ubi Gloss. ita docet. & Cassan. in *cat. glor. mun. p. 4. cons. 57.* fallit tamen ubi consuetudo aliter introduxit, vel jus exigit aut favor permittit, & sic v. g. in Ecclesia Toletana, si Abbas S. Benedicti de Sahagun. adsit, accipit locum inter dignitates, Monachis verò eiusdem Monasterij interessentibus officijs divinis datur distributio sicut Canonicis, *ut notat Tep. 5. cent. 1. an. 554. c. 5. in impressione Gallic.* Monachi verò Cassinens. præcedunt Canonicos suæ urbis S. Germani; Monachi S. Crucis Burdigal. neque præcedunt Canonicos Ecclesiæ Metropol. neque ab his præceduntur, sed de pari incedunt in processione unus Monachus cum uno Canonico. At Monachi Sancti Eutropij apud Xanton. ipsum Clerum Ecclesiæ Cathedr. dividunt & incedunt medii inter Canonicos & Mansionarios Parochos, seu alios Clericos inferiores.

Quantùm autem ad Regulares inter se S. Card. Congregat. anno 1619. die 23. 6
Mart. censuit non Mendicantes debere habere præcedentiam & quidem meritò, nam adstipulatur illis prioritas originis, & suarum Ecclesiarum dignitas. Unde jam ante, (hoc est año 1599. die 9. Febr.) Clemen. VIII. suo motu proprio, qui incipit *Regis pacifici.* declaravit pro Fuliensibus debere eos præcedere omnes Mendicantes. Et cùm inter Mendicantes & Sylvest. orta esset difficultas super 8
præcedentia, lite delata ad Sacr. Congr. anno 1617. die 24. Jan. respondit, debere Sylvestrinos cedere, aut abstinere ab omni quæstuatione. Cúmque illi die 19. Maij subsequente insinuâssent eidem Sacr. Congr. se abstinere à quæstuatione statim præcedentiam illis adjudicavit.

Inter Ordines verò Mendicantium 9
præcedunt IV. antiquiores, de quibus fit mentio in jure. *c. unic. de rel. dom. in 6.* Unde cùm Ordo redempt. captivor. movisset litem Carmelitis super præcedentia condemnatus est primùm à Rota Romana die 10. Maij anno 1600. Et deinde à Clemen. VIII. die 15. Novembr. anno 1602. sua const. quæ incipit. *Decet Romanum Pontificem.* Inter ipsos autem IV. ordines antiquiores Pius V. constituit hanc sub alternationem, ut primum locum te- 10
neant Dominicani, quos immediatè sequantur Minores tum August. ac postremò Carmelitæ, B. quæ incipit. *Divina disponente Clementia.* Et alia quæ incipit *Romanus Pontifex.* Ac iterum alia, quæ incipit *Apostolicæ Sedis.* Et quia Ordo mino- 11
rum est divisus, Leo X. anno 1517. die 6. Deceb. censuit eos qui sunt de Observantia, debere præcedere, B. quæ incipit. 12
Licèt aliàs. Capuccini verò anno 1619. die 23. Mart. jussi sunt decreto Sacr. Congreg-

gregat. cedere omnibus non solùm Minoribus, sed etiam Mendicantibus aliorum ordinum, qui ante ipsos habuerunt facultatem portandi Crucem propriam in processionibus.

13 Quod autem attinet ad Ordines nõ Mendicantes, Canonici regul. Congregat. Lateranensis præcedunt omnes monasticos, etiam Cassinenses, tam in actibus
14 privatis, quàm publicis, *quando dimissa superiori veste incedunt in habitu clericali.* Sed Abbates earundem Congregat. Lateran. & Cassinen. dum alicui actui intersunt sine suis corporibus, sibi respectivè cedunt pro ratione temporis, à quo ad prælaturam sunt assumpti, (*) uti per sententiam definitivam sancivit Pius IV. anno 1564. die 18. Ianu. Quam referunt Margar. *in bull. cass const. 183.* Tambur. *tomo 1. de*
15 *iur. abb. d. 25. qu 1.* Navarr. *com. 4. de regul.* Roder. & alij. Ad vitandas verò difficultates S. Congreg. anno 1603. die 1. Septemb. provisionaliter ordinavit, simplices Monachos, aut Canonicos non esse admittendos in ullis actibus, seu conces-
16 sibus privatis, sed tantùm Abbates, qui se conforment sententiæ Pii IV. Quòd si contingat admitti simplicem Monachum vel canonicum Abbatem debere præcedere. Bullar. cassin. *const. 256.*

17 Vbi nota primò, quòd cùm Canonici Lateran. reponant prædictam sententiam Pij IV. inter sua privilegia, & in libro privilegiorum suorum, hinc videntur agnoscere se evicisse causam contra Cassinenses, non tam jure, quàm favore, & præcedentiam illis adiudicatam, non esse nisi privilegium, & gratiam Pontificis, qui voluit in hoc ipsis gratificari ratione suæ Ecclesię Cathedralis, Lateranensis.

18 Secundò. Quòd cùm illa lis de præcedentia, & sententia desuper lata, non re-
piciat nisi duas prędictas Congreg. ide-
manent aliis sua jura quoad hoc integra.
Unde si Congreg. Lateran. acquirere
domum extra Italiam, ùbi sunt aliæ Con-
gregationes Monasticæ, non tenerent
ibi cedere Lateranensibns. Et multò m-
nùs alij Canonici regulares, qui n
sunt Congreg. Lateranensis (licèt a
se dicant Ordinis S. August.) poss
dictam sententiam ad se detorquere
illâ se armare ad evincendam præce-
tiam contra Cassinenses, vel alios M-
nachos de quo sic loquitur Tambur. *d.*
cit. quæst. 6. num. 8. Illud tamen adverte
tet, quòd circa litem illam stabilita, & de
favorem canonicorum regul. Latur. non
duntur ad alios Abbates, & regulares
cos ceterarum congregationum, etiam
Augustino militantium. Et idèo minùs bo
seph. Mosagrug. lib. 2. & 8. probare
sententiam Pij IV. ad favorem Canonic. L
latam, æque pro canonicis suæ congreg. S.
vat. Bononiensis facere, cùm ex eiusdem
tiæ verbis id non satis appareat, imò
rium eliciatur, cùm in ea Lateran congr
tantùm nominetur, ideò meritò illius dict
futantur circa hoc à Gabr. Pennot histor.
canonic. reg lib. 2. capit. 53. num 12. vbi te
dictam Congregationem Sancti Salvatoris
eius Canonicos in ea causa, ne per somnium
dem esse nominatos.

Ita Tambur. Quia verò non soli C
nonici Sancti Salvatoris Bonon. s
tiam alij sub Regula S. Augustini in
ti, ad illorum imitationem, præten
ubique præcedentiam, placet in præ
hanc difficultatem paulò penitius
pendere servata tamem brevitate n
hoc opere proposita, & absque char
læsione, vel ullius offensa.

Nota igitur Tertiò. Canonicos
Clericos regulares S. Augustini nõ p
petere

(*) Arg. can. 13. Millevit. sub Innoc. 3. Braccar 1. sub Honor. 1. can. 24.

petere præcedentiam à Benedictinis, nisi vel ratione suæ antiquitatis, vel dignitatis earum Ecclesiarum, vel sui habitus, vel sui, seu suarum Congreg. & Ordinum tituli, vel suorum meritorum, vel præfectionis, & consuetudinis, vel privilegij alicujus. In quibus tamen omnibus ego video, eos collatos Benedictinis cedere, atque ideò minùs rationabiliter præcedentiam petere.

Nam quod ad Antiquitatem attinet; 21
hæc potest attendi, vel ratione sui Ordinis, vel suæ receptionis, in singulis locis & Civitatibus, in quo utroque illi deficiunt. Deficiunt inquam quoad secundum: quia constat Benedictinos esse regulares, & Cives in locis, in quibus habent monasteria, longè ante illos: & sic inter Cives alicujus loci habetur ratio receptionis eorum ad municipium, sanè illi cadent illi, & primas debebunt cedere, tanquam posteriores. *l. 2. C. de com. & archiatr. & l. comperimus. eod. de prox. sacr. scrin.* Sed & item deficiunt quoad primum. Quia licèt dicant se Sancti Augustinum, & Sanctum Augustinum in Patrem elegerint, non tamen sequitur, quòd possint trahere suam originem aut antiquitatem ab illo, tanquam sint ab eodem instituti, nec eo descendant. Nam in Hungaria, & Polonia sunt Monachi, qui se dicunt Sancti Pauli primi Eremit. In Gallijs alij, qui Sancti Antonij. In Hispanijs & Italia, alij qui S. Hieronymi &c. Quis autem posset illos esse institutos à dictis Beatis, aut ab illorum temporibus posse suam originem derivare, atque inde præcedentiam ab alijs exigere?

Dico, non esse paritatem, quia Augu- 22
stinum non elegerunt simpliciter S. August. in patrem, sed regulam ejus profitentur, atque ideò tanquam ejus ordinis (& antiquioris) possunt petere præcedentiam. Sed hoc nihil evincit, quia non licèt arguere à genere ad speciem. Nemo enim negat S. Augustinum esse antiquiorem Sancto Benedicto: sed negatur eas familias, quæ se dicunt Ordinis S. August. & successu temporis, sub ejus regula sunt fundatæ, posse dici ab illo institutas, aut ab eo suam originem, & antiquitatē trahere, ut dicantur Ordine S. Benedicti antiquiores. Nam Philosophi agnoscunt, essentias rerum esse æternas, quarum tamē individua videmus oriri singulis diebus. Et quamvis Roma v. g. sit antiqua, non tamen sequitur æquè antiquas esse omnium Romanorū familias. Est igitur falsa argumentatio, cùm dicitur S. Augustinus est antiquior S. Benedicto: ergò & Congregatio S. Salvatoris, vel Rochetinorum verbi gratia. Sed ut hoc asseratur, necesse est ostendere talium familiarum originem, immediatè esse à S. August. & per rectam lineam, absque interruptione, ad hæc tempora propagatā. Neque alij Ordines, ut illi suam originem, suámve antiquitatem derivant.

Nam v. g. Dominicani profitentur e- 23
tiam regulam S. August. atque ideò nemo potest negare quin sint ex illius ordine; & tamen non derivant suum principium, neque computant suos annos, aut suam antiquitatem à S. Augustino, sed à S. Dominico, qui sub ejus regula eos instituit. Sic nemo potest negare, quin Camaldul. Olivetani Cister. & alij ejusmodi, servent, & profiteantur regulam S. Benedict. & quin sint verè ejus filij, & sui Ordinis: & tamen quando agitur de ipsis, non quærimus eorum originem apud S. Benedictum, neque eorum antiquitatem ab illo derivamus, sed à SS. Romualdo, Roberto, Bernardo Senensi &c. qui sub regula, & ordine S. Bened. illos instituerunt. Et ita à pari Canonici, seu

Clerici Regulares, qui se dicunt S. Augustini, non ab Augustin. sed à suis privatis fundatoribus debent suam originē & antiquitatem derivare, in quo quia sunt inferiores Benedictinis, irrationabiliter etiam prætendunt eos præcedere.

24 *Dices*, neque etiam antiquas esse Congregationes Benedictinorum v.g. Cassinensem. Sed nego paritatem, quia Congregationum sunt duo genera: aliqua enim fiunt per solam aggregationem Monasteriorum, ad finem eorum conservationis, & manutentionis observantiæ in illis, absque additione ad Spiritum, & finem Regulæ, aut Ordinis, aliæ verò cum aliquo additamento, & mutatione in habitu, & quoad formam & quoad colorem inter quem utrumq; modum id discriminis intercedit, quòd congregationes factæ secundùm primum, habent naturam simplicium congregat. in quarum Monasterijs, quia nihil fuit immutatum, quod ad essentialia Ordinis, ideò jure merito suam antiquitatem à suo primo Fundatore derivant, quia per rectam lineam absque interruptione ejus regula, & spiritus ad illa fuit derivata, & in eis retenta. At quæ fiunt secundùm alterum modum, non sunt simplices Congregationes, sed Ordines subalterni, quarum ideò Monasteria non trahunt suum principium, nec suam antiquitatem, nisi ab illis à quibus hanc formam specialem vivendi acceperunt. Igitur quia Congregat. Cassin. & aliæ Monachorum Nigrorum factæ sunt primo modo, justè trahunt suam antiquitatem non à tempore unionis suorum Monasteriorum, sed sui legislatoris S. Benedicti, à quo etiam omnes eorum Monachi communi nomine vocantur Benedictini. Et quia è contra Congregationes Canonic. seu Cleric. Regularium factæ sunt secundo modo sub Regula S. Augustini, ideò non ab ipso August. sed suis privatis Fundatoribus debent computare suum principium, seu antiquitatem, eo modo quo ut dixi supra de C... maldul. v. g. Olivetan. aut Cisterc. ... & videmus quòd nomine etiam pro... singulæ distinguntur tanquam non ... pliciter ab invicem distinctæ, sub ... muni regula & instituto, sed tanqu... disparatæ.

Sed neque etiam dicti Canonici ... Clerici Regul. possunt petere præc... tiam ratione dignitatis suarum Ecc... rum, quòd sint collegiatæ, nam tales ... etiam Monachorum. Imò sicut poss... scopatum non est dignitas major Ab... tiali: sic post Ecclesias Cathedrales ... sunt digniores Abbatialibus: ... dignitatem non parùm augent. ... numerosæ ac illustres Reliquiæ, ... illis servantur. Secundò. Nobilitas ... datorum, qui ordinariè sunt Impe... res, Reges, ac supremi locorum Pr... pes. Ac tertiò. Major numerus Mona... rum, qui in illis Deo serviunt juxta ... Sap. *In multitudine populi, dignitas Reg...*

Quantùm ad consuetudinem, & ... scriptionem, non possunt se iidem ... ni, per eam juvare in sua petitione, ... sit contrà ipsos, in favorem Monach... una cum possessione. Multóq; minu... lo privilegio, vel concessione Pontif... cùm nullam habeant: vel si aliquam ... sit sub- & obreptitia.

Ad merita verò si sermonem con... tamus, multò eiam inferiores Bened... nis invenientur. Nam *Quæ Regio in ... ris nostri non plena laberis.* Quis Ordo ... ut S. Bened. servivit Ecclesiæ, à quo ... & solo, per plura sæcula felicissime ... gubernata? Quis tot Sum. Pontif... Cardinales, & Episcopos peperit? ... post Apostolos tot gentes barbaras ... den...

den adduxit? Sed de his aliàs ne ex disputatione videar texere Panegyricum, aut alijs præter mentem insultare.

Forte illi se fundant in titulo Canonicatus quo sunt insigniti.

27 Sed quòd etiam in hoc hallucinentur patet primò Quia exceptis Canonicis Ecclesiarum Cathedraliũ, alij nõ dicuntur esse in dignitate constituti, sed sunt simpliciter Clerici, quo titulo consequenter non possunt Augustiniani se iuvare in sua intentione, cum simplex clericatus nullum jus conferat ad præcedentiam. Et alijs Benedictini sint etiam Clerici: in cuius rei signum, quando recipiuntur ad Ordinem, datur eis ad vesperam vna cum tonsura, habitus clericalis, puta tunica, & baretta, & sequenti die monachicus, nempe scapulare. Secũdò. Quãdo in vno subiecto, inveniuntur duæ qualitates unitæ necesse est, unam determinari, seu contrahi ab altera, nempè à maiori, seu potentiori, ut videmus in naturalibus; Vnde quia Augustiniani dicunt se duplici præditos, Clericatus scilicet, & Religionis, necesse est alteram determinari, & contrahi ab altera, seu unà, trahere ad se aliam, nempe potentiorem, quæ sine dubio, est Religionis propter vota; & sic tãquam religiosi seu regulares, debebunt cedere Benedictinis antiquioribus & possidentibus. Quòd si è contra velint illam vtramque qualitatem in suis personis distinguere, ac quamlibet per se considerare, nihil evincent; quia tanquam Regulares debebunt (ut iam dictum est) cedere: tanquam Clerici verò, longè inferius deprendere, nempè infrà Parochos & Clericos Parochiarum, utpotè (qua tales) illis inferiores.

Dicet aliquis, eos esse Canonicos, & hoc titulo debere præcedere simplices Clericos, & Monachos. *Sed contra.* Nam vel considerantur tanquam Canonici, eo quòd tales se fecerunt, seu talem statum sua electione & voluntate assumpserunt, vel quia à Papa illis collatus, & ab eo ad illum sunt evecti; neutro autem modo possunt sibi viam aperire ad præcedentiam, quam postulant: non primò ut de se patet. Sed neq; etiam secundò. Quia omnes Papæ concessiones & institutiones, intelliguntur semper, salvo jure a- 28
lieno, cui nunquam censetur derogare, nisi cum expressa mentione, vocatis, & auditis, his qui habent interesse, ac multis alijs circumstantijs observatis *can. ecce. & can. nullus. d. 99. can. nunc verò 9. 3. & l. nec avus. C. de emancip.* Gloss. *c. si quis iam translatus 21. q. 2.* Panor. *cap. cùm ad hoc. de cler. non resid. & cap. suggestum. de Decim.* ubi DD. & sic ad hoc, ut Domini Augustiniani possint justè petere præcedentiam, non sufficit dicere eos esse Canonicos; & tales esse factos à Papa, quando approbavit eorum institutum, sed necesse est ostendere Papam id eis concessisse, & servatis circumstantijs debitis, ac solitis, Aliud. n. longè est dare alicui titulum Canonici, & dare jus præcedentiæ. Quod cùm nõ inveniatur concessum, nec etiam debet præsumi, aut tentari.

Dicet Canonicos ex vi huius tituli, & 29
per necessariam consequentiam debere præcedere Monachos, quia plus est, esse Canonicum, quàm Monachum. Sed *Respond.* non posse semper ex maiori titulo argui jus ad præcedentiam; Nam plus est, esse Archipresbyterum, quàm Archidiaconum, quia caracter illius dignior & nobilior caractere istius; & tamen in jure Archidiacon. præfertur Archipresbitero propter alias qualitates speciales, ratione quarum judicatur maior. Ita à pari quamvis Canonicatus, videatur prima fronte maior Monachatu

non tamẽ sequitur Canonicos quoscũq; debere semper præcedere quoscũq; Monachos, unde in superioribus notavi, Benedict. alicubi ire in processione cũ Canonic. (etiam Ecclesiarũ Cathedral. alibi alios præcedere, & alibi eorũ corpora dividere, nimirũ propter prærogativas, tũ generales sui Ordinis, tum speciales quas debent in singulis locis, & quæ reddũt eos seu eorũ Ecclesias magis considerabiles. A titulo igitur malè arguitur ad præcedentiam, nisi titulus fulciatur alijs circumstantijs, quæ tribuant jus ad illam. Quod vel maximè verùm est in nostra causa, & respectu Augustinianorum qui licèt sint Canonici, non tamen absolutè sed Regulares, & in quibus, quia Clericatus determinatur, & contrahitur à Religione (vt in superioribus dictum est) ideò frustra suum titulum allegant, & locum præcedentiæ petunt, cùm in rei veritate, non vt Canonici sed vt Regulares debeant judicari.

30 Vltimum caput in quo suam petitionem fundant, sumitur ex habitu, hoc est Rocheto, quo utuntur. Quòd verò & hoc fundamentum sit insufficiens patet, nam vt dicit Bernard. *Honor qui cum veste assumitur, & deponitur, non est noster, sed vestis.* Vnde signum est hominem de se esse parvi momenti, & exiguæ considerationis, qui suam commendationem quærit ex habitu, & jura suæ præeminentiæ in eo constituit, tunc enim datur locus fabulæ Æsopi, de Asino qui exuvias Leonis indutus petebat sibi prærogativam inter cæteros animantes & ab illis volebat honorari, occasione suæ pellis. Sanè non honoramus, neq; æstimamus purpuram

31 quia fit ex murice, aut quia talis coloris, sed quia Regum propria: ita & Rochetum, non quia ex lino, vel eleganter plicatus, sed quia proprius Episcoporum habitus, à quibus suam dignitatem, & æstimationem trahit. Quando apparet Episcopus cum suo Rocheto, honoratur in illo, & ille occasione ipsius: quòd si quis conditionis inferioris Rocheto vtitur, non sequitur quòd occasione illius debeat præferri cæteris, aut plùs honorari; aliàs posset etiam quis portare albistolam, vel cappã in processionibus, & sic occasione talium ornamentorũ sibi quærere præcedentias, & lites movere. Imo si Rochetus tribuit jus ad præcedentiam, poterimus aliquem appendere ad perticam, & sic appensum per plateas circumferre, vt omnes deferant & locum cedant perticæ, quo quid magis ridiculum;

His addo quòd non sibi adeò bene constant Augustiniani in suis propositionibus, & fundamentis, cùm dicunt se Ordinis Sancti August. & se portare eum habitum; nam ex ipso iure discimus, Rochetum fuisse attributum Episcopis ab Inocent. III. (vt videre est in *cap. de officia de vit. & honest. cler.* Quo cùm S. Augustin. longè sit antiquior, quomodo potest dici usus Rocheto, aut illum suo ordini tradidisse, De quo, & pro conclusione hujus disputationis placet hîc subjcere lepidum judicium, lepidamque historiam, quam refert Illustriss. ac Rever. Ioan. Petr. Camuz Episcopus Belicensis *in suo lib. variet. historic.* Accidit inquit) in Italia vt duo Augustiniani innerantes sese in via communi conjunxerint, vnus erat ex his qui vocantur Eremitæ, alter de eorum cœtu; qui Camisiati, seu Rochetini vulgò Camisotti supparo lineo quod in suæ institutionis primordijs, quasi ad formam camisiæ portabant, nunc verò paulò elegantius ad formam Rocheti Episcopalis. Igitur cùm illi duo simul incederent, & confabulando laborem viæ fallerent, de

flexe-

Reserunt sermonem ad suum cuiusq; institutum, & sese amorosè pungentes; Camisiatus seu Rochetinus carpebat Eremita acumen caputij, & latitudinem Zonæ; Eremita verò in eo ridebat supparum detrectabatque alter alterum pro Augustin. agnoscere, propter eiusmodi diversitatem habitûs, quem uterque socio negabat unquam fuisse à S. Augustino institutum. Cùm ergo sic disputarent, ait Eremita, nullus est qui nos non recognoscat pro filijs S. Augustini, atq; ideò & nostrum habitum ist religione non habeat, vos autem vnde istis, nemo scit; etiam vetulę & pueri rustici, & de plebecula minimi ita sentiunt, & nos reputant, & si placet quemcunque primum obvium, super hoc interrogabimus. Annuit Rochetinus, & dissidationem acceptat & ecce apparet veniens è contra rusticus, qui egressus de suo pago, pergebat ad laborem, in quem convenit inter duos patres, summam suę difficultatis referre. Propinquante igitur rustico, ait ad eum Canonicus, sit Deus tecum bone vir; Patrem istum inter, & me versaturlis non parvi momenti cuius tę arbitrũ delegimus. Ille putans se ab otiosis viatoribus detineri, volebat pergere, quò vocabat eum labor; verùm cùm illi institissent se sincere agere, substitit etiam rusticus, & ait Dequa re ergo agitur inter vos, & Canonicus; iste pater dicit, se esse Ordinis Sancti Augustini, & se portare eius habitum quod vtrũq; ego nego dicens me potiùs esse legitimum S. Augustini filium, & genuinum eius habitum portare. At rusticus contemplatus paulò morosius vtrumq; cum non esset adeò peritus rerum Ecclesiasticarum, nec sciret differentiam supparis à camisia vulgari, putavit simplicem esse camisiam quam canonicus portabat supra tunicam & ait dicite mihi quis qualisve fuit S. Augustin. Delirus ne, an benè semper sui compos, & sanæ mentis; Ad quæ Dominus Canonicus. Ohi me, quid interrogas; S. Augustin. fuit Episcopus gravissimus, sapientiss. doctiss. & qui sua eruditione totam Ecclesiam illustravit. Tum rusticus. *Pare à* 33
me che non sia, ne del Ordine di S. Agostino, ne porta, il suo habito. Attonitus verò Canonicus tam brevi, & absoluta sententia. intermissis blandioribus verbis, mutavit vocem & accentum, & ait in tono &. irregul. *Et perche forsante.* Ad quem rusticus, *per cio, che ogni huomo, che non è matto, porta la sua camisia, sotto la tonica, non sopra come voi Signor.* Id est, videtur mihi, te neq; esse Ordin. S. August. neq; eius habitum portare, quia omnis qui non sit delirus, portat camisiam suam sub tunica, non desuper. Et tunc Eremita levatis in altum oculis & manibus benedixit Deum Cæli, & terrę, qui simplicibus sua secreta & veritatẽ revelat, & alijs per ipsos. Canonicus verò, ad suos reversus cùm narrâsset, quæ sibi in via accidissent, ipsis persuasit, vt supparum reformarent, & plenè componerent ad formam Rocheti Episcopalis, ne ultrà vocarentur Camisiati, & putarentur à populo portare (contra humanum morem) suas camisias supra tunicam, & sic omnes delirare. Hactenùs ex Bellicensi citato.

Demùm inter ordines Monasticos 34
præcedunt Benedictini, & inter eos Nigri. Alij verò sibi respectivè deferre de- 35
bent pro ratione suę antiquitatis. Et se- 36
cundùm hoc, cùm aliquando Veronenses Olivetani movissent litem Cassinensibus super pręcedentia: S. Congreg. anno 1610. die 3. Ian. censuit, Cassinenses debere præcedere. Et rursùs ijsdẽ Oli- 37
vetanis contendentibus super eadem

præ-

præcedentia cum Celestinis eadem S. Congreg. an. 1622. die 14. Mart. pronuntiavit pro Celestinis. Orta verò diffi-
38 cultate inter Celestinos & Cistercienses, primas dedit Cisterc. an. 1600. die 14. Mart. & 24. Maij. Quibus omnibus supereminet Abbas Cassinensis velut S. Benedicti successor (vt *sect. seq.* pleniùs dicam.) Iuxta quem imediatè Leo IX. assignavit locum Abbati Sancti Augustini Cantuariensis, ejusd. Ord. ut refert Reyn. *in Apost. tract. 2. sect 4 §. 8.*

Pro coronide autē hujus cap. adverte quòd quando Religiosi reformati introducuntur in Monasterium sui Ordinis, fruuntur præcedentia ejusdem Monasterii absque respectu ad novitatem reformationis, vel Congregationis, & ita pro Minoribus reformatis de observantia, contra Conventuales, judicavit S. Congreg an. 1627. die 17. Jul. & contra Augustinianos an. 1630. die 9. Jan. Ad quod refertur constitutio Clem. VIII. quæ incipit. *Ex iniuncto nobis*, in qua statuit quoscúnq; reformatos debere frui omnibus juribus & privilegijs, quibus fruebantur sua Monasteria ante Reformationem. Quòd si in eadem civitate extant plura Monasteria, ejusdē Ordinis, & instituti, fratres illorum sibi respectivè cedere debent, pro antiquitate suorum Monasteriorum, ex declaratione S. Congreg. an. 1517. die 3. Junij.

CAPUT XXII.

Circa Prædicationem.

SUMMARIUM.

1 *Qui non sunt in sacris, possunt concionari tam Regulares quàm Clerici. 2.*
3 *Regulares possunt concionari in proprijs Ecclesiis vel plateis, cum sola licentia suorum Superiorum.*
10 *Alibi cum licentia Episcopi.*
4 *Regularis potest in suis Concionibus dare indulgentias.*
5 *Regularem concionari in propria Ecclesia an possit impedire Episc. & quo casu & seq.*
7 *Papa dat privilegia independenter à voluntate Episcoporum.*
8 *Regularis qui prædicat errores, potest suspendi ab Episcopo.*
9 *Sed puniri à solo suo Superiore.*
11 *Idemq; dic si sine licentia Episcopi prædicat in alienis Ecclesiis.*

GRegor. XIII. concessit Societ. Jesu ut qui in ea necdū sunt in sacris constituti, possint cum suorum Superiorū licentia prædicare. B. quæ incipit. *Vigor privilegij.* Hoc tamē posse etiam Clericos Sæculares, & secluso omni privilegio tenent Sà, & Portel. *v. Prædicatores.*

Regulares possunt prædicare in proprijs Ecclesijs aut plateis civitatum cum sola Superiorum licentia, exceptâ hora in qua Prælati locorum voluerint ipsi prædicare, aut coram se prædicare fecerint *Clement. dudum de sepult.*

Nota autem primò, quòd quando Regulares concionantur possunt largiri varias indulgentias, annorum, & dierum quas ego retuli ubi de *Indulg. n. 4.*

Secundò. Quòd si Episcopus contradicit ne aliqui Regulares concionentur debēt abstinere attenta dispositione Trid. *sess. 24. cap. 4.* Verùm, quia Trid. non derogat juri scripto, imò nullas ibi habet non obstantias, quæ tamen requiruntur ad derogandum privilegijs, ideò possunt Regular. uti suo privilegio de quo inclin. *cit.* etiamsi adversetur Episcopus. Quin etiam Pius V. in B. *Etsi mendicantiū.* Declaravit illud Trid. decretū, non esse intelligendum de mendicantibus, qui concionantur in proprijs Ecclesijs, & non posse virtute illius impediri ab Episcopo etiam pro eo tempore quo facit concionari

nari in Ecclesia Cathedrali, nisi ipse sit qui concionetur, juxta aliam B. quæ incipit.

7 *Ad hoc nos Deus prætulit.* Facit quia privilegia omnia intelliguntur semper concessa independenter ab Episcopis, alioqui essēt superflua. *cap. in his de privil.* Et secundùm hoc Rota declaravit, nō solere Papā dare cuiquam licentiam prædicandi sub voluntate Episcopi, ut refert Farin. *ad c. 4. cit. Trid.* Et ratio est, quia minor nō potest alterare disposita à majore. Unde sicut habentibus privilegium Apostolicum, ad prædicandum, non est necessarius consensus Episcopi, sic contradictio Episcopi non potest illum ab hoc munere præpedire in casu, de quo loquitur privileg.

8 Tertiò. Quòd Regularem prædicantem errores, potest Episcopus à munere concionandi suspendere, & tanquam Sedis Apost. Legatus contra ipsum procedere juxta Trid. *sess. 5. cap. 2.* Attamen *ibi* nullæ nō obstantiæ inveniuntur. Et cùm aliàs prohibeantur Episcopi in jus vocare Regulares, vel contra illos processum formare, etiam ratione delicti relinquitur hoc totum esse remittendum ad superiorem rei, qui ad instantiam Episcopi illum puniat.

10 Quartò. Quòd ad prædicandum in aliquibus Ecclesijs, Regulares debent habere licentiam Parochi seu Episcopi, juxta *cap. 2. sess. 5. in Trid.* Verùm si quis secus secerit S. Card. Congreg. *ibi* declaravit, non ab Episcopo, sed suo Superiore esse puniendum.

CAPUT XXIII.

Circa Prælatorum Iurisdictionem.

§. I.

De ipsa Prælatorum Iurisdictione.

SUMMARIUM.

1 *Nomine Prælati quis intelligendus.*
2 *Prælati Regul. habent jurisd. & administrat. multis titulis.*
3 *Prælati Regul. habent jurisd. ordinariam.*
4 *Et quasi Episc.*
5 *Prælati Regul. sunt in dignitate constituti.*
6 *Et possunt esse delegati.*
7 *Prælati Regul. possunt in suis Monasterijs, idem quod Episcopi.*
8 *Prælati Regul. non possunt sibi casus reservare pro arbitrio.*
9 *Nec censuras.*
10 *Priores locales Monasteriorum æquiparantur Provincialibus.*
11 *Prælato absente ejus potestas devolvitur ad Vica.*
12 *Quantùm oporteat eum abesse.*
13 *In secundario Superiore, duplex residet potestas, & utraq; ordinaria.*
14 *Et potest ea uti, favore illius qui de industria expectavit absentiam Prælati.*
15 *Prælati Regul. possunt delegare.*

NOmine Prælati secundùm jura ille intelligitur, qui in Collegio habet jurisdictionem cum administratione, puta principalem, & independentem ab alio ejusdem Collegij, hanc autem habent Superiores Regularium in suis Monasterijs ex multiplici capite, nempe primò. In consequentiam suæ electionis, volunt enim Jura, ut qui præficitur alicui collegio per electionem, habeat jurisdictionem in ejus membra, seu in omnes qui sunt de tali collegio, quam & ipsi censentur deferre dum illum eligunt, aut in electum consentiunt. Gloss. *cap. Archidiaconus de off. Archid.* Butr. *eod.* Innoc. *cap. qui in Ecclesiarum de off. ord.* Et Albertin. *c. quoniam. de hæret. in 6. quæst. 4.* 1 2

Secundò. Ex dispositione juris, quod in multis locis hanc jurisdictionem illis attribuit ut in *can. nullam. 18. quæst. 2. cap. cum expediat. de elect. in 6. &c.* de quo fusè Roman. Haij & Sciopius, *in astro inext.*

Tertiò. Ex consuetudine, quam in hoc plurimùm valere imò sufficere agnoscunt Innocent, *c. 1. de off. arch.* Andr. Sicul.

Sicul. *cap. si Sacerdos. de off. ord.* Albertin. *supra cit.* Et alij in *capit. conting. de for. comp.*

Quartò. Demùm jure Regulæ, & constitutionum, cujusque ordinis, in quibus ita disponitur, de quo Lud. Molin. *tract. 5. de iust. d. 8.* & fusè Paulin. Berti *in pra crim. regul. tit. 2. cap. 2.*

3 Est autem Prælatorum Regularium jurisdictio ordinaria, vt docent Inocent. *c. humilis. de ma. & ob.* Abb. *c. cum olim. eod.* Et Albert. *supra cit.* Et hoc ex omnibus capitibus relatis, quia Iura, & Doctores ordinariam appellant jurisdictionē, quæ est ex lege, consuetudine, vel electione.

4 Quartò. Adde & in quibusdam ratione perpetuitatis, quia perpetuitas in jurisdictione facit illā ordinariam, secundùm Glos. *cap. fin. de off. ord. l. vnic ff. de off. cons. l. plurib. eod de exerc. act.* Bald. & Barth. *l cit. plurib.* Et hoc privatiuè ad Episcopos, etiā in monasterijs illis subditis, ut fusius disserit Sciop. *in astro in ext. quæst. 7 n 4.* Et evidenter potest colligi ex ipsa Regula S. Benedict. Et in plurib. locis juris videtur decisum ut *c. hoc tantum. can. luminoso. can. nullam. 18. quæst. 2. & cap. cum expediat, de elect. in 6.* Vt quam quædam monasteria habent ab Episcopis dependentia, veniat intelligenda non de ordinaria sed in causis apellationis, eo modo quo Episcopi subijciuntur Archiep. v.g. in causis apellationis, vel ad benedicendos Abbates, pro quo faciunt dicta *ubi de Exem.* Est item jurisdictio Prælatorum Regul. quasi Episcopalis, ut notat Gloss. *in clem. 1 de reb. eccl. non alien.* Panor. *c. atsi Clerici de iudic.* Et speciali indulto diversi Pontifices, concessere diversis ordinib. Alex. III. Eugen. IV. Inocent. VIII. Pius V. &c. de quo Aragon. 22. *quæst. 88. a. 12.* Clau. reg *lib. 11. n 89.* Tambur. *de iur. Ab to. 1. d 15* Portel. *v. Abbas.* Lam *in meth. p. 4. §. 4. & 5* Rosenth. *in act. pro. recuper. monast. Cisterc. in. Ungar. p. 1. cap. 6.* Et passim alij.

Cuius jurisdictionis ratione dicuntur & sunt verè ac propriè Prælati, ac in dignitate constituti, ut notat Iñoc. *cap. milis de ma. & ob.* Et Abb. *cap nihil. de*

Imò & ipsi Priores, ac Guardiani dinum mendicantium (de quibus maior videretur subesse difficultas) docent Abb. *cap. cum. olim. de ma. &* Gloss. *cap. nullus de elect. in 6.* Albert. *cap. niam. de. hæret. in 6. quæst. 3. & 4.* Calder. *6.* Cordub. *in annot. ad Casar. v. Guardian* Fum. *in armil. v. prælatus.* Angel. Sylv. alij. Ita quòd seundùm eosdem (quos quitur dominic. *in cit. cap. nullus.* Et ruunt alij Canonistæ, in *cap. statum reser. in 6.*) possint Superiores Regularium instar aliorum Prælatorum siæ. Et tanquam in dignitate constidari in iudices delegatos Sedis Apostolicæ aut in causis appellationem eligi, dispositionem *cit. cap. statutum.* Et ita din. in *clem. religiosus. de procur.* resolvisse, & consuluisse, in favor cuiusdam Prouincialis, potuisse agere procuratorem, quia jura, hoc mittunt Prælatis.

Quoad suos verò inferiores, & septa suorum Monasteriorū possunt nia quæ Episcopi in suis Diœcesibus non sunt ordinis Episcopalis, vel speliter illis interdicta. Dico quæ non ordinis Episcopalis, quòd velim integas per hæc privilegia, & jura, de quibus loquimur (nam per alia multa ex his conceduntur) de quibus ubi de Bened & ordinib. Dico item posse omnia Episcopi, & non sunt ipsis specialiter terdicta. Nam licèt possint Episcopi pro arbitrio casus reservare, non tam Prælati Regularium: quia nō possunt reservare nisi illos 11. quos Clem. in suo decreto an. 1593. die 16. Mar

per-

permisit. Quin etiam, cùm posteà fuisset dubitatum, an possent addere censuram alicui qui non sit ex illis, & sibi eam reservare S. Congreg. an. 1617. die 7. Jul. censuit, quod non, uti videre est apud Margar. *in Bull. Cass const. 278.*

Dico item simplices Priores vel Guardianorum Ordinibus Mendicantium esse Prælatos & in dignitate constitutos. Nam licèt secus dicendum sit de Ordine Minorum (attentis ejus antiquioribus constit. secundùm quas hoc solis Provincialibus tribuebatur.)

Nunc tamen per communicationem cum Dominicanis etiam Guardianis conveniat. Quia in mari magno Dominican. Priores locales æquiparati sunt Provincialibus intra suos Conventus, attributa ipsis à Papa eadem potestate & iurisdictione, quâ Provinciales gaudent per suam Provinciam. Ita Casar. *v. Guardianus.* & Roder. *to 1. quæst. 17. ar. 7.*

Ex diversis autem privilegijs Innoc. VIII. Eugen. IV. & aliorum Pontif. de quibus Marg. *in Bull. Cass* Barth. à S. Faus. *in Ibid. lib. 6 q. 154.* Aus. *in sum. dia. v. absolut. n. 14.* Comp. Rod. Recol. *v. benedicere &c.* Quando Prælatus abest à suo Monasterio omnis ejus potestas & jurisdictio devolvitur ad Priorem, Superiorem, Vicarium, seu locum tenentem, quocúnque nomine appelletur. Ut in eiusmodi secundarijs Superioribus veniat distinguenda duplex jurisdictio, quæ tamen utraq; sit in illis ordinaria. Prima est ea, quæ eorum officio est annexa secundùm cujusque Ordinis consuetudines. Altera autem versatur circa illa, quæ sunt propria Prælato pro tempore eius absentiæ, cujus absentiæ tempore Vicarius Prælati dicitur habere circa ea Jurisdictionem ordinariam, eò quòd Jurisdictio Prælati devolvitur ad illum, non per delegationem sed per statuta & privilegia Ordinis. Et quod exercet (quòd aliàs spectaret ad Prælatum, si præsens foret) exercet tanquam ex officio. Qui autem aliquid sic exercet, dicitur exercere tanquam Ordinarius, ut inter alios fusè disserit Berti. *in pract. crim. reg tit. 2 cap. 4.*

13 Quàm multùm autē debeat Prælatus abesse à suo Monasterio, ad hoc ut ejus potestas censeatur devoluta ad Vicariū. Auson. *loco supracit.* putat sufficere absentiam unius diei naturalis, secus dum speratur eadem die reversurus, vel si quis videatur affectâsse, & exspectâsse eius absentiam pro aliqua absolutione, vel si aliter in aliquo ordine sit constitutum. Ve- 14
rùm mihi non placet illa secunda limitatio, nam licèt quis exspectet absentiam Prælati, ex quo tamen ille abest, non desinit eius potestas devolvi ad Vicarium, qui consequenter dum absolvit, legitimè absolvit: quia utitur potestate ad se tunc pertinente vide sect. *seq. dub. 12.*

15 Demum ex hoc quòd potestas Prælati regularis, seu eius Vicarii censetur esse ordinaria, sequitur posse eum delegare pro necessitate casuum. Et hoc non tantùm in Regularibus, ut putat, Port *v. Prælatus dispensans*, sed etiam in usu privilegiorum quoad suos secundùm Roder. *to. 1. quæst. 20. a. 1.* & Casar. *v. absol. ord. quo ad fratr.* Nam licèt potestas Regularibus data, & per privilegia exercenda circa alienos, videatur reducenda ad delegatam, secus tamen est de illa, quæ est exercenda erga proprios subditos. Quia Jurisdictio delegata Ordinario mutat speciem, & fit ordinaria: non enim tunc datur illi aliqua jurisdictio specialis, sed permittitur ei liber usus suæ Ordinariæ.

§. II.

De Prælatorum Iurisdictione. Quantùm ad Dispensationes, & Absolutiones.

SUMMARIUM.

1 *Regulares in suis dubijs possunt sequi consilium Prælatorum.*
2 *Prælati regular. possunt dispensare vota omnia suorum excepto Religionis.*
3 *Prælati Regul. possunt dispensare cum suis ad Dignitates.*
4 *Et non est opus dispensationem dari in Capitulo.*
5 *Non tamen censetur quis hoc ipso dispensatus, quo eligitur.*
6 *Regularis unius Provinciæ potest absolvi & dispensari à Prælato alterius.*
7 *Et unius Monasterij à Prælato alterius.*
18 *Prælati Regul. possunt cum suis dispensare in omni inhabil. ad officia Ordinis 28. & 29. Et in nota infamiæ. & 14. Ibid.*
3 *In Irreg. ex defectu natalium & 21.*
11 *In Bigamia interpret. & similitud. 20. & 32.*
17 *In vera ac propriè dicta 21. 24. & 25.*
17 *Et in Homicidio 24. & 29.*
11 *Prælati Regular. possunt absolvere suos ab omnibus casibus & censuris etiam reservatis 15. 26. & 29.*
16 *Etiam in Bulla Cœnæ.*
10 *Etiam ab Hæresi.*
19 *Privilegia Cassin. non comprehenduntur sub ulla revocatione.*
36 *Et de facto supra relata omnia non sunt revocata 36. & 40.*
37 *Delictum quando dicatur occultum.*
38 *Prælati Regul. possunt dispensare cum suis etiam in noto crimine finito Iudicio & Pœnâ solutâ.*
41 *Etiam si privilegia Regularium tollantur, poterunt absolvi à casibus reservatis Papæ duplici alia vita.*

LEo X. concessit Minorib. ut in co
nibus dubijs conscientiam tange
bus possint tutè & securè stare deter
nationi suorum Superiorum. Casar
declarare. & v. Guardianus. & Roder. *in*
eiusd. Leon. Hoc autem Privilegium
fuit necessarium, nisi ad sedandos
pulos, aliàs enim certum est posse R
lares sequi tuta conscientia consilia
rum Superiorum. Viderint interim
lati qualia dant consilia, & quàm
formiter ad veram charitatem ad
Regulam, ad Evangelium, ad sacros
nones, ad constitutiones Pontificu

Prælati almæ Congreg Cassin
nij IV. duplici constitutione, quæ
& 63 in eorum Bullar. Et Congr
span S. Bened. de Vallad. eiusdē
privilegio quod est 46. in eius fi
Bullar. possunt dispensare cū suis
missis in omni voto, excepto Relig
Unde si aliquis Commissus haberet
peregrinationis reservatum Papæ
per hæc privilegia absolvi ita Ca
dispensatio num. 27.

Sixt. IV. concessit Minorib. in
Mari magno, ut General. Provinc
eorum Vicarij possint dispensare
fratre orto ex adulterio seu quov
damnato coitu, ad hoc ut ad Ordin
laturas promoveatur. Monet aute
rand. *in man. to. 2. quæst. 2. a. 2* hanc
sationem faciendam esse in Capit. G
si datur ab Ord. Generali, aut Pro
à Provinciali juxta quandam decla
nem Gregor. XIV. Sed Peyrin.
ipsum Auson. *in sum. Dian. v. Prælat*
n. 16. docet eam posse impendi à qu
Guardiano, & consequenter extra
Et hoc virtute cujusdā privilegij co
Dominican. ab eodem Sixto, de quo
sar. *v. dispens. n* 13. & alterius co
Minimis à Jul. II. de quo Capuccin
tat.

vat. ad idem v. An verò censeatur Capitul. cum aliquo dispensare, hoc ipso quod illum dirigit, arbitror ego quod non; quia electio & dispensatio sunt actus disparati, & hoc maximè, quòd dispensatio debeat fieri cum causæ cognitione. ita Mirand. *in tit. artic. 14.* Ad quod facit *clem. si furiosus, in. de sent. excom.* ubi declaratur non esse absolutum excommunicatum, etiam Papa (etiam scienter) cum illo communicet verbo, litteris, osculo, aut quovis alio modo.

6 Clemen. IV. concessit Minor. & Gregor. XII. Dominican ut fratres unius Provinciæ possint absolvi à Provinciali alterius, in qua hospitantur, & ab eodem accipere dispensationes sibi necessarias in suis Irregularitatibus. Casar. *v. absol. ord. quo ad fratr.* Roder. *to. 1. quæst. 20. ar. 1.* & Celest. Suess. *in theol. mor. tract. 8. c. 13.* Nota autem, quòd cùm secundum aliud privilegium Dominic. adæquentur Priores Provinciales, ideo ne dum ab his, sed etiam à Prioribus ipsis seu Guardianis possunt absolvi & dispensari fratres apud illos hospitantes. Et per proportionem intra eandem Provinciam frater unius Monasterii potest à Prælato alterius loci accipere absolutionē & dispensationem sibi necessariam, sicut illam accipere ab ipso Provinciali.

8 Clem. & Innoc. IV. concessit Minor. Sint. IV. Domin. & Paul. III. Soc. Jesu. ut Superiores possint absolvere suos ab omnibus casibus, seu censuris, & cum illis dispensare in omni irregularitate, nisi casus sint tales, ob quos meritò sedes Apostolica videatur consulenda. Rogatus deinde Sixt IV. & Jul. II. quales sint illi casus, declaravit esse sequentes, nimirum, si quis sit Schismaticus relapsus in hæresim, falsificator litterarum Apost. aut si prohibita ad infideles detulerit. Casar. *v. absol. ord. quo ad fratr.* & Roder. *to. 1. Bull. 14. & 84. Sixti IV. & 26. Iul. II.* 10 Quantùm tamen ad hæresim in specie Alex. IV. concessit Minorib. ultra montanis facultatem absolvendi suos etiam relapsos, modò crimen non sit notum Sæcularibus. Gregor. verò XIII. idem concessit Societ. Jesu absque restrictione Provinciæ vel notitiæ. Compend. privil. Societ. *v. absol. §. 8.* Suar. *de Relig. quaten. præl. sunt. lib. 2 c. 21.* Cypr. *in reg. S. Franc. c. 7.* Peyrin. *in const. 4. Sixti IV.* Hieron. Rodriq *in comp. ref. 3.* Roder. *to. 1. qq. reg. 20. art. 9.* Vega. *in sum. p. 1. c. 49. casu 1.* & Celest. Suess *tr. 8. cap. 11.*

Eugen. IV. concessit Cassin. & Cister. 11 ut Prælati Monasteriorum & in ipsorum absentia eorundem Vicarij possint quoscunque sibi subditos, etiam Novitios aut Commissos *semel* absolvere à quibuscunque casibus (etiam de quibus Sedes Apost. meritò foret consulenda. Et *toties quoties* 12 cum illis dispensare in omni irregularitate contracta, celebrando in Excom. vel alia censura, modò non sit factum in contemptum clavium, vel non sit contracta ex homicidio propria manu perpetrato, 13 vel ex Bigamia. Item ab Infamia aut quavis inhabilitate ex talibus casibus resul-14 tante. Itē eosd. absolvere à quibuscunq; excom. cens. & pænis Ecclesiasticis, à ju-15 re vel ab homine Authoritate Apost. vel quavis alia generaliter, vel specialiter latis. Et etiam si talis absolutio foret reservata Papæ. Bullar. Cassin. *const. 63. & 64. & in summar. grat.* Chass. Roder. & Lam. *infra cit.*

Pius V. concessit Prælatis Cassinens. 16 facultatem absolvendi suos ab omnibus casibus & censuris etiam contentis in Bulla Cænæ Domini. Et dispensandi cum ipsis in omni irregularitate etiā contra- 17 cta ob homicidium, vel mutilationem

18 pria manu factam ante ingressum Religionis. Et ab omnibus inhabilitatibus, aut nota infamiæ ex talibus culpis consurgentibus. Et tam plenè, vt sic absoluti vel dispensati non teneantur de hoc facere mentionem apud Sedem apost. in quacunque impetratione seu gratiam, seu justitiam concernentem. Et hoc pro *toties, quoties*. Et sub clausulis: *Ex certa scientia de mera liberalitate Sedis Apostolicæ & Plenitudine potestatis*. Et cum hac cautela, vt hæc gratia sub nullis futurorum Pontificum revocationibus unquam sit comprehensa, sed semper censeatur ab his excepta. Quin etiam toties restituta, & de novo concessa, quoties aliqua revocatio contra ipsam emanabit. B. quæ incipit: *Dum ad congregationem* expedita an. 1571. die 15. Iul. quæ est 197. in bullar. Margar.

20 Jul. II. concessit Prælatis Minor. ut possint cum suis dispensare in omni irregularitate, eâ exceptâ, quæ ex Bigamia & homicidio consurgit Compend. Soc. Jesu. *v. dispens.* & Casar. *v. absolut. extraord. quoad fratr.*

21 Sixt. IV. concessit Carthusian. omniũ irregul. dispensationem, exceptâ eâ, quæ ex homicidio oritur. Idem Compend. & Casar. *citat.*

22 Benedict. XIII. concessit Priori Monasterij S. Bened. de Valladol. facultatem absolvẽdi suos Monachos ab omnibus & quibusvis censuris, excom. susp. & interd. sive ante sive post ingressum Religionis contractis, B. quæ incipit: *Devotionis vestræ*. sub dato 6. Calend. Aug. Ann. 1395. Et est in Bullar. Congreg. Vallisol. 25. ordine.

23 Martin. V. deinde eidem Congreg. Vallisol. concessit, ut Prælati & in eoru absentia ipsorum Vicarii possint *in foro conscientiæ* absolvere suos ab omni excom. etiam reservata Papæ. Et cum [illegible] dispensare in omni irregul. etiam reservata, imò etiamsi sit contracta per occasionem, mutilationem, vel enormẽ homicidium, guinis effusionem, modò casus sit occultus Alphons. de Leone *de pot. confes. p. recol. 11. n. 221. & seq.* Cutill. *in addit. pract. 10. manc. dub. 13* Lamas. *in meth. 4. c. 3. §. 8.* Roder. *tom. 1. quæst. 20. a. & 12* Et Casarub. *v. absol ord. quoad fr. & v. dispens.* Ubi dicit se vidisse originem concessionis in ipso Monasterio Vall. Et Capuccin. *in annot. ad idem v.* Jul. II. concessisse hoc idem privil. Dominicanis, quod invenitur in eor. privilegiis, & in Compen. Ord. S. Hier. ac Societ. Jesu *v. dispensatio.*

Eugen. verò IV. eidem Congr. An. 1438. concessit per oraculum, Prælati possint absolvere suos à quibusvis casibus quantúmvis enormibus, censuris etiam Papæ reservatis, & quibusvis autoritate seu ipsius Papæ seu Concilij generalis latis. Imò etiam si spes recursus habendus sit ad Sedem Apost. pro hac absolutione accipienda. Et illis dispensare in omni irregul. ex. si sit orta ex Bigam. homicid. vel mut.

Et semel rehabilitare ad officia. Habetur in eorum Bullar. *de quo sup.*

Paul. demum III. Eidem Congr. concessit, ut Prælati, & in eorum abs. Vicarij quot Annis feria 2. primæ hebd. madæ quadragesimæ possint absolv. suos Novitios, Oblatos, Monachos. mitas, Domesticos & quoscúnque ipsorum obedientia existentes ab omnibus casibus, & cum illis dispensare in. ni irregularitate, & quavis occasione tracta absque ulla exceptione aut re. ctione cuiuscúnq; casus irregularit. impedimenti, inhabilitatis, notæ. miæ, &c. B. quæ incipit: *Exponi nobis.* dato

dem Anno 1545. die 12. April. quæ habe-
tur in Bull. eiusd. Congr. *privil. 89. & 90.*

Ex omnibus autem usque huc in hoc §. dictis, Nota primò nullum esse casum, in quo non possit Regularis accipere absolutionem à suo Prælato vel dispensationem sibi necessariam. Nã quantum ad inhabilitatem ad prælaturas & officia ordinis potest dispensari per privilegia Eugen. IV. & Pij V. pro Congreg. Cassin. Eiusdem Eugen. pro Congreg. Vallisol. & Pauli III. pro eâdem. Quantum ad notam infamiæ per eadem. Quãtum ad irregular. & in ea quæ oritur quomodocunque à defectu natalium per privilegium Sixti IV. pro Minorib. Item & in ea quę oritur ex Bigamia seu similitudine, secundùm quod permittitur Episcopis *capit. 1. qui. cler. vel vou.* seu interp. privilegium Iul. II. pro Minorib. quia in illo excipitur Bigamia quod debet intelligi de propriè dicta. In qua adhuc possut dispensari per privilegium Sixti IV. pro Cathus. quod solum homicidium excipit. Vnde Chass. *tract. 4. cap. 1. prop. 4.* allegatus Henriq. & Villalob. ait omnes alias ibi concedi, & consequenter Bigamiæ. Quod pro partibus remotis, unde non potest facilis recursus haberi ad Papam, admittit Cutill. *in pract. 10. mancini. dq. 13.* ubi iterum citat pro hoc Henriq. & Sanch. Ad quod etiam valent privilegia Martini V. Pauli III. pro Benedict. Vallisol. & Pij V pro Cassin in quibus conceduntur omnes irregularitates absque exceptione. Item in ea quæ oritur ex homicidio aut mutilatione casuali vel ad defensionem facta, per privileg. Eugen. IV. pro Cassin. & etiam virtute Trid. *sess. 24. c. 6.* Vel simpliciter voluntariè si occultus sit casus, per privil. Mart. V. pro Congreg. Vallisolet. Aut etiam quando est notus, si Commissus ante ingressum Religionis, iuxta aliud Pij V. pro Cassinensibus, aut etiam si sit Commissus post ingressum iuxta privilegium Pauli III. pro Congreg. Vallisol. & aliud Iul. III. pro Cassin. de quo ubi de confess. pass. nu. 6. Ac demum in irregularitate contracta ob violationem cuiuscúnq; censuræ, juxta privil. Eugen. IV. pro Cassin. Et alia diversa de quibus vbi de confess. pass. & vbi de observat. interd. & ubi de loco conces. ad celeb. Missas. Quantùm item ad censuras possunt Regulares ab his absolvi quomodocúnque sint con- 33
tractæ, & etiam si sint de contentis in Bulla Cœnæ Domini per prædictum privilegium Eugen. IV. & Pij V. pro Cassin. Martini V. & Pauli III. pro Congreg. Vallisolet. Ac demum quantùm ad quoscúnque alias pœnas, quacúnq; authoritate latas, per eadem privilegia Eugen. IV. & 34
Pauli III.

Nota tamen secundò circa illa Privi- 35
legia, quæ concedunt dispensationem in irregularitate homicidij, quod Capuccin. *in annot. ad Cæsar. v. absol. quoad Frair. & secul.* Et nonnulli alij putant revocari in Trid. *sess. 14. cap. 7. de ref.* Agnoscit tamen idem Capuccin. *ibid.* fuisse postmodùm una cum alijs ab eodem Trid. abrogatis restituta à Pio V. pro foro conscientiæ. Et ita expressè docent Portel. *v. abbas in add & v. dispensare.* Roder *to 1. quæst. 20. a. 2 & 12* & Celest. Suess. *tract. 8. cap. 12.* Imò cùm in prędicto *cap. 7.* Trid. non sint ullæ clausulæ: *non obstantiarum* (quæ tamen sunt requisitæ ad derogandum privilegijs Regularium) neque hæc de quibus loquimur possunt dici *ibi* abrogata, sed sunt adhuc in suo vigore, secundùm Suess. *cap. 12. cit.* Portel *v. dispensare cit in addition.* Hieron. Rodriq. *in comp. qq. reg. ref. 16.* Dian. *tract. 2. dub reg. ref. 45.* Peyrn. Chass. & alios.

Idem.

36 Idemq; dicas à fortiori de quibuſvis alijs irregularitatibus, quando caſus eſt occultus; & poſſe Prælatos regulares in his cum ſuis diſpenſare, nec privilegia hanc facultatem concedentia eſſe revocata, & ita docent Sanch. Roder Beia & Barb. quos citat & ſequitur Marchin. *de ſacr. ord tract. 1. par. 9. cap. 1 & 4.* Et poſt Trid. conceſſit Pius V. ut in ſuperiori-
37 bus notavi. Occultum autem dicitur delictum, vel quando non eſt notum ſub ratione delicti. Aut ſi non ſcitur, hunc eſſe authorē illius, aut ſi cùm ſcitur, mutat locum & venit ad alium, in quo ignoratur, ut monent Marchin. *cap 1. cit.* Hieron. Rodriquez *reſ. 5.* Cord. *in ſum. q. 34.* Vega *par. 2. cap. 15.* Portel. *v. abbas* Sanch *tom. 3. de matr. lib. 8. d. 35* Bàuny *in theol mor tr. 8.* Et Martin. à S. Ioſeph. *de aut. Guard. quoad diſpenſ.* Vel etiam ſi ſit notum, ſed ſolùm inter religioſos aut etiam ſi inter ſæculares ſimul, ſed adhuc non deductum ad forum, ſecundùm Chaſſ. *tract. 4. cap. 1. prop. 2. & 5.* ubi citat Peyrin. vel ſi eſt notum ſolùm paucis perſonis, & non maiori parti communitatis, unde in comunitate v. g. 10. perſonarum, non ſufficeret eſſe notum quinq; ex illis, aut in populoſa civitate, ſi eſſet notum 10. aut 20. ſecundùm Navarr. *in man cap 27. num. 250.* Fagund *de præcep. eccl p. 2 lib. 8. cap. 8.* & Vgolin *de off. epiſc. cap. vlt.* Vel etiam ſi non ſit abſolute, ſed penè occultum ſecundùm Nav. *loco cit.* vbi citat Gloſſ. in *cap. manifeſta 2. quæſt. 1.* quale dicitur quando eſt difficilis probationis ſecundùm eundem Navarr. vel quando fuit quidem deductum ad forum, ſed non probatum, ut ex Barboſ. ait Gavant. *in Enchir. epiſc. v. cenſuræ.*

30 An autem poſſit Prælatus diſpenſare in delicto convicto poſt punitionem, & cauſa terminata; videtur mihi affirmandum, tum quia privilegia loquuntur universaliter tum quia praxis ita induxit. Et ita tenent Alph. de Leone, & Gutier. *ſupracit ati.* & Chaſſ. *cap. 1. item cit prop. 7*

Nota tertiò circa alia privilegia, quorum vigore dicuntur poſſe Regulares abſolvi à ſuis Prælatis à caſibus Bullæ Cœnæ Domini, quod per annuam eiuſdem Bullæ promulgationem revocari affirmant Caſar. *v abſol. num. 13* Gurt. *d. 15. dec com. diff. 3.* Barboſ. *in collect. bull v. caſus reſ. Et v. regularis confeſſ. Et in tract. de off. & po Par. cap. 19.* Auſon. *in ſum. v. abſolu. à reſer* Confett. & non pauci alij. Et ita S. Co din. Congregat. anno 1628. die 17. N habito verbo cum ſanctitate Vrb. VIII. declaravit, nullámq; fore & eſſe abſolu tionem datam ab illis caſibus, præter quorumcunq; privilegiorum facit illi ſunt ſpecialiſſimè reſervati, qui non poſſunt dici comprehenſi ſub nerali facultate abſolvendi à reſerv quia ſub generali conceſſione non niunt ea, quæ verisimiliter non eſſet conceſſurus. *cap. 81. de reg. iur. in 6.*

Sed his non obſtantibus, ego contrarium teneo, & valere adhuc prædicta nia privilegia ſecundùm omnem rem, quia conſtat de legitima concel ne, non autem de ſufficienti abrogat nā adhoc quod dicitur facultatē gene abſolvendi à reſervatis; non inclu licentiā abſolvēdi ab iſtis poſſet neg quia ubi jus non diſtinguit, neq; nos ſtinguere debemus, deinde R. Pra regulares non abſolvere ab ipſis per neralem poteſtatem abſolvendi à re vatis, ſed per ſpecialia privilegia. Iul Iul. III. & Pij V. data expreſſē & in ſp pro ipſis. Ad hoc verò quod dicuntur gulis annis revocari R. falſum eſſe, quia Pius V. ſuum conceſsit ſub clau nullius unquam futuræ revocationis

ob

ob alias rationes quas proponã *sect. seq. d.* 4. unde etiam petetur Responsio ad declarationem Cardinalium, & ita mecum tenent & valere adhuc prædicta privilegia. Tamburr. *to. 2. de jur. abb d. 14. quæst. 15.* Lam. *in auth. §. 1. cap. 3. §. 8.* Peyrin. *in privil. sui Ord. instit. 4 sect. 4.* Martin. à S. Ioseph. *tract. de pot. gener. nu. 7.* Hieron. Rodriq. Dian. *tract. 2. dub. reg. res. 72.* Suar. *to. 4. def. lib. 2. tract. 8 cap. 21.* Et est opinio, omnium PP. Recollectorum in suo compend. Roder. *v. absolvere* Et item Societ. Iesu in compend. suorum privil. *v. Bulla Cœnæ*, ubi sic dicitur. *Nullæ Societatis facultates censentur revocatæ per Bullam Cœnæ Domini.*

Quòd si quis obstinatius adhæserit priori opinioni, adhuc illa admissa potent Regulares absolvi à dictis casibus Bullæ duplici alia via, nempe quia laborant impedimento perpetuo, quominùs Romam ire queant iuxta dicta. *cap. 5. §. 2. nota quartò*, vel si casus sit occultus iuxta Trid. *sess. 24. cap. 6. de ref.* Nam licèt Lod. Molin. *tract. 5. de iust. d. 18. num. 2.* putet hanc facultatem tolli (etiam Episcopis) per illam clausulam quæ inter alias in promulgatione Bullæ additur: *Non obstantibus quibuscunq; privilegijs etiam à quibuscunq; Concil. generalis canonibus concessis.* Affirmans ibi Gregor. XV. super hoc consultus, ita respondisse ac censuisse revocatam virtute illius clausulæ, attamen ego contrarium teneo, quia illa potestas quam Trid. dat *ibi* Episcopis, non continet privilegium, sed liberum usum suæ iurisdictionis ordinariæ illis relinquit, ad responsum verò Greg. XV. R. non esse nisi magistrale, neque de illo constare authenticè. Vide dicta *§. 2. 6it. v. contra.*

* * *

§. III.

De Prælatorum Iurisdictione quantùm ad Correctiones.

SVMMARIVM.

1 Prælati reg. possunt procedere in suis judiciis remota appellatione & postpositis apicibus iuris.
2 Hoc privil. fundatur in præsumptione, quæ dudum cessavit.
3 Quomodo veniat intelligendum. & seq.
6 Prælatus regul. potest sine scriptura proferre sententiam excom.
7 Prælati regul. possunt prohibere apostatas, & electos à confessionibus & concionibus.
8 Prælati reg. possũt apostatas suos habitu spoliare.
9 Prælati regul. possunt fascinorosos subicere pœnis acrioribus, quàm sint solitæ Ordinis.
10 Ad carcerem perpet. vel triremes damnare.
14 Quod tamen improbatur.
11 Prælati regul. non habent ius in membra aut vitam eorum.
12 Carcer pro regularibus debet esse mitior.
13 Sin autem mors in eo acceleratur alicui, Prælatus est irregularis.
15 Nunc illicitum expellere regul. ab ordine juxta constitut. Vrb. VIII.
16 Et variæ observationes super eam & seq.
21 Non est propriè fugitivus nec expulsus ad hoc vt subtraheat pœnis constitutionis, qui discedit non odio Ordinis sed ut vitet iniustam vexat.

BOnifac. VIII. concessit Cistercienf. & Minorib. Bonifac. IX. & Iul. II. Dominican. Idem Iul. II. Minimis Eugen. IV. & Gregor XIII. Cassin. ut Prælati possint in suis correctionibus procedere postpositis iuris apicibus secundùm constitutiones approbatas & laudabiles consuetudines Ordinis et remota omni apellatione etiam ad Sedem Apostolicam Et etiam dum agitur de depositione, de pœna privationis officij ipso facto carceris, aliisq; arbitrariis Bullar. Cassin. *const. 62.* 1

64. &

& 205. Passar. *in privil. sui Ordin. minim.* Beyrin. *Bull. 15. Iul. 2.* Casar. *v. apellare* Capuccin. *in idem v.* & Barb. *in collect. cap. ad nostram. de apell. Et in vot. can. lib. 1. vot. 4. dub. 3.* Nota autem, quòd hæc & similia privilegia fundantur in præsumptione integritatis & æquitatis Prælatorum, qui
2 præsumuntur cum tanta prudentia sua monasteria regere, & cum tanta integritate in suis judicijs procedere, ut videatur superfluum illos obligare ad legum formalitates quæ nõ sunt inventæ, nisi ad obviandũ dolis & injustis sententijs, aut concedere appellationẽ ab illorum dispositionibus, in quibus nihil reformandum posse inveniri, suadet ejusmodi in ipsis præsumpta integritas. Attamen ipsa experientia & scandala nimis frequentia docent (ad nostram confusionem) jam dudum cessâsse hanc præsumptionem, & cum ipsa Privilegia suprarelata in illa sola fundata, & jam passim ubiq; tribunalia sæcularia cognoscunt de causis Regularium, habetúrque ad ipsa recursus & appellatio *tanquam ab abusu.* Quod malum tollerari debet ad vitanda maiora, ad quæ aliud remedium non suppetit, nisi quis aut velit suadere ea, quæ vel cogitare abhorret animus, vel tyrannidem & oppressiones pessimas approbare. Vide dicta ubi de privil. cler. *v. 13.*

3 Quòd si quis ardentiùs institerit pro talium privilegiorum manutentione, huic aliud non opto (ad hoc ut ad saniorem mentem redeat) quàm ut permittat Deus eum sortiri Superiorem injustum, vindictæ cupidum, nihil non audentem &c. hoc est Angelum Sathanæ, qui ipsum (etiam bene agentem) colaphizet, prout est moris talibus. Interim verò sciat esse communem Doctorum sententiam, quòd quando in jure rescripto, vel privilegio committitur aliquod negotium expediendum remota appellatione, intelligitur de frivola, quæ interponeretur ad trahendas moras, & ad eludendum judicem, non si ad vitandum injustum gravamen vel damnum irreparabile, cùm tunc spectet ad justam defensionem, quæ est juris naturæ.

Et similiter, quando committitur negotium tractandum, postpositis juris apicibus eximuntur quidẽ Prælati à formalitatibus legum, sed non ab his, quæ sunt juris naturalis, & de substantia judicij, ut cum cõmuni docent S. Ant. *in sum. p. 3. tit. 9. cap. 7. §. 8.* Feder. de Se. *cons. 55.* Tusch. *v. Visitatores. concl. 216.* alij per *clem. pastor. de re iud.* Unde Cap. *in annot. ad Casar. v. appellare.* Dum [illegible] *Superiores ad correctionem fratrum rimulis apicibus iuris postpositis posse procedere, hoc intelligendum est ubi iustitia nõ periclitatur. Quare Superiores per dicta verba non eximuntur iure communi, ad quod Catholici tenentur [illegible] 1. de const. Nec ab eis quæ sunt de substantia essentia iudicij & iuris, ut sunt testes idonei legitimæ probationes, exceptiones, legitimæ defensiones, quoniam sine illis iudicium foret iniquum, ubi audiretur impugnatio & non defensio &c.* & Gisler. *in iud. regul. cap. 11.* [illegible] *hoc ut Prælatus regul. possit formare processum contra suum Inferiorem, debet de iure natura intervenire* Actor. *& eius petitio seu famosa ferens. Citatio, Testes, iuramenti exactio, exceptiones legitimæ, dilationes sufficientes, Communicatio respectiva dictorum. Citatio ad audiendam sententiam & iusta appellatio.* quæ conformiter S. Card. Congr. decretavit, quòd Prælatus volens aliquem visitare ad morum correctionem, non [illegible] *nisi compilato processu & servatis de iure servandis pœnam ordinariam imponere.* Farinac. *par. decis posth. 117. & 264.*

Idem

Idem dico de illis particulis *summarie & sine figura iudicij*. Sub quibus causæ Regularium dicuntur ab ipsorum Prælatis expediendæ; de quibus *in cap. olim. de accus. Clem. dispendiosam de iudic. Clem. sæpe. de verb. signif. Et in extrav. Henr. 7. quomodo proc. in crim. læs. Mai.* Illa enim particula *summariè* debet intelligi non diminutivè sed collectivè, ita scilicet, ut omnia supramemorata, & quæ sunt de essentia iudicij serventur nullo omisso, sed sub compendio & maiori brevitate, summa enim ponit omnia membra, & iam non est summa, si desit aliquod; unde Natta *in Clem. cit. sæpe. §. quæ omnia n. 29.* Dicere *summariè*, *idem est quod breviter, tamen quòd tota substantia comprehendatur. l. 1. ff. de rer. divis.* Hinc est quòd qui aliquid dicit in summa omnia membra principalia commentat. *l. in summa. ff. de cond. indeb. Ex quo infert Barth. in extrav. Henrici VII. Doctores hic. Et maximè Imola, quod in tali processu summario, nihil debet de substantia omitti.* Ita ultra prædictos Rosell. *can. quidam Episcopus. 2. quæst. 1.* Innoc. *cit. cap. olim.* & Lanfrang. *cit. Clem. sæpe.*

6 Leo X. concessit Minorib. ut Prælatus volens aliquem fratrem excommunicare non teneatur proferre sententiã, in scriptis, ut in jure statuitur sub certis pœnis. Casar. *v. absol. ord. quoad fratr.* Verum hæc potestas excommunicandi fuit limitata Prælatis Regularium, in decreto Clem. VIII. de casuum reservatione, uti ex S. Cardin. declaratione dixi *§. 1. v. dicitem posse.*

7 Eugen. IV. concessit Cassin. Sixt. IV. Domini. an. Alex. & Innocent. IV. Minimis, & Iul. II. Minimis, ut ejectos & apostatas à suo Ordine possint sub pœna excom. prohibere concionari & confessiones audire. Novo autem jure Urbanus VIII. tales insuper suspendit ab omni sacrorum ordinum Ministerio, ut infra dicetur.

8 Pius IV. per Oraculum concessit Cassin. ut suos apostatas redeuntes possint habitu Religionis spoliare, & in suis grangiis seu aliis locis alicui officio mancipare exercendos. Bullar. Cassin. *const. 181.*

9 Pius II. concessit Carmelit. ut fratrem criminosum possint subijcere pœnis nõ modò in Ordine solitis, sed etiam acrioribus, & hoc tam per se, quàm per locorum ordinarios vel justitiæ ministros, infra tamen ultimum supplicium, vel mutilationem. Et modò quòd si torturæ subijci debeant, id non fiat, nisi de consensu, & in præsentia duorum Patrum antiquiorum Ordinis. Casar. *v. apostatæ. num. 18.* & Lud. Molin. *to. 6. de iust. tract. 5. d. 7. num. 4.*

10 Pius V. concessit Ordini S. Hieron. ut Capitulum generale, vel Ordinis generalis de consilio fratrũ seniorum possit fratrem reum condemnare, vel ad carcerem perpetuum, vel triremes perpetuos ob delictum, pro quo secundùm leges morte puniretur. Et similiter Clemens VII. dedit Minimis potestatem mittendi facinorosos suos ad triremes. Cappuc. *in annot. ad Casar. v. ejicere.* & Cannart. *in sum. priv. min. ex schol. passar.*

11 Nota autem circa hæc & alia similia. Quod olim quidam tyranni Abbates vendicabant sibi jus excœcandi & debilitãdi suos Monachos, quod statim fuit prohibitum à Carolo magno, & Concil. 2. Francofort. *can. 18.*

Secundò. Quod quidam ex Societ. Iesu. Franciscus Amicus, æquè indoctè ac temerè attribuit Prælatis Regularium jus vitæ & necis in ipsos dicens posse illos hunc occidere, qui suum Ordinem diffamat vel parat diffamare seu falsa

imponendo, seu vera revelando sed hæc doctrina non invenitur in Evangelio, neque in Regulis Sanctorum, qui Ordines fundârunt. Et cũ alia media tuendi honoris supperant: Et aliàs ex tali doctrina sequantur infinita absurda nõ modò, sed via aperiatur infandis sceleribus (cùm liceat aggressores præ venire) meritò ideo Doctores Lovanienses eundem Amicũ damnârunt. Et S. Card. Congr. supremæ inquisit. Ejusdem generi humano inimicam opinionẽ iterum damnatam ex operibus eius deleri jussit. Et quintum eius Tomum inter libros prohibitos reposuit. Certè quàm impij olim fuerint Longobardi, & quanta mala intulerint, tum Monachis, tum etiam universali Ecclesiæ satis scitur. Et tamẽ cùm potuissent eos perdere S. Gregor. satiùs judicavit cum humilitate & patientia eorum perfecutionem tolerare, quàm vel in unius necẽ conspirare. *Si ego* (inquit) *in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa esset confusione divisa, sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.* Sic loquuntur, sic agunt viri Apostolici, & qui Evangelii perfectionem profitentur. *Quia Deum timeo in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.* Ergo qui se miscet, Deum non formidat. Quòd si nec timorem Dei (qui est initium Sapientiæ & fidei Christianæ) habet Amicus, cujus jam societatis erit dicendus; & qui eius opinionẽ sequuntur? an Iesu? neutiquam, quia hoc Iesus non docuit, sed Assasinorum & Turcarum, quorum ut sanguinolentiam imitantur, & finem debent expectare.

12 Tertiò. Quod quantùm ad pœnam carceris. Gloss. *in extravag. vas electionis. §. in apuliæ. de cens.* sapienter monet, non esse Religiosos instar latronum in carcerẽ detrudendos *ca. ea quæ de stat. Mon. l.* addo ego quod regulariter pro Religiosis carcer debet esse mitior quàm pro laicularibus. Quòd si aliquis Prælatus detrudit aliquem in tam malè sanum carcerem vel tam malè illum in eo tract ut mors ei acceleretur, fit irregularis quam homicida & omnes qui quomodocunq; illi cooperati sunt, ut docẽt normit. *cap. cum non ab homine. de iud* de Ligno. *clem. 2. de pen. & rem.* Ang *in sum. v. irregularitas.* Vivald. & alii Brunell. *in cap. 1. de homicid. p. 5. n.* sic loquitur notabiliter *Si* (inquit) cer Ecclesiasticus est ita horridus, arctus rus, *ut illic existentes moriantur, tunc* stici *Iudices non evadunt irregularitat* Panormit. *in cap. novimus de verb. sign.* idem dicit, *si panis ministratur in tam* quantitate, *quòd non sufficiat ad sustent* lex civilis *adde & canonica Conc. 5. Aur.* 20. *vult, quòd debeant singulis diebus* Iudices *invisere carceres, ne illic vel* vel *alimonia desit. l. Iudices Codice de Ep.* & *alibi eadem lex civilis vult, quòd in* to non debeant *tradi manicæ ferreæ,* tes *ossibus, sed prolixiores catenæ. Ac* cerati *tenebris carcerum perimantur, debe* ipso *solis exortu ad lumen adduci, & ubi* minaverit *custodiam in vestibulis carcer* ac *securioribus loci reduci.* Hactenus Bru cuius utinam doctrina, utinam inqu humanitas illa, quam leges civiles cipiunt sibi semper locũ inveniret eos, qui perfectionem Evangelicam mansuetudinem Christi profitentur.

Quartò. Quòd quantùm ad pœnam triremium. Aufrer. *in Clem. 1. de* in *pra. v. triremes.* Clar. *quæst. 70.* Mol. *tract. 5. de iust. d. 7. num. 4.* nulli alii putant, etiam de jure com ni, & seclusis privilegiis posse Reg

eis addici à suis Superioribus. Attamen Navarr. *in com. 3. de reg.* Bene monet. *Satis hos esse alienum à charitate fratern. & paternâ inter Regul. habendæ simul, & à consuetudine SS. August. Bened. Bernard. Francis. Dominic. & aliorum Regularum Institutorum hanc modi pœnam infligere.* Quin & Vivald. *in cal. p. 3. tit. de degrad. n. 41.* ait Satius esse religiosum reum. *Inter arctos includere parietes vel muros, ubi squalore, inedia, corporis dolore & animi oppressi morerentur afflictione, quam per diem unum triremib. mancipare.* Nõ quòd velit ut Regular. sic in occultis carcerib. occidantur, sed quòd utroq; malo adinvicem collato, istud (licèt aliàs abominabile & omnimodis detestandũ) leviùs illo triremium; & hoc propter rationes & inconvenientia, quæ *ibi* graphicè enarrat, ut Prælatos regulares aveat ab hoc pœnæ genere infligendo. Quod absolutè illicitum in Gallia affirmat Chass. *tract. 3. cap. 4. prop. 2.* Et ego ubique propter constitutionem Urbani VIII. de Apost. & ejectis. Mittere enim ad triremes est de Ordine eijcere, quod per illam constit. prohibetur, nisi servatis certis circumstantijs, quæ non possent servari respectu illius qui mitteretur. Facit quia mittẽdus ad triremes debet priùs degradari, & privilegio Clericali privari, quando non invenitur concessum Prælatis Regularium, facit item, quia pœna triremium æquiparatur morti, & non imponitur nisi à Principe habente jus gladij, quod similiter non habent Regularium Prælati.

35 Verum quia supramemorata Privileg. videntur obviare, ideo ego nunc me fundo præcipuè in const. Urb. VIII. quâ admissi necesse est dicere, simul per eã abrogata esse dicta privilegia, nam cùm præter illam infamem pœnam triremium diversi Pontifices dedissent singulis Ordinibus potestatẽ eijciendi incorrigibiles, quâ licentiâ nonnulli Prælati pessimè abutebantur, volens hac in parte felic. record. Vrban. VIII. adhibere remedium anno 1624. die 21. Sept. vocatis & auditis super hoc Ordinum regular. Prælatis & Procuratoribus edidit constitutionem, cuius hæc summa: *Nullum Regular. posse imposterum eiici, nisi sit verè incorrigibilis, qualis non censeatur, nisi concurrant omnia, quæ ex juris communis dispositione ad hoc requiruntur, & insuper unius anni spatio sit probatus in carcere & in jejunio & pœnitentia. Post quod anni spatium, si perseverat induratus, poterit eiici, verum non nisi à Generali Ordinis, & de consilio ac consensu sex Patrum ex gravioribus eiusdẽ Ord. instructo processu, & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum Canonum præscriptum. Ad quam pœnam non deveniatur, nisi tentatis priùs omnibus mediis lucrandi animam errantem, ita tamen ut servetur c. fin. de regul put a quòd Prælatus teneatur recipere expulsum redeuntem, si emendationem promittit. Sub pœna nullitatis omnium, quæ in contrarium gesta fuerint privationis omnium officiorum ipso facto vocis act. & pass. & perpetuæ ad illa inhabilitatis. Interim verò dum expulsus manet extra Religionem, sit subditus Episcopo, & suspensus ab omni sacrorum Ordinum Ministerio.* (a)

Patet igitur quod hac constitutione admissa nõ potest aliquis damnari ad triremes, cùm debeat recipi quacúnque hora, promittit emendationem &c. Sed & circa eandem const. ego aliqua observo, & primò quidem, quòd Chass. *tract. 4. c. 6. pr. 9.* ait illam nõ obligare saltem quãdo 16 apparet reum non esse emendandum per ea, quæ in illa præcipiuntur. Sed ego

(a) Per hanc constitutionem tollitur jus Dominic. in quorum const. l. 1 c. 19. dicitur is incorrigibilis, qui nec culpas timet admittere, & pœnas recusat ferre. Et Minorum apud quos talis dicitur qui ter convictus & punitus, in ijsdem criminibus æqualibus aut gravioribus persistit sine spe emendationis.

utrumq; hoc reijcio cum Dian. *t. 11. tract. 2. resol. 23.* Nam quantùm ad primum de eius obligatione quidquid sit de authoritate constitutionum editarum à Cardin. habito verbo cum Sanctissimo, de qua difficultate *sect. seq.* certè jam communi omnium consensu ubiq; recipitur, & secundùm illam Romæ judicatur. Quantùm verò ad secundùm R. quòd cùm hominis voluntas sit ambulatoria, non potest nisi temerè divinari non esse reum convertendum per media præscripta in dicta constitut. Quis enim cognovit sensum Domini, aut mensuram miserationum ejus. *In eo quod malus est quis* (ait Augustin. in Psal. 54.) *utrùm usque ad finem perseveraturus sit ignoramus, diabolus & angeli eius manifestati sunt nobis in Scripturis sanctis, quòd ad ignem æternum sint destinati: ipsorum tantùm desperanda est correctio.* Non excusantur igitur Prælati à servanda constitutione.

17 Adverto secundò quantùm ad illos sex Patres, quorum consilio dicitur General. uti debere ad aliquem expellendum non esse ab ipso eligendos, sed à Capit. ut S. Card. Congr. declaravit, aliàs quando Superior est potens & animatus, facilè esset ipsi invenire non modò sex, sed sexies sex, qui sint eiusdē cum illo opinionis. Neque illi convenire debent in simul ad judicandum aut sententia unius mitti ad alterum, sed oportet transmittere ad singulos singula exemplaria processus ad hoc, ut unusquisq; inconsulto alio suam sententiam proferat, ex eadem declaratione.

18 Tertiò. Circa Processum posse formari postpositis juris apicibus secundū dicta in Superioribus, at quantùm ad probationes & causas constitutio jubet servari Canones, hoc est quod reus debet esse plenè convictus de incorrigibilitate & de crimine, probationesque luce meridiana esse clariores.

Circa illā particulā *tentatis omnibus* quod carcer & pœnitentia, quam reus illo agit, non debet esse simpliciter affectiva, sed attentis illius genio & circumstantijs alijs sic ordinata & temperata, judicio prudentis viri æstimetur medi aptum, & conducens ad inducendum lum ad resipiscentiam, aliàs autem, æmulis traditur, si probris & pœnis gitatur, & ad desperationem redigat & ille detrectat se emendare non ad vitium, sed quia sperat se sic ejic dum, & ab ærumnis liberandum non tisfit constitutioni, & ille non potest ci ejectus ob incorrigibilitatem, malitiam suorum æmulorum, nequ sequenter est suspensus ab Ordinib vult constitutio, quin potius illi à qu fuit ejectus, incurrūt omnes illius pe

Quintò. Circa illam Claus. de ser do *cap. fin. de Reg.* Quod per illam de tur Privilegio Cassin. quòd fugitivos Congreg. non teneantur recipere, deant, de quo ubi de transitu in aliū Non tamē alteri de quo supra n. 4 possint suos apostatas sub alio habi grangijs tenere. Neque etiam Regul Bened. quæ jubet, ut si quis usque te egressus fuerit, non recipiatur amp quia prædicta constitutio non fuit ad corrigendas Regulas Ord. sed sol moderanda privil. & resecandos ab

Quia autem illa constitutio loq etiam de fugitivis, placèt hîc adder miserorum consolatione) quod cum sit pœnalis, & consequenter odiosa, debet intelligi de fugitivis proprie hoc est, qui proprio & suo solo vitio cedunt, in his autem temporibus ferv si ad justitiæ lancem & sine accepti causas judicemus, invenientur hi, qui

suis Monasterijs fugiunt, parùm fuisse devoti, parùm humiles, parùm obedientes, vel ut clariùs loquar parùm potuisse, aut voluisse dissimulare (quis enim heu verè humilis, verè obediens?) Superiores verò fratresque ipsorum in charitate & discretione erga ipsos defecisse, imperiis excessisse, violenti & præcipites plus æquo in suis ordinationibus fuisse, adeo ut talis non rarò de uno Monasterio fugiat, qui in altero fuisset quietè mansurus, obedientiam unius Prælati detrectet qui pro altero nihil non fecisset, suo igitur vitio discedit, verùm non solo, sed simul Prælati vel Fratrum, atque ideo non est formaliter neque in rigore fugitivus, quia propriè non fugit nec deserit Religionem, sed indiscretum Prælatum, Fratresque adversarios. Neque sic est obnoxius Constitutionis pænis, nam pati iniustam vexationem, est quidem consilij, non tamē obligationis, vide dicenda, ubi de transitu in alium Ordinem.

CAPUT XXIV.

Circa Pontificalia.

SUMMARIUM.

1 Usus Pontificalium est propriè Episcoporum.
2 Et in Abbatibus ab aliquibus culpatur ibid. defenditur tamen.
3 Abbates aliqui habent usum mozettæ, mantelleti, pilei Prælatitij.
4 Alij cappæ.
5 In quibus plurimùm valet consuetudo, de quo exempla proponuntur.
6 Abbas veniens ad celebrandum, potest per viam benedicere populo.
7 Non debet tamen associari à Monachis, in quo usus est varius.
8 Abbas potest in tribus officijs solemniter benedicere.
9 Et in præsentia cuiuscunq; etiam Cardinalis.
10 Abbas celebrans pontificaliter potest sibi Sedem statuere, & qualem.
11 Et desuper baldachinum & quale & quoties.
12 Abbas celebrans Pontif. potest habere Assistentes & quot & quales.
13 Abbas celebrans Pont. potest in fine dare Indulgentias.

POntificalia de jure & ex sua primæva institutione fuerunt concessa solis Episcopis, verùm ex quo cœperunt Abbates inter Prelatos recipi, & Episcopis adæquari etiam & pontificalium insignio-
rum usus fuit illis concessus, quibusdam
omnium, quibusdam aliquorum tantùm,
& quidem Petr. Blesen. in *epist sua 90.* me-
tiens Abbates ad primævam humilitatem 1
ac simplicitatem Monasticam culpat in
eis pro suo zelo usum pontificalium, &
de facto ex his motivis humilitatis & sim-
plicitatis monasticæ fuit olim interdictus
in Congreg. Bursfeld. ut videre est in eius
constitut. *cap.* 18. Verùm non ita repug-
nant pontificalia humilitati monasticę, 2
quin sacro fœdere possint sociari, Omis-
sis autem his, quę pro, & contra hac in
parte possent allegari, & privilegijs pro
communibus insignijs Mitra, baculo,
sandalijs, &c.

Celestin. V Eugen. IV. Ac novissimè 3
Paul. V. per B. quæ incipit: *Ex iniuncto nobis.*
Sub dato año 1606. die 9. Decemb. con-
cessit Abbati Generali Celestinorum fa-
cultatem portandi habitum Prælatorum
Regularium hoc est Capuccium seu Mo-
zettam, Mantelletum, Biretum clericale,
& Pileum prælatitium. Abbates verò
Montis Cass. Sancti Pauli de urbe Causæ, 4
&c. habent privilegium portandi cap-
pam, & habendi caudatarium, quando ve-
niunt in ecclesiam ad celebrandum ponti-
ficaliter.

Ego tamen adverto multùm valere, ne 5
dicam

dicam totum facere æstimationem nostram, in eiusmodi vestibus prælatitijs, quas licèt aliqui habeant ex privilegio & magno favore Sedis Apostolicæ alij tamen ijsdem solafreti consuetudine utuntur, nam Biretum & Mozetta, ne dum Abbatibus sed simplicibus monachis in multis provincijs sunt quotidiano in usu, ut apud antiquos Cluniacenses Mantelletum verò pro cuculla, quoties in publicum prodeunt, in prouincia Taraconensi portant Abbates Congregationis, quæ dicitur Conuentualium, nostri Ordinis Sancti Bened. Imò tam ipsi, quàm sui Monachi loco tonsuræ monasticæ utuntur ibi rasura Episcoporum more, & Episcopalem non monasticam coronam portant, & sic de cæteris.

6 Abbates accedendo ad Ecclesiam seu altare ad celebrandum pontificaliter possunt per viam benedicere populo eo modo, quo Episcopi. Hoc privilegium non invenio datum alicui in specie, attamen justè, & cum optimis rationibus astruitur à Tambur. *to. 1. de iur. abb. d. 21. quæst. 8.* Tum quia possunt plùs, nempe solemniter in Missa benedicere. Tum quia Vrban. II. concessit Abbati Cluniacæ, aliique Pontifices alijs Abbatibus erga suos subditos, & in suis Ecclesijs quidquid possunt in suis Episcopi, excepta collatione Ordinum, confectione crismatis aut altariũ consecratione, ergo possunt benedicere,

7 quia exceptio firmat regulam. Refert tamen Tamb. *loco cito*. S. Card. Cong. an. 1613. die 11. Decemb. (*) declarâsse Abbatem venientem ad celebrandum pontificaliter, non esse associandum à sua domo, vel excipiendum in porta Ecclesiæ à monachis, ut pro Episcopis faciunt Canonici, in quo variæ sunt Monasteriorum consuetudines, & alicubi penitus contrariæ declarationi.

Inocent. VIII. dedit Abbati Cisterc. facultatem benedicendi populo solemniter, per universum suum Ordinem matutinis, Missa & Vesperis. B. quae incipit: *Expoſcit tuæ*. expedita anno 1489. 9. April.

Sixt. IV. autem jam sex annis ante hoc est anno 1483. die 17. Cal Octob. dit Præposito S. Mariæ pacis Vrbis R. Congreg. Lateran. facultatem bene cendi in Missa solemniter, etiam pra te Episcopo, & quovis alio, & secun hoc Gabr. Pennot. *in hist. tripart. lib. 3. cap. 33.* refert quòd anno 1614. Iul. Præpositus qui tunc dicto mon rio præerat, solemniter benedixe præsentia 12. Cardin.; in fine sub

Abbas celebrans pontificaliter p sibi Sedem statuere in plano Pres cum duobus gradibus, panno coop & postergali de panno seu serico le ne auro coloris convenientis festiv ex declaratione S. Congreg. sub 2617. die 18. Mart. Non debet tame Sedes esse fixa, nec habere plures g quàm duos; Imò neque suppedan eadem declaratione, & alijs subse quæ videri possunt apud Margar. *in Cass. const. 277.* Tamb. *to. 1. de iur. abb. 21. q. 10.* & Barb. *de off. & pot. ep. par.*

Abbas celebrans pontificaliter p habere baldachinum, seu umbellam per suam Sedem ex serico simplici & auro. Quem usum antiquum in Congreg Cassinensis, in iudicio c dictorio S. Rituum Congregat. pro dem Abbatibus & tribus festiuita anni præcipuis, confirmavit primu 1618. die 12 Martii, & rursus anno die 2. Aug. Ac tertiò anno 1628. Ian. Tum quartò Vrban. VIII.

1639

(*) B. quæ incipit: *cùm universos*, apud Baron. t. 11. pag 662.

1629. die 11. Iul. per B. quæ incipit: *Exponi.* Quæ est ordine 303. in Bullæ eiusd. Congreg. Cassin. Quam eandem gratiam eadem S. Congreg. variis Abbatibus indultis, nempe Olivetanis anno 1629. die 4. April. Vallumbrosanis, die 31. Martij eiusdem anni Celestin. die 30. Iunij eiusdem anni Camaldul. die 15. Sept. an. 1932. & Congregat. Lateran. die 15. Ian. an. 1637.

22 Abbas celebrans pontificaliter potest habere sibi assistentes duos Diaconos & Præsbiterum, Diaconum & Sibdiac. cantandis Evangelio & epist. Et sex alios: nempe duos cum pluvialibus, duos cum planetis, & duos cum tunicis, qui sedeant in loco congruo juxta Ecclesiarum situm super scabellis, ad hunc effectum positis & panno laneo coopertis. Et ita pro Abbatib. Congreg. Cassin. S. Cardin. Congreg declaravit an. 1628. die 29. Jan. Et anno sequenti 1629. die 11. Jul. Vrban. VIII. confirmavit per B. supra memoratam quæ incipit: *Exponi nobis.*

Abbas celebrans pontificaliter potest in fine Missę dare indulgentias quadraginta dierum eo modo, quo Episcopi. Tum ita Vrban. IV. concessit primùm Abbati montis Virginis, Tum secundò Bonifac. IX. Abbati Sancti Fridiani Lucensis Congreg. Lateran. Ac tertiò Pius V. omnibus Abbatibus eiusdem Congreg. Lateran. Quod iam alijs Abbatibus aliarum Congreg. per viam communicationis convenire affirmat Tambur. *to. 2. de jur. abb. d. 2. q. 2.* Vide dicta ubi de Indulgentiis.

CAPUT XXV.

Circa Regulæ Observantiam.

SUMMARIUM.

Prælati Monachorum possunt declarare regulam D. Bened. & statuta super ipsam edere, ac edita mutare salvis essentialibus.

2 *Constitutiones Cassin. non obligant sub peccato*

4 *Constitutiones pontificiæ pro reformatione Regularium non comprehendunt Cassinenses &c.*

5 *Abbates Cister. & Cassin. possunt indulgere carnes suis Monachis, & permittere continuationem vsus carnium.*

6 *Monachi Congreg. Valli solet. possunt dormire cum sola staminea, &c.*

8 *In regula Sancti Bened. sunt aliqua essentialia, & non sufficit Monachis ad salutem servare sola præcepta decalogi.*

9 *Potestas statuendi data Prælatis regul. intelligenda de moralibus.*

10 *Et hæc secluso privilegio illis competit.*

11 *Quo pauciora statuta fiunt apud regul. eo melius.*

12 *Prælati regul. nihil possunt statuere contra textum Regulæ, neque contra eius substantialia, neque contra leges fundamentales suarum Congregationum.*

13 *Neg: contra ius commune, aut constitutiones pontificias.*

14 *Potestas data Prælatis regul. ad mutanda statuta intelligenda de his, quæ non sunt confirmata à Papa.*

MArtin. V. Eugen. IV. Alex. VI. & Leo X. Cassinensibus, Clem. VII. & Paul. III. Camald. Alijque Pontifices Patribus Congreg. Vallisol. dederunt facultatem declarandi Regulam, in capitulo statuendi, ordinandi, declarata statuta, ordinata alterandi prout pro tempore visum illis fuerit melius ad utilitatem suæ Congregat. & manutentionem observantiæ. Absque tamen variatione substantialium dictæ Regulæ. Bullar. Cassin. *const.* 48 50. 53. 110. & 129. & B. quæ incipit: *Rationi congruit.* quæ habetur in constitutionibus Camald. impressis Romæ. 1

Deinde verò Eugen. IV. favore eorundem Cassin. voluit nullas constitutiones 2

seu

seu Capituli, seu Visitatorum, seu Prælatorum localium, obligare ad peccatũ citra contemptum. B. quæ incipit: *Regularem vitam*, quæ est 62. in bullar. Margar. Et apud Roder. 9. inter bullas eiusdem
3 Eugen. Fallit tamen hæc dispositio respectu articulorum constitutionis Clem. VIII. quæ incipit: *Commissum nobis* quia ad illos obligat dictos dominos meos Cass. sub præcepto formali, & mandat servari in virtute S. obedientiæ.

4 Clem. VIII. sancivit pro Cassin. nullas futurorum sum. Pontificum reformationes vel constitutiones pro reformatione Regularium edendas, afficere eorum Congregationem nec per illas ipsius constitutionibus proprijs, aut observantiæ derogatum iri, Monachosvè ad illas obligari. Voluitque hoc decretum suum semper durare, adeo vt per nullam suorum successorum constitutionem cẽseatur unquam illi derogatum, nisi inserto tenore ejus de verbo ad verbum, & facta expressa mentione dictæ congregationis. B. quæ incipit: *Commissum nobis*, quæ est 245. in bullar. Margar.

5 Sixt IV. an. 1475. ibid. Decemb. dedit Abbatibus Cisterc. facultatem indulgendi carnes suis Monachis B. 47. *eiusd. Sixti apud Roder.* Idem concessit Paul. III. Congreg. Vallisol. *privil.* 87. *in eius Bullar.* Et Greg. XIII. anno 1582 die 15 Decemb. concessit Cassin. continuationem carnium in monasterijs in quibus introductæ erant. Et hoc etiam in Refectorio regulari. B. 220. apud Margar. Deinde Paul. V. anno 1608. die 25. Mart. eundem usum carnium confirmans ijsdem Cass. moderata bulla Gregorij voluit, ut extra refectorium regulare ijs vescerentur B. 266 *ibid.* Bened. verò XII. sua constitutione quam vocant benedictinam universaliter statuit cap. 26. pro Ordine S. Bened. ut partito conventu alternis vicibus c[...] nib. indulgeant Monachi, & abstinẽ[...] colant.

Ludovic. Episcopus Tarvisinus, [...] Romæ sub Eugenio IV. pænitentia[...] apostol. eiusdem Eugen. autoritate [...] cessit Monachis Congregat. Vallis[...] ut extra Monasterium possint do[...] cum sola staminea & scapulari. B[...] eiusd. Congreg. *privil.* 48.

Nota autem primò circa constitu[...] nem Clem. VIII. quòd illa fundat[...] præsumptione observantiæ vire[...] dicta Congreg Cass. atque ideo illam [...] indigere alijs ordinationibus. Vnde [...] Vrban. VIII. anno 1631. die 5. Nove[...] declaraverit, quascunque constitu[...] apostolicas comprehendere quo[...] Regulares quibuscunque Privilegi[...] quacunque forma concessis munit[...] si specialiter in illis exciperentur no[...] rogat dicto Clementis decreto, & [...] per censebuntur Cassin. à quibusvis [...] stitutionibus excepti, nisi illud reve[...] servatâ formâ in illo pręscriptâ. pr[...] vide dicenda sect. seq. dub. 6. At si ([...] absit) observantia deficeret in dicta [...] gregatione Decretum Clementis, [...] in ea non haberet, sed Vrbani VIII.

Nota secundò. Circa privilegium [...] larandi Regulam S. Bened *salvis* [...] *libus* aliqua illi esse essentialia, [...] ideo, vt aliquis dicatur Benedictin[...] Sancti Bened. filius, ac censeatur su[...] scientiæ & obligationi satisfacere [...] sufficere, vt servet præcepta decalo[...] tenet Caram in coment. in eandem [...] S. Bened.

Nota tertiò. Quòd illa potestas [...] di non intelligitur nisi de statutis [...] libus, ad quæ condenda concedit[...] hoc potiùs, vt magis spontaneè [...] piantur ab inferioribus, & in maio[...]

verentia habeantur, quàm ob aliam causam. Nam etiam seclusis privilegijs, Præ-
10 lati & Capitula Regularium possunt ferre leges & statuta condere pro manutentione suorum Ordinum, prout rerum & temporum status exigit, *arg. c. si quis. & cap. statuto. de Maior. & ob. c. fin. de his quæ p. à ma. par. cap. 2. de Locat. cap. ut animarum de const in 6 & tit. de decret. ab Ord. fac. inf.* Et ita docent Barth. *l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* D. Thom. 2. 2. *quæst. 104. a. 5.* Laym. *lib. 1. tract. 4. cap. 7. & lib. 4. tract. 5. cap. 9* Sylv. *v. lex.* 4. & alij. Nam ut discurrit Bannez *2. 2. quæst. 1. ar. 10. dub. 8.* hoc ipso quòd Papa erigit, seu approbat aliquem Ordinem vel Congregationem, censetur dare Superioribus omnem potestatem eis necessariam regendis subditis, atque ideo promulgandi eis leges. Quò tamen pauciores fiunt, eò melius, quia ut dicitur in statutis Ordin. S. Guilel. Ducis Aquitaniæ. Ann. 1257. editis. *Multa præcepta, multas transgressiones facere dignoscuntur. Et varietate mandatorum saepius turbantur conscientiæ subditorũ.* Quin ut in suo chron. ait Damasus Papa. *Quantò plura statuta faciunt maiores Religiosorum, tantò plus Regulam confundunt.* Et ita experientia docet.

12 Nota tertiò. Quòd sicut Prælati Regularium prohibentur aliquid statuere contra substantialia Regulæ, ita etiam non licet illis statuere contra ejus textum vel leges fundamentales suarum Congregationum. Et ita docent Ancar. *cap. Canonũ. de const.* Et alij Canonistæ. *eod. & cap. cum omnes & cap. ex parte eod.* Bald. *auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Et alij Legistæ *eod. & l. arrhitrosa. ff. de decret. ab ord. fac.* Navar. *lib. 3. cons. 5. de Regul.* Et Mirand. *in man. to. 2. q. 29. ar. 5.* Pro quo faciunt dicta *ubi de Missis quæ ex oblig. celeb. v. nota secundò.* Et Ratio est, quia textus Regulę & leges fundamentales in quolibet Ordine seu Congregatione, tenent locum juris communis. At quod est.

Quartò notandum, non possunt Præ- 13
lati quidquam statuere contra disposita in jure communi & sacris Canonibus vel per speciales constitutiones sum. Pontif. *arg. cap. quod super his. de ma. & ob. & cap. dilectus. de temp Ord.* Et eorum, quæ docent Navar. & Mirand. *supracit.* Laudun. *in rubr. de off. ord. in Clem.* Barbos. *de off. & pot. ep. p. 2. all. 33. & p. 3. all. 93.* Et plures alij quos citat & sequitur *in collect. ad l. formã C. de off. præf. præt. orient.* Ubi sic ex ipsis loquitur: *habens potestatem condendi legem, non potest contra jus statuere.* Et rursus ibid. *Potestas condendi legem data alicui intelligitur, quòd contra jus commune aut legem Superioris aliquid statuere non possit.*

Quod verò in eodem privilegio datur 14
potestas mutandi statuta intelligi debet de his, quæ naturam non mutaverunt. Nam si fuerunt confirmata à Papa jam incipiunt habere robur ab ipso, quia nostra omnia facimus, quibus authoritatem impartimur. Unde cùm inferior non possit mutare disposita à potestate maiori relinquitur, quòd statuta confirmata à Papa non possunt mutari à Capitulo vel Prælatis Ordinis. *cap. cum inferior. de Maior. & ob. Clem. ne Romani de elect. arg. cap. cum accessissent. de const.* Bald. *l. omnium. C. de testa.* Ancar. *cons. 322.* Mirand. *quæst. 29. cit. ar. 8.* ubi citat Navar. Et Barb. *de off. & pot. ep. p. 2. alleg. 34.* Ubi citat Sayr. Sanch. Asor. & Bottam contra Barth. *l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Cuius tamen opinionem ego admitterem, si statuentes vellent redire ad jus commune. Quod licitum dicit Crot. *in cap. ad nostram. apell.* & Panormit. *cons. 25. vol. 6.*

CAPUT XXVI.

Circa Sacra.

SUMMARIUM.

1 *Regulares Laici vel in Sacris non existentes possunt cum licentia suorum Superiorum res sacras contingere.*
2 *Hoc in necessitate urgenti licitum omnibus seclusō Privilegio.*
3 *Etiam respectu S. Eucharistiæ.*

1 EUgen. IV. & Paul. V. concessit Cassin. Calixt. III. & Sixt. IV. Minorib. & August. ut Fratres eorum Laici vel Clerici nondum sacris initiati, deputati Officio Sacristiæ, seu alteri simili possint cum licentia Superiorū contrectare calices, corporalia, & res alias sacras, easque lavare cùm opus fuerit. Casar. *v. ornamenta.* Confett. *Bulla 9. Sixti IV.* Rod. *to. 1. bullar. in orac. eiusdem Sixti.* Nota autem,

2 quòd in necessitate v.g. in incendio, incursu hostium, & generaliter ubi subest periculum irreverentiæ seu profanationis talium rerū potest quilibet etiam Laicus, imò & fœmina eas contrectare, v. g. ad abscondendum. Quin etiam ipsum SS. Eucharistiæ Sacramentum. Aut etiam ipsum consumere, & se cum illo communicare. Gloss. *cap. pervenit. d. 2. de cons.* Chapeauvil. *de modo min. sacr. cap. 4. quæst. 6.* Zambr. *in decis. aur. cap. 3. dub. 7.* Coninch. *3. par. quæst. 83. ar. 3.* & communiter alij.

CAPUT XXVII.

Circa Studia.

SUMMARIUM.

1 *Occupati studiis sunt liberi ab horis, & satisfaciunt dicendo certum Psalmorum numerum.*
2 *Inter Regulares docendæ linguæ.*
3 *Et in his periti debent in promotionibus pr*
4 *Generales Ordinum possunt conferre gr Doctoratus quibusdam suorum s. G*
7 *Item & Professores S. Facundi.*
8 *Et PP. Societatis Iesu.*
9 *Regulares non sunt promovendi ad Do vel Prælaturas, nisi linguis studuerint.*
10 *Doctores regulares non debent frui sui gijs, nisi actu legant vel concionentur*

CLem. VII. concessit Theatinis cupatis studijs Theologiæ vel C nonum, ut satisfaciant pro horis Ca nicis recitando certum Psalmorum merum per Superiorem illis præfige non minùs septem aut sex, aut orat Dominicam septies cum symbolo stolorum bis. Roder. *to. 1. quæst. 42.* Portel. *v. horæ Can. num. 18.* Capucc *annot. ad Casar. v. officium. diu.* & que citat Garcias. Vide dicta ubi de horis.

Et insuper nota quod An. 1610. d Jul. Paul. V. seu S. Cardinal. Cong habito cum eo verbo sancivit, ut in nibus Ordinibus doceatur lingua gr Hebræa, Arabica, Caldaica & Ill Et ut cæteris paribus illi ad officia S laturas præ alijs promoveantur, qu quas de eiusmodi linguis calleat Quod decretum eadem S. Congr. de paganda fide de speciali mandato Ur VIII. postea innovavit An. 1623. die Octob. Et ne fortè oblivione depera jussit semper in Capitulis generalib Provincialibus legi. Et ante ipsorum pitulorū solutionem à Generali seu vinciali super eius observantia sub pœna privationis vocis act. & ipso facto incurrendæ. Tum deinde que novo tamen præcepto) huius dem decreti eosdem Regulares co nefecit eadem S. Congreg. Anno die 11. April.

Bona

Bonif. IX. concessit Dominic. ut Generalis in Capitulo generali possit ad Magisterij honorem promovere unum è suis diligenti examine probatum, qui deinde seu intra, seu extra Ordinē gaudeat omnibus prærogativis Doctorum Facultatis Parisiensis, perinde, ac si in ea suscepisset gradum. Item & Jul. II. Eidem Generali dedit facultatē assumendi duos socios, Secretarium unum, & alterum Provincialem terræ sanctæ, quos ad Baccalaureatus seu Magisterii gradum promoveat. Casar. *v. gradus schol. & v. Generalis.* Et Roder. *to. 2. qq. Reg. 74.*

Pius V. concessit Præsid. Congr. Valisol. facultatē promovendi suos ad gradum Magisterii artium vel Doctoratus in Theologia, postquam suos cursus absolverunt. Bullar. eiusd. Congreg. B. quæ incipit: *Regimini*, quæ est ibi Ordine 94. Item Clem. VII. pro eadem Congreg. concessit, ut ab his qui legunt in studio S. Facundi, possint iidem gradus cum suis insigniis conferri. B quæ incipit: *Inde* in eod Bullar.

Jul. III. & Pius IV. Ac tertiò Greg. XIII. per B. quæ incipit: *Quanta in vinea.* Comitiss Societ. Jesu facultatem promovendi ad Magisterium artium, aut etiam Doctoratus in Theologia, tam suos, quàm studiosos pauperes, aut etiam divites, qui apud illos studuerunt, si Professores Universitatu detrectant illos admittere ad huiusmodi gradus, solutis ipsis suis juribus, atq; sic promoti gaudeant omnibus privilegiis, quibus gaudent promoti in Universitatibus publicis.

Nota autem, quòd S. Congreg. Cardin. suo supramemorato decreto Anni 1623. censuit non esse imposterum Regulares promovendos ad gradum Doctoratus vel Superioritatis, nisi ultra consuetum Theologiæ cursum, & alia requisita secundùm cuiusque Ordinis constitutiones, studuerint saltē per biennium uni ex linguis supramemoratis in eodem decreto. Secundò quod Clem. VIII. in decretis pro reformatione Regularium apud Quarant. *n. 16.* statuit, neminem, qui sit promotus ad aliquem gradum, debere gaudere eius privilegiis, nisi actu legat aut concionetur.

CAPUT XXVIII.

Circa Transitum ad alium Ordinem.

SUMMARIUM.

1 *Camaldul. possunt recipere quoscunq; de Ordinibus Mendic. & ad Prælaturas promovere.*
3 *Cassinenses nullo prætextu possunt se subducere à sua Congreg.*
4 *Regularis discedens à suo Ordine potest ubique capi à suis Superioribus excommunicari &c.*
5 *Receptantes eos qui discedunt de suo Ordine excommunicantur.*
6 *Qui discessit à Congreg. Cassin. potest obligari ad mutandum habitum.*
8 *Prælati Cassin. non tenentur eum recipere, qui à sua Congregat. recessit.*
14 *Prælati regul. possunt licentiare Monachum ad Ordinem laxiorem.*
15 *Et ob quas causas.*
9 *De jure licitum cuique transire ad strictiorem Ordinem.*
Etiam sine licentia. Ibid.
11 *Non tamen laxiorem.*
10 *Quo sensu intelligatur unus Ordo alio strictior.*
12 *Potestas excommunicandi fugitivos, intelligenda de formaliter fugitiv.*
15 *Causæ discedendi à suo Ordine, quæ sint justæ, & seq.*
27 *Hæ debent verificari in judicio.*
28 *Secus in quibusdam casibus.*
23 *Quamdiu obligatur quis pati iniustam vexationem,*

nem, ut hoc titulo fiat ei licitus discessus à suo Ordine.

24 *An qui hoc titulo discedit possit ad nullum alium ordinem transire.*

26 *An si revocetur à suis obligetur redire.*

30 *Qui discesserit sine licentia, an teneatur redire ad illam petendam.*

31 *An debeat conventus consentire.*

33 *Nemo debet facilè transire de suo ordine in alium.*

2 *Ad hoc requiritur licentia.*

6 *Hoc quomodo intelligendum.*

32 *Et de quibus.*

1 CLem. VII. & Paul. III. cum derogatione jurium contrariorum dederunt Camaldul. potestatem recipiendi ad suum Ordinem quoscunq. mendicantes & eosdem promovendi ad quælibet officia, post professionem. B. quæ incipit: *Rationi congruit* Quæ habetur ad calcem Regulæ, cum constitutionibus impressæ Romæ.

2 Eugen. IV. pro Cassin. sancivit Iul. II. pro Cistercienſ. Innocent. VII pro Hieronimitan. non posse eos transire ad aliũ Ordinem, nisi licentiâ obtentâ à Superioribus. Bullar. Cassin. *const. 59. & 46.* Roder. *to. 1. quæst. 52. a. 19* & Lamas. *in meth. p. 3. cap. 4. §. 27*

3 Eugen. IV. & Paul. III. pro Cassin. censucrunt nullo prætextu, seu juvandorum parentum, seu serviendi cuiquam Prælato vel principi, seu studiorum, seu sanitatis tuendæ causâ posse de sua Congregatione exire *const.* 59. 64. & 153. in Bullar. Cassin.

4 Regulares de suo Ordine vel Congreg. discendentes sine licentia possunt ubique capi à suis Superioribus excomunicari, & prohiberi audire confessiones, vel prædicare constitutione Eugenii IV. pro Cassin. Clem. III. & Bonifac. pro Minorib. Et Iul. II pro Minimis. Quarum meminere Casar. & Capuccin. *v. apostat.* Margar. *in suo bull. const. 59. & 64. tit.*

Pius II. excommunicat quoscunque recipientes Minores de suo Ordine discedentes, occultantes, ad discedendum venientes &c. Eugen. IV. similiter eos censuram vibrat, in eos qui recipiunt fugitivos Congreg. Cassin. nisi commoniti intra tres dies illos à se dimittant. Sixt. verò IV. Carmelitis. Et Innocent. VIII. Minoribus. Et alij Pontifices potestatem excommunicandi dedere potestatem excommunicandi se ipsos, quascunque personas ecclesiasticas, receptantes suos fratres discedentes Casar. *v. apostata.*

Paul. III. concessit Cassin. ut si quis ipsis discesserit, etiam obtentâ à licentiâ, & causis discedendi verificatis possit illum obligare ad mutandum tum & ad portandum alium distinctum à proprio Congregationis. B. 153. Margar.

Pius II. concessit Cassin. Iul. II. Paul. III & Greg. XIII Societ. Iesu facultatem licentiandi à se fratrem inconstabilem, & permittendi ipsi ut transeat aliam Congreg. sub eadem Regula laxiorem, vel simpliciter ad aliam dinem, de quo inter alios Bonac. *de clausura quæst. 2. p. 9. §. 3. diff. 1.* Idem nomine & authoritate Eugen. IV. concessit Ludovic. Episcop. Taruisin. Congr. Vallisolet. uti habetur in eius bullar. *vil. 48.*

Eugen. IV. concessit Cassin. ut neantur recipere eos qui à sua Cong. discesserint, etiam si ad hoc habeant ras apostolicas, nisi contineant esfam & specificam, huius indulti tionem. *const. 62. & 64* in bullar.

Nota autem circa privilegia, transeundo ad alium Ordinem, quæ dantur in præsumptione bonę

tiæ in proprio. Et quòd is, qui ab illis vult discedere, potest æque facilè suam salutem in eo operari, atque in alio ad quem cogitat transire. At si veritas pugnat in contrarium, certè nullus locus esse potest talibus privilegiis. Quin etiã Nald. *v. Religio num. 23.* absolutè illa reiicit. Et Angel. *eod. v. n. 34* affirmat posse Religiosum illis non obstantibus ad alium Ordinẽ transire, modò concurrant tres circumstantiæ, nempe *primò*, si transit ad strictiorem, *secundò*, si zelo perfectionis, *tertiò* si petitâ licentiâ, quamvis non obtentâ. Favet huic doctrinæ Navarr. *lib. 3. cons. 52.* ubi monet talia privilegia sic interpretanda secundum *cap. licet. de Regul.* in quo permittitur transitus ad aliam Ordinem post petitam licentiam, quamvis fortè non obtentam. Et ratio fundamentalis est, quia zelus & cura propriæ perfectionis & salutis est de jure naturæ, contra quod non dantur, nec locũ habent privilegia, ad quod facit *cap. duæ 20. quæst. 2.* Unde conciliando opiniones & Doctores, ego puto *cap* dictum *licet* esse servandum, & Pontifices non intendisse illi derogare, privilegia verò intelligenda esse de eo qui vellet transire ad alium Ordinem, qui non esset suo strictior, vel ex odio suorum cum illorum scandalo deceptus & illectus ab his, ad quos vult transire &c. quibus similibusque abusibus voluerunt Pontifices per Privilegia supramemorata obviare.

10 Verum hoc ego addidero, quòd licèt jura concedant transitum ad strictiorem Ordinem, Et inter Theologos ac Canonistas non bene conveniat in discernenda strictitate, attendendo tamen ad mentem legum potius quàm ad verba. Arbitror ego (salvo meliori judicio) quod ad hoc judicandum per respectum ad transitum de uno in alium non debet fieri cõparatio Ordinum inter se, sed ipsorum & hujus Fratris, qui ab uno vult transire ad alium, ut attento ipsius genio & dispositione, is Ordo comparatus ad ipsum censendus sit strictior, nõ in quo vigent plures austeritates corporales, sed in quo potest commodiùs & securiùs suam salutem operari. Nam quia austeritates corporales sunt instrumenta ad virtutem & perfectionem, ideo per quamdam præsumptionem ille Ordo putatur perfectior, qui sit strictior, & in quo servantur plures austeritates. Et quia in assumptione Status religiosi aliud non intendimus quàm nostram salutem & perfectionem, ideo jura concedunt transitũ ad strictiorem. Verùm, quia idem instrumentum non est æquè aptum omnibus, & potest esse talis, qui facilius suam perfectionem & salutem consequatur in Ordine mitiori, ideo ubi de hoc constat, debet veritati cedere præsumptio, & ille Ordo mitior dici esse ipsi aptior, & transitus ad ipsum ei licitus, quia tunc habetur finis legis.

Hoc tamen *sanè* velim intelligas, nempe quòd hæc maior facilitas operandi suam salutem vel acquirendæ perfectionis est quidem causa sufficiens ad concedendum transitum, & ad hoc ut dicatur satisfactum dispositioni Trid. *sess. 25. cap. 19. de Regul* At an sit sufficiens ad transeundum (etiam negata facultate) iuxta *cap. licet de Regul.* Ego satis dubito. Nam famulus qui locavit suas operas, non potest à suo hero discedere, etiam si invenerit alium, apud quem minorẽ laborem sit expertus, & melius stipendium accepturus. Unde quia Religiosus comparatur servo, ideo sicut non potest à Monasterio abiici, prætextu recipiendi alterius qui sit utilior, sic nõ potest ille ab eo discedere prætextu maioris perfectionis quærẽdæ, vel minoris difficultatis experiendæ.

Quare

Quare si doctrinam traditam velit quis applicare *cap licet*, & alia jura similia, quibus ego dixi non esse derogatum per privilegia, debebit illam explicare de facilitate aut difficultate, non simpliciter negativa, sed depositiva, quando ponitur ei obex ad perfectionem & salutem. At si patitur difficultatem ob solã sui genii repugnantiam, eô quòd vellet per alia opera & media tendere ad perfectionem non est hæc causa sufficiens ad discedendum sine licentia, sed hanc ipsam repugnantiam & difficultatem, quam experitur, debet amplecti & tolerare tanquam medium, non contrarium perfectioni & suæ saluti, sed utilissimũ ratione meriti.

12 Nota secundò. Circa privilegia relata *num. 4. & 5.* Quòd cùm pœnæ non habeant locum, nisi in casu vero, & suis omnibus circumstantijs vestito iuxta dicta, ubi de *potest. reg. ad absolvendum.* Ideo non possunt Prælati uti talibus privilegiis in suos aut eos recipientes, nisi sint verè & formaliter fugitivi seu apostatæ, unde verificanda erit priùs apostasia, quàm pœna illis intentanda, aliàs sicut iniustè censuris ligarentur, si & invalidè, quia Privilegia non habent locum quoad illos.

13 Tertiò. Circa privilegium relatum *n. 8.* quod cessat admissa constitutione Urb. VIII. de ejectis & fugitivis secundùm dicta *cap. 22. §. 3. not. 5.*

14 Quartò. Circa alia relata *n. 7.* Quod etiam illis seclusis Prælati Regularium possunt suis dare licentiam transeundi ad alium Ordinem etiam laxiorem, per *cap. non est & c. significatum. de Regul.* Et ita *ibi* tenent Gloss Host. & Panor. Angel. *v. Religiosus num. 34.* Navarr. *lib. 3. cons. 56.* Less. *lib 2. de iustit. cap. 41. dub. 13.* Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 7. num 72* Bauny. *in theol. mor. tr. 11. de Abbatib. quæst. 6.* Et Auson. *in sum.* Dian. *v. Regulares n. 9.* Quod licèt videatur revocatum in Trid. *sess. c. 19. de reg.* Bene tamen Navar. *supra* advertit, mentis concilii fuisse nõ simpliciter hoc prohibere, sed ne hoc permitatur sine causa & consensu Conventus quod ante non servabatur, similiter [illegible] tali transitu servanda erit dispositio [illegible] *viam ambitiosæ. & Clem. 1. ut Profes. de* [illegible] Quam idem Trid. innovat. *sess. 14. c.* [illegible] *res.* Nisi obstet privilegium Camaldu[illegible] quo in initio huius *cap. n. 1.*

Causæ autem transeundi ad alium [illegible] dinem etiam laxiorem, seu conditio[illegible] hunc transitum sunt sequentes, quæ [illegible] diversis Authoribus collectas placuit [illegible] subiicere.

Prima est propter incorrigibilitat[illegible] ut habet privilegium Pij II. Nomin[illegible] tem incorrigibilitatis ego intelligo [illegible] tantùm formalẽ, sed etiam similitud[illegible] riã seu interpret. quãdo aliquis est n[illegible] durus & difficulter corrigitur, vel [illegible] frequenter correctus semper in eadẽ [illegible] tia recidit, quæ tamen oportet esse [illegible] gravia & scandalosa.

Altera est propter infirmitatem [illegible] competentiam virium cum austeri[illegible] laboribus Monasterij vel Relig. [illegible] Thom. *2. 2. q. ult. art. 8* Et Nerut. *c. [illegible] de appell.* Seu propter pusillanimitat[illegible] mi refugientis eiusmodi austeritat[illegible] cundùm Sanch. *in sum. lib. 6. cap. 7. n. 32.* Et Barth. de Vech. *in pra. novit.*

Seu propter delicatam complexi[illegible] ut concedit Angel. *v. Religios num.* [illegible]

Seu propter difficultatẽ, quam Or[illegible] experitur in observantijs tantã, ut [illegible] riculũ, ne frequenter illas transgr[illegible] tur. Aut demũ propter senectutẽ, [illegible] Gord. *in theol mor. lib. 7. q. 13. c.* [illegible]

Tertiò. Propter intemperiem [illegible] ci seu aliquam aliam circumstantia[illegible] ex qua ibi habitans, efficitur [illegible]

stis & tædiosus *cap. quorumdã d.* 72. Sanch. & Gordon. citati.

18 Quarta. Si in ingressu vel professione contigit deceptio. Gloss. *cap cit. quorumdam.* Et hoc seu ex parte conventus seu Religiosi, ut si falsis promissis & blanditiis fuit illectus, vel si Regulam & constitutiones, ad quas se obligavit, non sufficienter antea intellexit secundùm Barbos. *in notis sup. trid. sess. 25. c. 19. de regul.*

19 Quinta. Ob pudorem perpetuum ex crimine commisso, & penitentia probrosa. Sanch & Gold. citati. Escob. Adam. & Laytul. *infra citandi.*

20 Sexta. Propter declinationnem Religionis à debito fine, vt si in illa irrepsit relaxatio, abusus pravæ consuetudines, in alia verò laudabilis vitæ norma floret, quamvis fortè sine tantis austeritatibus. Angel. & Nerut. citati. Innocent. & Panormit. *cap. sane de regul. fum. v. Religiosus* Alard. Gazæn. *in com. ad coll. 19. cass. c. 3* D. Thom. 2. 2. *quæst. 189. ar. 8* & D. Bernard. *lib. de præc. & disp. c. 20.* Et ita olim celebris ille nomine Ioannes fecit, de quo Cassian. *coll. 19. cit.* Et de quo à nemine reprehenditur. Quin potiùs exemplo ipsius proposito ita licitũ convincit D. Thom. loco citato.

21 Septima. Quando Prælatus non est legitimè electus, & de intrusione evidenter constat, tunc enim cùm non teneantur fratres ei obedire, sic neque ab illo ullam licentiam petere, aut sub eius dominio manere, sed possunt sibi ipsis jus dicere, & quo volunt abire. juxta illud iud 17. *In diebus illis non erat Rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectũ videbatur hoc faciebat.* Et illud Ioan. 10. *Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.* Et de hoc habemus luculentum exemplum. *in chron. Cassin. lib. 2. cap.* 12. Vbi refertur, quòd cùm quidam Manzo consanguineorum Principum Capuæ fretus potentia minùs canonicè factus fuisset Abbas in illo sacro, & nunquam satis laudando Monasterio. Alijs licèt tolerantibus, octo ex prioribus Monasterij excedendo exilium voluntarium potiùs elegerunt, quã subesse intruso tali modo. Quorum zelum videtur Deus eventu secuto probâsse. Nam tres ex ipsis Hierosolimitanam peregrinationem suscepêre, cúmque visitatis sacris locis divisi fuissent non scio quâ causâ. Primus nomine Ioannes in reditu substitit in Græcia, in quodam Monasterio. Cúmque nihil minùs cogitaret, ecce de nocte S. Binedictus ei apparuit cum baculo pastorali, quem ei tradens iussit ut cito Cassinum repeteret, réque communicata cum Abbate Græco, reversus invenit iam alterum à Manzone Abbatem demortuum, & fratres de sufficiendo successore deliberantes, à quibus unanimis votis fuit electus. Alter nomine Liucius cum post reditum ab eadem peregrinatione sedem sibi fixisset, in quadam cripta seu specu juxta Salernum (quæ deinde dedit initium sacro Cavensi Monasterio) singularibus suis virtutibus factus notus Guaymario Principi Salernitano; & honores declinans concessit ad aliud eremitorium, (Albaneta dictum) in declivi montis Cassini situm conuersâque cellula in capacius Monasterium, confluentibus eum discipulis, Abbatiali munere per plures annos præfuit tali vitæ sanctimonia, vt albo sanctorum fatis functus sit inscriptus.

Tertius nomine Theobaldus audiens Ioannem promotum ad infulas, ad Monasterium ultimò redijt, & à Ioanne creatus præpositus, posteà & ipse Abbas præficitur. Quinque vero alii in Lombardiã declinantes, quinq; Abbatias Ordinis promovente Hugone Marchione fundârunt.

runt Tam felicem autem successum non dedisset Deus singulis, si discessum ab illegitimo Prælato non probasset.

22 Octavò. Propter malam tractationem & persecutionem, quam quis patitur à suo Prælato, vel Fratribus, quibus factus est odiosus Barbos. *in not. super Trid. sess. 25 cap. 19. de regul.* Roder. *to. 1. qq. reg. 52. ar. 9.* Adam præmonstrat. *ser. 7. de profess. canonic.* Lairuelz *in cat. novit. p. 5. lect. 117. docum. 3.* Auson. *in sum. v. Regulares. num. 9.* Less. *de iust. lib 2 cap. 41. dub. 13.* Sanch. & Gord. *citati.* Asor. *to. 1. inst. lib. 12. cap. 14.* Bauny *in theol. mor. tract. 11. de Abbat. quæst. 6.* Reginald. *in pra. lib. 18. cap. 29. num 414.* Et Escob. *in theol. mor. 24. Iesuit. tract. 6. cap. 4.* Et de hoc habemus exemplum Sancti Bened. quem cùm sui Monachi voluissent intoxicare cognitâ malitiâ, & prava eorum in se voluntate ab his discessit. Ad quod facit illud Christi. *Cùm vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliã.* Et illud *vado & quæretis me & in peccato vestro moriemini.* (a)

23 Quamdiu verò teneatur quis tolerare iniustam tactationem. Arbitror ego, id tempus sufficere, quod aliàs per oppositum sufficeret ad illum expellendum, si esset incorrigibilis. Ratio mea est, quia obligatio Religiosi & Religionis, ad se invicem est respectiva: Ergo sicut post unum annum Religio potest expellere Religiosum incorrigibilem, ita etiam post unum annum potest Religiosus relinquere Religionem, similiter erga se incorrigibilem, & quam non piam matrem, sed diram novercam experitur. (b) Verum sicut expulsio Religiosi est ultimũ remedium, ad quam non licet devenire, nisi tentatis omnibus alijs medijs, ita nec Religioso fas est de suo Monasterio vel Ordine recedere, nisi post procuratam per legitimas vias suam cum Prælato vel Fratribus reconciliationem & eorum obduratione cognita

Maior difficultas est, an is qui sic de suo Ordine discedit, possit secura conscientia aliũ non ingredi, sed hærere in sæculo apud amicos vel cõsanguineos, aut in parochia. Et prout potest ibi essentialia vota servare. Ratio dubitandi est, quia ad plus non teneor, quàm promisi, ego autem non promisi stabilitatem, nisi meo Monasterio seu Ordini, quòd si mihi superveniat jus ab illo discedendi, an non ego sum liber; Videtur Angel. in hanc opinionem inclinatus, qui *v. Religiosus. num. 42.* Eiectum, vel fugitivum nequeunt suam reconciliationem obtinere à suo Prælato posse alium Ordinem ingredi cum ejus licentia, aut si non potest illam obtinere, *vivere alio modo regulariter*, prout potest in sæculo. Verùm quia nullis minùs probatur hæc doctrina, remitto lectorem curiosum ad ea, quæ pro illa adstruenda scripsit Iul. Cl. Scoti, ante hac non parva in Italia columna Societ. Jesu, à qua extorris fuit & apud venetos securitatem nactus, eorum statu agit. De quo, & suo à Soc. discessu apud Innocent. X insimulatus eleganti epistola apologetica ad eum Innoc. se defendit. (c)

At si Prælatus revocat talem Religiosum, & meliorem tractationem pollicetur, quid consilij; Respond. solutionem huius dubij (attento jure) petendam ab his quæ communitet tradunt DD. ca reconciliationem uxoris quæ à viro discessit ob sævitiam. Sed attenta ex-

(a) Propter sævitiam uxor separatur à viro c. ex transmissa de rest. spol. filius solvitur à Patria potestate l. si lenones. C. de ep. aud. & l. fin. ff. si quis à par. fuer. manum. Et servus à jure domin. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel al. jur.

(b) Vide dicta de acquisitione privilegiorum per viam relationis.

(c) Ejus Liber est impressus Colon. apud Canacium.

rienti

rientiâ. Ego puto eum non teneri redire, nec cuiquam promissioni fidere. Circa quod ego taceo multa, quæ non expedit propalare.

27 Porrò quando aliquis est discessurus ex suo Ordine seu Monasterio, necesse est causam probari & verificari contradictorie, nisi fortè sit de se ita patens & nota, ut probatione non indigeat. At si 28 quidem nota est, & certa ipsi Religioso, qui tamen eam probare non potest, seu quia testes ei desunt aut nolunt loqui, seu quia non habet sumptus necessarios ad promovendum suam causam. Aut certe timet incarcerari & opprimi vel veneno tolli casu, quo propositum suum aperuerit &c. exhortandus est quidem ad amplectendam & portandam crucem, verum si nequit induci, potest prout conscientia recta dictaverit sibi consulere, & in foro conscientiæ ac coram Deo est securus, nec pœnis constitutionis Urb. VIII, est obnoxius, quamvis fortè in foro exteriori, & in suo Monasterio judicetur fugitivus.

29 Ad quod facit doctrina Steph. Tornac. Epísc. qui quadringentis abhinc annis hoc est circa annum 1159. floruit. Et qui in *ep. sua. 1.* ad Rob. priorem Pontiniac. quæ habetur *t. 12. Bibliot. magnæ Pat. 2.* sic loquitur: *Quid vovisti? aut animam tuam vovisti, aut aliud, si aliud commutationem recipit votum tuum, si argentum, si aurum, si vestem, si quodlibet simile vovisti, commutare vel maxime potes, si vel melius vel magis salvas quam vovisti. Sola anima, si eam voveris commutationem non recipit.* Et post nonnulla *Animam meam inquis vovi, & in hac certo sub Magistro certo, sub forma vivendi certissimis institutionibus ordinata stabilitatem loci, obedientiam Prælati communionem viveudi propter salutem animæ meæ vovi, commutare non licet, non reddere non licet. Attende puer timorate, & noli timere ubi non est timor. Votum quod commutationem non recipit, quasi substantiale est, & principale vovere animam suam Deo, Cætera sicut est locus, Prælatus habitus forma vivendi, tanquam accessoria sunt. Et ab hominibus apponuntur, non quia hîc salvari non possit anima, quæ vovetur, sed quia per hæc fit expeditior ad salutem via. Quid si locus destruatur, si ab his, qui inibi habitant vel penitùs deseratur, vel aliò transferatur, nunquid alibi salvari potes? si Prælatus moriatur, si recedat, si nolit præesse, quid facturus es? peribis, quia non præest, cui subesse debueras? si habitus mutetur, & institutiones aliam formam receperint, si prieres non servaveris, eris reus voti, quod feceras. Vides quoniam hæc omnia accessoria sunt, & commutationem recipere possunt sola voti substantia, scilicet anima commutationem non recipit.* Hactenus Steph. Tunc autem potest probabiliter judicari, aliquem Authore Deo discessisse ex suo Monasterio vel Ordine, cùm piè & honestè vivit in alio, seu loco, seu statu, ad quem transivit, ut de octo Cassinensibus retuli in superioribus, secus si se sæcularibus negotijs & vitijs intricat, ut patet in his qui ad Hæreticos transeunt, & apud eos nubunt, &c.

Addit ex Panor. Burgos in *cap. quæ in Ecclesiarum, de const.* eum qui discedit ex suo Ordine vel Monasterio ita necessario obligari ad petendam licentiam, ut si discesserit eâ non petitâ teneatur redire ad illam petendam, quamvis non obtinendam, quia inquit sic placet legi (puta in *c. licet de Regul.*) sed ego teneo contrarium, tum quia ad inutile nemo tenetur, tum quia canon ideo jubet peti licentiam, *ne videatur contemni bonum Obedientiæ*, at si aliunde constat non contemni, & hanc licentiam non peti ob causam justam, non potest dici canon violatus. Et ita *ibi* tenet Gloss. quæ explicando tex- 30

tum ait petendam esse licentiam *de honestate*. Quòd si ex honestate. Ergo non ex debito. In rigore verò & sequendo opinionem Burg. sufficit per epistolam hanc licentiam petere, vel per Personam interpositam.

31 Addit Barth. de Vech. *in pra. obser. in admiss. ad Rel. stat. dub. 5.* Et jam Conventum debere consentire, de quo consensu ego idem dico, ac in superioribus dixi de consensu Prælati. Addit Angel. *in sum. v. Monachus num. 1.* Quòd quæ jura decernunt circa transitum Religiosi ad alium Ordinem, habent solùm in Professis ad Chorum, & non in Conversis, quia inquit sunt quasi servi in suo Monasterio, & magis ei adstricti quàm Clerici, sed (seclusis privatis Ordinum vel Monasteriorum constitutionibus) ego hoc falsum puto, cùm æqualis sit Clericorum & Conversorum professio, & consequenter æqualis obligatio.

33 Ne autem fortè ex his quæ hactenus disserui, putet quis ita facilè & præcipitanter posse suo Ordine vel Monasterio deserto ad aliud transire, placet hîc ad instructionem pro omnium Coronide attexere fragmenta Epistolarum duorum illustrium Abbatum & Sanctorum Anselmi ac Bernardi super hac eadem materia.

Anselm. *lib. 1. epist. 29.* ad Lanson. Monachum. *Quisquis Cænobitarum fortè propositum aggreditur, expedit ei, ut in quocunque Monasterio professus fuerit, nisi tale fuerit, ut ibi malum invitus facere cogatur tota mentis intentione, amoris radicibus ibi radicare studeat, atque aliorum mores aut loci consuetudines, si contra præcepta divina non sunt (etiam si inutiliter videantur) dijudicare refugiat. Gaudeat se iam tandem invenisse, ubi se non invitum sed voluntarium, totâ vitâ mansurum omni transmigrandi sollicitudine propulsa deliberet. Et quietus ad sola pie probatæque vitæ exercitia exquirenda vacet. Quòd si sibi videatur maiora quædam ac utiliora spirituali fervore appetere, quàm illi præsentis Monasterij institutionibus liceat. Æstimet aut se falli præferendo paria paribus aut minoribus maioribus. Sive præsumendo se posse quod non potest. Aut certè credat se non meruisse, quod desiderat.*

Bernard. *lib. de præc. & disp. capit. ult.* Et post ipsum Vincentius *in spec. lib. 2. Capit. 61. Videamus quomodo tenenda sit ipsa, quæ in professione firmari solet loci stabilitas. Et quibus (si tamen quibus) ex causis rumpere illam vel liceat, vel expediat. Et post aliqua.*

Præscribat stabilitas pactum omni deinceps remisso discessui, vago & curioso discursui, vitius denique inconstantiæ levitati. Non tamen his, quæ in professionis serie sequuntur, morum videlicet conversioni & obedientiæ quæ secundùm Regulam sit.

Nam si hæc ibidem præ improbitate & irreligiositate cohabitantium obtineri fortè nequiverit, duce spiritu libertatis transire indubitanter suadeo ad locum alium, in quo non impediatur reddere vota sua Deo, quæ distinxerunt labia sua. Equidem cum Sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris. Sanè de Religiosis & bene ordinatis Monasterijs nullus Professorum meo consilio, ne arctioris quidem desiderio vota sine licentia sui Senioris egredietur. Egressus tamen, si meliùs invenerit & elegerit, meo nihilominùs iam consilio non regredietur ad inferius bonum, quod reliquerat & contempserat præ meliori, præsertim si illud melius tale fuerit, quod eius primæ Professioni congruere videatur (si non tamen loci prioris vicinia revocatur, quia de noto Monasterio nec retineri quis regulariter potest nec recipi sine consensu Abbatis sui.) Et Accipe manifestiùs in Exemplis huius sententiæ rationem. Fortè vult aliquis de Cluniacensibus institutis ad Cisterciensium

Jam se stringere paupertatem, eligens nimirum pro illis consuetudinibus Regulæ puritatem, si me consulit, non consulo, nisi id Abbatis sui usurpaverit assensu. Quamobrem primò propter scandalum ipsorum quos deserit, deinde quia certa pro dubiis relinquere tutum non est, forsan hoc tenere potest, illud non poterit. Tertiò, suspectam habeo levitatem, quia id sæpè quod facile volumus, antequam probemus, experti jam nolumus uno propè momento id ipsum volentes & respuentes tam leviter quàm irrationabiliter. Quales utique non paucos frequenter experimur, qui unâ vix horâ in una voluntate durantes, aurâ levitatis impulsi, vagi & instabiles huc & illuc velut ebrij nutant, mutantq́; pro experimento judiciũ. Imò sine judicio fluctuantes & tumultuantes, tot de se consilia præsumunt quot loca revisunt, semper quod non habent cupientes, & quod habent fastidientes.

* * *



SECTIO QUARTA

IN QUA RESOLVUNTU NONNVLLA DVBIA CIRCA DICTA IN PRÆCEDENTIBVS.

DUBIUM PRIMUM.

An Congregatio Cassinensis habeat communicationem Pr legiorum omnium Ordinum Regularium, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium.

Ad Sect. 1. Cap. 3. §. 4.

SUMMARIUM.

1 *Monasterium Cassin. est caput Ord. S. Bened. & ut tale gaudet Privilegiis omnium eius Monasteriorum.*
2 *Privilegia concessa uni Monasterio Congreg. Cassin. extenduntur ad omnia alia.*
3 *Congreg. Cassin. gaudet Privilegiis Ordinum Mendic.*
4 *Augustiniani communicant Privilegiis omniũ quibus sua fuerunt communicata.*
5 *Plures Authores asserunt Congregat. Cassin. communicationem Privilegiorum omnium Ordin. & seq.*

HOC dubium in diversis occasionibus ego vidi moveri à non paucis, sed cum cunctatione ab omnibus responderi. Quia autem multæ aliæ Congreg. vel maximè gaudẽt se habere Privilegia Cassinensis, è re mihi vi fuit huic dubio dare in præsenti rel sionem, non uni Congr. Cassin. sed tis alijs profuturam, & à pluribus titam.

Igitur ego ad dubium propositũ R incunctanter prædictam Congr. Ca habere comunicationẽ omniũ priv niumOrd. seu Mend. seu non Mend probatur 1. Nam sacrum Monaster. propter unionem, quam habet cum Ordine S. Bened. tanquam illius & nium illius Monasteriorum auguli put, gaudet etiam omnium Privil. ferius fusiùs dicam) At plerisq; Mon rijs & Congr. Ord. ut Cisterc. Cam & S. Mauri, &c. communicata sun vil. omnium Ord. Ergo hæc compet Monasterio Cassin. At per alia Pont indulta, privilegia privata aut priv concessa alicui Monasterio. Congr. C

exten-

tenduntur ad cætera eiusdem Congr. Ergo & alia omnium Ordinum & Congreg. per idem Monasterium Cassin. Secundò. Pius V. an. 1567. die 16. Aug. concessit eidem Congr. Cass. & quibusdam aliis privilegia Ordinum Mendicanium per B. quæ incipit: *Ex supernæ dispositionis arbitrio*. At Ordines Mendicantes habent privilegia omnium Ordinum Mendic & non Mendic. Ergo hæc eadem per idem indultum derivata sunt ad dictam Congreg. Cassin.

4 Tertiò. Hæc eadem inclyta Congregatio habet privilegia Augustinianorum, (quia Mendicantium) Augustiniani verò indulto Alex. VI. expedito año 1497. die 8. Mart. habent privilegia omnium Ordinum, qui suis participant. Omnes autem participant privilegijs dictæ Congreg. Cassin. Ergo eadem reciprocè participat privilegijs omnium. Et ita sentiunt Doctores, qui de hac materia tractant, ut Sorb. *in comp.* Casar. *in prolegom. Oper.* Ubi sic loquitur: *Participantes autem supradictorum Mendicant. privilegia sunt Canonici Regul. S. Augustt. Congregat. Lateran. S. Salvat. Bonon. Conimbric. Monachorum S. Benedicti Congregationum & Ordinum Cassin. Montis Oliveti Vallis umbrosæ. Nec non etiam Congreg. Cisterc. & Carthusianorum. Nec non S. Hieron. Hispan. Camaldul. Et fratres Missionis Jesu Christi Reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ.*

6 Confert Protonotarius Apost. *in summar. mater. notab. collecto ex litter. & Privil. apost. Regul.* Ubi post enumeratos Ordin. Mendicantes in *1. parte tituli 1.* sic secundum incipit: *De Monachorum Congreg. illarum origine, quæ Mendic. Ordinum privilegia participant.* Et ibi *in cap 14.* pro hac participatione nominat Congregat. *Cassin.* Ac deinde t. 3. (qui complectitur summar. mar. magni) & *cap. 5.* postquàm asseruit quòd Ordines Mendic. communicant privilegiis non Mendic. sic subdit. *Quemadmodũ etiam dictorũ Ordinum Mendican. privileg. decem illis Monachorũ Ordinibus seu Congreg. superiùs enumeratis, communicatim à Sede Apost. utenda condonata fuêre, puta Cassin. Cisterc. Camald. &c.*

Lamas *in meth. p. 1. cap. 3. §. 8* relato 7
privilegio Pauli III. pro Societate Jesu ad absolvendum à casibus Papæ sic addit: *Est hoc magnum privilegium, & dico, illo gaudere omnes ferè Religiones, addens adverbium moderativum. Quia multæ habent extensionem privilegiorum aliarum Religionum & Communicant authoritate Apostolica, privilegijs illarum, ut habent Franciscan. Dominican. Eremitæ, August. Et Monasticæ Benedictinorum S. Iustinæ & Cisterc, sive S. Bernardi, & aliæ multæ.*

Tambur. *de jur. Abb. pag. 258. Prætrea* 8
Congr. Cassin. habet indultum communicationis omnium privil. omnium & singulorum Ordinũ & Congregationum tam Mendicant. quàm non Mendic. concessione Pij V.

Ac novissimè Bruno Cassahing. in o- 9
pere suo de privil. Regul. idem asserit *tr. 1. c. 3. prop. 2.* Ac sparsim & tam frequenter per idem opus, ut ob multitudinem citationum, quas ab eo deberem desumere, omnes omiserim, contentus Authorem citâsse.

En ergò tibi mi Lector concessiones Pontificias, en rationes, en ex pluribus alijs sex Authores. Casarub. Sorb. Confett. Lamas. Tambur. Cassahing. quibus ego adstruo ac vendico communicationem omnium privilegiorum prædictæ Congr Cassin. Ut jam mihi videatur omne dubium sublatum hoc maximè attento, quòd DD. qui hanc communicationẽ illi attribuunt, id non scribant quasi occasionaliter, sed ex professo tractando de privilegiis, & de hac materia communicatio-

cationis, atque ideo longè maioris ponderis mihi videtur eorum opinio, quàm ut ampliùs ab ullo de ea dubitetur.

DUB. II.

An Privilegia specialia & exorbitantia censeantur communicata per generalem Communicationem? Ad §. 4. cit. V. fallit tamen.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia exorbitantia non communicantur.*
2 *Verius tamen quòd sic.*
10 *Cum distinctione difficultas componitur.*
2 *Recipere Ordines tribus diebus continuatè, & extra tempora est privilegium exorbitans, quod tamen communicatur.*
8 *Item privilegium de celebrando divina januis apertis tempore interdicti.*
Ac plura alia, de quibus n. 9.
3 *Generalis concessio privilegiorum omnia comprehendit.*
4 *Clausula quorum tenores quàm vim habeat.*
5 *Quando unum excipitur, cætera intelliguntur concessa.*
6 *Vbi jus non distinguit, neque nos.*
7 *Finis communicationis Privilegiorum, qualis.*
8 *Pontifices qui eam fecerunt, omnia sub ea comprehenderunt.*

1 NEgant Hinoios. *in direct. v. horæ can.* Hiacinth. Donat. *in pra. reg. to. 1. tr. 7. quæst. 14.* Et alij quos citat & sequitur Dian. *to. 11. tract. 3 ref. 17.* Ubi ait, quòd *v. g.* Privilegium Cassin. pro Clericis nondum sacris initiatis de non recitando horas (de quo suo loco) non communicatur Dominicanis, seu alijs Regularibus, quia inquit in generali comunicatione non comprehenduntur illa, quæ exorbitant, & non solent concedi vel quæ sunt contraria professioni seu observantiæ & laudabili consuetudini.

2 Attamen contrarius sibi videtur Diana *in eod. to. tr. 4. ref. 6.* ubi allegatis supradictis Authoribus, alijsq; non paucis fusè probat omnia privilegia Societ. Jesu derivari ad omnes alios Ordines per generalem communicationem illis concessam, & in specie illud de recipiendis Ordinibus extra tempora, & tribus diebus Festis continuatis; atqui & hoc & alia non pauca privil. dictæ Societ. sunt exorbitantia & non solita concedi: ergo si hæc intelliguntur concessa per general. communicationem & quælibet alia exorbitantia certè longè maius est privilegium & magis exorbitans, quòd quis recipiat Ordines modo supradicto, in quo non unum sed duplex invenitur privilegium, quia ut juvenis Religiosus ob causas in privilegio expressas non dicat Breviarum, ad quod nec tenetur, nisi sicut ad alias Regulæ observantias, quòd si illud privilegium communicatur in generali communicat. cur non istud? & alia omnia.

Facit *primò*, quia generalis concessa referens se ad privilegia concessa abomnia comprehendit, & non minùs operatur, quàm si sigillatim omnia exprimeret, ut docent Mandos. & Felin. *in tit. de privil. ad instar. quæst. 4.* ubi ait ita tenere Oldrad. Cardin. Bertrand. & Par. Quod vel maximè verũ est quando communicatio datur sub clausula. *Quorum tenores &c.* Nam hæc clausula habet vim specialis & individuæ derogationis & expressionis cum omnibus suis qualitatibus, & tollit derogatorias *derogatoriarum* quod est derogare omnibus juribus constitutionibus derogantibus & derogaturis privilegio concesso sub illa non impedientibus, ne effectum sortiatur, & generaliter omni clausulæ illi resistenti. At communicat. privil. facta est sub hac clausula. & alijs adhuc magis efficacibus ergo debent censeri quælibet privilegia

virtute illarum esse communicata.

Facit *secundo*, quia quando unum excipitur, censentur quælibet alia concessa, at in concessione seu communicatione privilegiorum Papa non excipit exorbitantia & specialia, sed ea quæ sunt contraria Tridentino: ergo censetur cõcessisse & communicasse quælibet alia, quantumcunq; exorbitantia, modò non sint contraria dicto Trid. quia exceptio firmat Regulam.

Tertiò, vbi jus non distinguit, neq; nos distinguere debemus, aut à generali concessione recedere, nisi ubi aliter constat de voluntate concedentis. Quod vel maximè verum in hac materia priuilegiorum, quæ cùm sit favorabilis, non restringi, sed potiùs ampliari debet. At non modò non constat, Papam voluisse excipere privilegia de quibus loquimur, quãdo communicationem indulsit, quin potius apparet de contrario propter clausulas sub quibus illam concessit, ergo non possumus dicere esse excepta dicta privilegia à communicatione.

Confirmatur *primo* ex fine communicationis, quia Pontifices voluerunt per eam æquare Monasteria Monasterijs, & Ordines Ordinibus, & hac ratione tollere occasiones zeli & æmulationis inter religiosos, ut patet ex ipso textu bullarum. Ergo in communicatione dicantur aliqua privilegia excepta, nec etiam erit facta æquatio, nec finis per eam intentus habebitur.

Confirmatur *secundò*, quia ipsimet Summi Pontifices valde clarè videntur ostendisse in suis Bullis hic intellexisse communicationẽ, & hic nos debere intelligere, Nam v. g. privilegium celebrandi divina ianuis apertis tempore interdicti, est valde speciale, & ita exorbitans vt vel propter hoc solum notetur à nonnullis de subreptione. Et tamen Leo X. in B. quæ incipit: *Quamvis in privilegijs*, dicit illud competere Minimis ratione communicationis privilegiorum, quam habent à Minoribus.

Item quòd aliquis Abbas possit administrare Sacramentum Confirmationis, est singulariter speciale, & supra modum exorbitans. Hoc tamen concessum fuit Abbatibus Montis Cassini. Cavæ & S. Mariæ de Florentia. Et quia Monasteria Congregationis Cassinensis (cuius sunt illa tria) habent inter se respectivam privilegiorum communicationem. Hinc Paul III. agnovit, & intulit, idem privilegium competere omnibus alijs Abbatibus eiusdem Congreg. ut videre est in Bull Marg. *const.* 159. Audio tamen S. Card. Congreg. id vetuisse posteà.

Tertiò. Confirmatur authoritate Doctorum, qui ita tenent & docent, & qui reddunt rem saltem probabilem, quod sufficit, nam v.g privilegia Societ. Jesu (saltem aliqua) sunt ita specialia, ut illi concessa sint sub clausula, ne alij Ordines illis communicent, & ne Patres Societ. illis vtantur, nisi cum licentia sui Generalis, & tamen Diana, Donat. Hinoiosa Martin. à sancto Joseph. & alij plures quos ego cito, alibi docent, his non obstantibus communicari, & comprehendi sub communicatione Generali: ergo, &c. 9

Sic privilegium ministrandi Eucharistiam pro communione paschali est valde speciale, & non invenitur concessum nisi uni Monasterio de Guadalupe, & tamen DD. dicunt lege communicationis jam spectare ad omnes Ordines, & ab illo Monasterio fuisse communicatum omnibus alijs ejusdẽ Ordinis, ab hoc vero Ordine ad alios derivatum.

Sic Privilegium quòd bona non possint præscribi nisi spatio centum annorum, est ita speciale, ut soli Romanæ Ecclesiæ

clesiæ inveniatur concessum, & Monasterio S. Pauli extra muros urbis, pro sua reverentia, & tamen ego ostendi *ubi de bonis* iam communiter omnibus Ordinibus attribui jure communicationis cum dicto monasterio S. Pauli, *&c.*

10 Igitur concludendo & solvendo dubium, simulq; respondendo rationi in oppositum allatæ ego puto distinguendum esse inter privilegia exorbitantia seu specialia, nam quæ simpliciter exorbitant, quia sunt rara, & rarò vel ægrè conceduntur, ego puto communicari, at quæ exorbitant quia sunt contraria statui alicuius Ordinis, vel enormiter lędunt jus tertij, *&c.* (juxta ea quæ dixi ubi de communicatione. *v. fallit tamen*) Ego puto non communicari, & de his intelligo Authores contrarios.

DVB. III.

Quæ opinio probabilis? Et unde?

Ad c. 7. sect. 1. de usu privil.

SUMMARIUM.

1 *Opinio quid.*
2 *Semper probabilis est.*
3 *De eadem re possunt esse diversæ opiniones.*
4 *Licitè fit quod ex verisimili ratione.*
5 *Opinio potest esse probabilis ex diversis capitibus 12. & 27.*
6 *Author gravis quis.*
8 *Authoritatem Doctoris non reddero opinionem probabilem, negant aliqui.*
7 *Affirmant alij.*
9 *Quibus Author adhæret.*
10 *Nemo in lucem edit opera nisi diu trutinata.*
11 *Imprudentium est dicere aliquam opinionem esse improbabilem.*
13 *Opinio sui magistri est cuiq; probabilis, & securè potest eam sequi.*
14 *Quid de opinione Amici, Confessarii, vel Prælati.*
15 *Multitudo sequentium aliquam opinionem [illegible] dit illam probab.*
16 *Opinio communis facit jus, & excusat. Secus privata ibid.*
17 *Duobus modis ad aliquam opinionem [illegible] Doctores.*
18 *Opinio an probabilior, quò à plurib. [illegible]*
20 *In conflictu opinionum, quæ præferenda [illegible]*
24 *In materia favorabili opinio unius Doctor [illegible] fertur aliis, etiam communi.*
25 *Et quæ sint causæ favorabiles.*
26 *Quando dubitatur de opinione alicuius [illegible] attendendum ad jura, & rationes [illegible] legat.*
28 *Potest haberi diversa opinio de re eadem [illegible] pectum ad diversa.*
29 *In agendo & consulendo potest aliquis [illegible] niones varias, modò vitet scandalum [illegible]*

OPinio non est aliud, quàm incl[illegible] tio intellectus in aliquam pro[illegible] tionem ex verisimili ratione, unde [illegible] omne verisimile est probabile, hinc [illegible] quod omnis opinio semper est prob[illegible] lis, & similiter quod non potest plus [illegible] re quam probabilitatem maiorem [illegible] minorem, pro maiori vel minori v[illegible] militudine Rationis à qua movetur [illegible] lectus. Nam si movetur ex evide[illegible] certa tatione iam non est opinio, sed [illegible] tia; si ex falsa, error; si ex revelata, [illegible] *&c.* Et quia eadem Ratio potest vide[illegible] verisimilis, & alteri falsa, hinc fit [illegible] eadem re contingat non rarò esse d[illegible] sas opiniones, vt quod unus conde[illegible] & reprobat, alter amplectatur. Qu[illegible] rò in humanis is dicitur prudenter [illegible] rari, & consequenter licitè, & sine [illegible] cato, qui ex verisimili Ratione mo[illegible] ideo & Doctores communi consen[illegible] serunt, tutum eum esse in conscie[illegible] qui opinionem probabilem sequitur [illegible] quam illa verisimilitudo facit. Pote[illegible] tem aliqua opinio dici verisimilis [illegible]

probabilis ex diversis capitibus, nempe vel ab Authoris gravitate vel conditione vel ratione, vel à plurium numero, quæ omnia placet hîc sigillatim discutere.

6 Et quidē quod ad primum attinet, gravis Author dicitur, qui inter alios habet famam magnæ peritiæ *arg.* Gloss. *in c. licet ex quadam de testib.* Hoc est cujus dicta solent communiter in scholis recipi, unde alias appellatur Classicus. An autem opinio dici debeat probabilis hoc ipso, quòd ab aliquo tali Authore asseritur, atque ideo securè possit quis illam sequi, affirmant D. Tho. *quodl. 3. a. 10.* Filliuc. *to. 2. tract. 21. c. 4. n. 134.* Baldell. *in sum. lib. 4. n. 1.* Machad. *in perfec. confess. discurs. pract. a. 24. 1.* Et Steph. de Gaeta in *c. ad limina. 30. quæst. 1.* Ad quod facit, quòd argumentum ab Authoritate Doctorum admittitur communiter à Jurisperitis per *cap. omnes. de ma. & ob.*

In contrarium tamen videtur facere dictum S. Bened. in sua Reg. cap. 3 *Sæpe juniori revelat Deus, quod meliùs est.* Unde Christus. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Huic convenit vetus illa paroemia Gellij apud Erasm. Chiliad. 1. *in Adag. Sæpe est enim Olitor valde oportuna locutus.* Et illud Ciceron. in qq. Tuscul. *Sæpe sub sordido pallio latet sapientia.* Unde Panor. in *c. Capellanus. de fer.* & Tabiena *v. opinio.* dicit, quòd in deligenda opinione non est habendus respectus ad personam, quæ illam tenet, sed ad pondus Rationis illius, quia non quæritur quis, vel qualis prædicat, sed quid. *can. 2. d. 19.* Nec personæ honorabiliori creditur, sed ei, quæ aptiora dicit. *l. 3. ff. de testib.* Adeò ut neq; sanctitas, neque Authoritas prosit, ad hoc ut alicui facilius credatur, ut notat Gloss. *cap. fin. d. 9.* Et sit generale, ut Doctorum dicta non accipiantur, nisi secundum ea, quæ allegant, ut monent Natta *in clem. sæpe. de verb. sign. §. quæ omnia.* Barth. & alij *l. non solum. ff. de lib. leg.* Et eatenus solùm illis credatur, quatenus Lege vel Ratione probant, *arg. can. 1. d. 20.* non verò quando malè aut nihil allegant secundùm Gloss. *cap. 1. de const. cap. qualiter de accus. & l. 1. C. de leg.* Ad quod facit quòd in qualibet facultate Authores etiā magis graves convincuntur errâsse, & opiniones tenuisse, quæ nunc passim ab omnibus exploduntur, de quo possunt exempla luculenta videri apud S. Antoninum *in sum. p. 4. tit. 11 c. 8.* Et legi Asor. 1. *p. inst. lib. 2. c. 9.* Cassan. *in cat. glor. mun. p. 1. cons. 7.* Tiraquell. *l. 11. connub.* Gloss. *1. p. 11.* Gloss. *in rubr. de vet. jur. enucl.* Barbos. & alij qui scribunt in *l. potioris. eod. de off. rect. prov.*

Verùm his non obstantibus ego do manus D. Thom. & alijs in initio citatis. 9
Ac censeo, authoritatem Doctoris reddere ejus opinionem probabilem. Licèt enim sit difficile, reperire aliquē Authorem, qui non habeat aliquas opiniones, quæ nō admittuntur, eò quòd contrarijs Rationibus fuerint confutatæ, & error detectus. Attamen quantùm ad alias hoc ipso censentur admitti, quòd in scholis non reijciantur, vel saltem suæ naturæ relinqui. Moveor, quia ut bene monet 10
Laym. *to. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2.* semper pręsumendum est omnem Authorem valde exactè perpendisse suas rationes, antequā aliquam opinionē in lucem dederit. Unde Palau. *to. 1. d. 2. par. 2. n. 4.* Joan. Sanch. *in select. d. 14. n. 8.* Et Tho. Sanch. *in sum.* 11
to. 1. c. 9. n. 6. imprudentiæ arguunt eum, qui alicujus Authoris opinionem improbabilem dicit, eò quòd pro contraria habet Rationem, quæ suam mentē convincit, quia licèt non possit huic Rationi respondere, fortè poterit alius, & valde facilè, adeò ut sibi persuadere debeat, videri sibi

ſibi multas Rationes convincentes, & indiſſolubiles, quæ tamen ab alijs facilè ſolvi poſſunt, & ita quotidianâ experientiâ probamus, cùm econtra ego poſſim rationabiliter & ſine nota imprudentiæ credere Authorē illum, cujus opinio mihi diſplicet, non acquiſiviſſe famam & authoritatem, niſi propter eruditionis eminentiam, atque inde ſimiliter ego poſſum contra meum ſenſum eius opinionē ſequi, & credere me non ſufficienter penetrare vim Rationum illius, vel aliàs illū habuiſſe, quas tacuit, & quas ſi ſcirem, vel ſufficienter intelligerem, mihi probabilis videretur ejus Opinio.

12 Imò non ſolùm probabilis Opinio debet reputari ea, quæ aliqua Ratione probabili ſuffulta invenitur apud antiquos Authores, ſed etiam ea, quàm de novo aliquis novus Doctor adinvenit, ſi eſt probatus & aliàs communiter receptus. De quo ſic loquitur Machad. *in perſ. confeſ. diſcur. pract. a. 2. §. 1. Es tambien opinion probable, la que de nueuo leuanta, o funda non ſola mente qual quiera Autor en ſus eſcritos, ſino tanbien qual qui era humbre docto en ſolo ſu parecer, aunque ſea contra mas probable commun y recibida opinion. (Et ita tenent Vaſch. Aſor. Villalob. Sayr. Palau. & Henriq.) De donde prouiene que como nota il miſmo Sanch. en la diſpot. 44 muchas opiniones, que en otros tempos non ſe defendieran con tanta libertad, Las han introduzido deſte modo hombres doctos, las quales con el tiempo y conſideration hanc cobrado tantas fueras, de probabilitad que oy ſon opiniones comunement admitidas y comunes &c.* Addit *ibid.* idem Machad. ex eod. Joan. Sanchez ſimiliter eſſe opinionem probabilem, *non ſolamente que de nueuo leuanta y tiene el Doctor probando la ex profeſſos, con razones, i fundamentos ſino tambien la que trahe incidentemēt e por ilation o explication, de otra doctrina.*

13 Quantùm ad ſecundùm de conditione ſeu qualitate Authoris, an ex ea reddatur Opinio probabilis? Quæri poteſt de Opinione ſui Magiſtri, ſui Prælati, Confeſſarij vel Amici, & quidem de Magiſtro S. Antonin. *3. p. tit. 5. cap. 2. §. 1.* Aſor. *to. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 9.* Angel. & Tabien. *v. Opinio.* Mach. *ſupracit.* communiter alij affirmant. Nam meus Magiſter quoad me eſt Author gravis & non præſumitur ſuſcepiſſe munus docendi, niſi foret bene peritus. Atque ideo, quæ de gravi Authore dicta ſunt ſuperiùs, debent per proportionem dici de Magiſtro docente. Quantùm ad Amicum præſumitur quidem non velle decipere, ſed amicitia non facit doctum, nec eius Opinio ex hoc ſolo capite quòd ſit amicus, redditur probabilis. Idem dico de Prælato & Confeſſario, licèt pro bono animarum excuſetur, qui ejus opinionem & conſilium ſequitur.

Quantùm ad tertium de numero Doctorum, an hoc ipſo aliqua Opinio poſſit dici probabilis, quòd à multis tenetur? Affirmant Layman. *lib. 1 tract. 1. cap.* Leand. *de præc. Eccleſ. tract. 5. d. 4. q. 18* Baucius *in caſibus conſc. ſingul. 281.* Joſeph. de Januar. *de caſib. reſer. reſ. 37.* Martin à S. Joſeph. *in monit. confeſ to. 1. 1. tract. 24.* Gaeta. *cap. ad limina. 30. q. 1. §. 1.* Butr. *cap. de judiciis. 3. quæſt. 3. & novimus. de verb. ſign.* Felin *cap. canonicus de conſt* & Gloſſ. *c. fin. d. 1. de pænit. & c. de poſt. Præl. in 6.* Addūt Fulgoſ. *conſ 32. 201.* Barbat. *conſ 17.* & Alij *in l. fin. ff. off. præt.* Opinionē communem jus facit. Unde qui eam ſequitur, etiam nō ſubſiſter diſcuſſā excuſatur à peccato, quamvis deinde inveniatur falſa ſecundum Panor. *cap. Capellanus. de fer.* Pro quo aciunt *l. Reg ff. de jur. & fac. ignor. c. fin. ſponſa duor. & cap. unic. cum* Gloſſ. *de poſt. Prælat. in 6.* Et ſimiliter excuſatur in foro exteriori

teriori à pæna, si non à toto, saltem à tanto secundùm Steph. de Gaeta. & Joan. Andr. *in cap. alma. de sent. exc. in 6.* Cùm econtra in nullo excusetur, sed potiùs litem faciat suam, qui contra opinionem communem iudicat secundúm Gemin. *c. quis nesciat. d. 11.* Butr. *cap. ex litt. de spons.* An. car. *clem. ne Romani. de elect.* Barth. *l. fin. C. de pæ. iud. qui male iud.* & Angel. *eod. & l. terminato. eod. de fruct. & exp. lit.*

17 Nota tamen, posse duobus modis contingere, ut multi Authores teneant eandem Opinionem, & sic faciant illam cõmunem, nempe vel quia posteriores sequuntur aliquem primum, qui talem Opinionem adinvenit, seu quia ex professo non tractant illam materiam, seu quia illius primi sola authoritate ducuntur quomodo Thomistæ, Scotistæ, Nominales, & eiusmodi alij sectarij suas opiniones divulgant, & hoc modo non dicerem Opinionem communem, quam v. g. multi Thomistæ sequuntur ex hoc solùm quòd sunt multi, quia unus aliũ sequitur, imò & sequi tenetur, & eodem modo loqui, & ita docent Alex. *cons. 202. vol. 7.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 71.* Alciat. *reg. 1. præsumpt. 5.* Asor. *to. 1. inst. lib. 2. cap. 13* & Navarr. *in man. cap. 27. num. 289.* Vbi tales Doctores comparat ovibus & volucribus, quæ primæ viam sequuntur absque delectu, sed solùm quia illa præcedit. (a)

Alio verò modo contingit aliquos sequi unam Opinionem, nempe quia tractantes ex professo de eadem materia in eandem sententiam conveniunt, nõ prioris solùm authoritate inducti, sed pondere Rationum bene discussarum. Et hoc modo sex, decem, vel octo Authores faciunt Opinionem communem secundùm Navar. *cit.* Et ut ait Asor. *item citat.* quando sex aut septem Authores eandem materiam tractant, si ex his quinq; in unam sententiam circa aliquod punctum conveniant, dicetur opinio cõmunis. Vnde collige cum eodem Navarr. posse contingere, ut de eadem re habeantur duæ Opiniones contrariæ, & tamen communes, si v. g. sex aut octo ex duodecim, qui rem profitentur, in unam partem abeant, & alij in contrariam.

An verò aliqua Opinio dicenda sit probabilior, & præeligenda, quò à pluribus deffenditur, affirmat Bald. *l. 1. ff. de off. quæst.* Et videtur Gaeta ita etiam tenuisse *in can. ad limina. 30. quæst. 1. §. 1.* ubi talem opinionem dicit favorabiliorem. Facit & quod ait Panor. *in cap. canonum de const.* maiorem partem semper meliùs investigare veritatem, facit item quòd Iurisperiti admittunt argumentum â numero Authorum, per *cap. omnes de ma. & ob. cap significasti. 2. de homic. & l. antiqui. ff si pars hæred.* Verùm repugnat *l. 1. C. de vet. jur. enucl.* In qua Imperator dicit, non esse ex Authorum numero, sed vi Rationum judicandum, quid sit melius. Quare ego puto attendendum esse in conflictu opinionum, & dum plures in unam conveniunt, an ex professo de re controversa tractent, nam si per transennam, parvi mihi videtur momenti eorũ in tali occasione Authoritas & numerus, unde Navarr. *supracit. loco.* ait se certiorem & magis comunem reputare opinionem, quam 10. vel 8. ex professo tractant, præ alia quam 50. solùm per transennam. Inter eos verò qui rem ex professo tractant, ego puto secundò attendendum esse ad eorum conditionem, nã si sunt eiusdem sectæ: etiam si mille fo-

18 19 20 21

(a) Hic Author cum tempera: ento & grano salis intelligendus est, non enim integram D. Thom. aut Scoti scholam, ignavo balantium pecorum Gregi comparasse censendus est, quasi utraque hæc Classis nulla plerumq; Ratione sed sola Authoritate ducta velut cæca in sui Doctoris vestigia ire soleat. *Absit.* Verùm illos Casuum Conscientiæ Doctores quosdam respexisse videtur, quibus neglecto Rationum pondere non jam *Angelicus* vel *Subtilis*, sed quilibet ex plebe recentissimus Author pro Oraculo est.

rent, non reputarem tamen nisi pro uno, ut si sunt Thomistæ, Scotistæ, &c. Omnibus enim non est nisi unũ os, & unus calamus: unde sicut ego dixi superiùs non facere eorum numerum Opinionem communem, sic neque multitudo reddit probabiliorem. Quòd si inter diversos Au-
22 thores nulli sunt sectarij, & omnes ex professo quidem rem tractant, sed sunt diversæ facultatis, ego puto ijs potiùs credendum, & Opinionem eorum veriorem, qui sint hujus facultatis periti ad quam pertinet res illa, de qua tractant, ut Medicorum in rebus naturalibus, Theologorum in moralibus, Juristarum in forensibus, &c. per *l. septimo mense. ff. de stat. hom.* & notata *ibi* à DD. & Decio. *in cap. proposuisti. de probat.* & Angel. *v. opinio.* Quòd si Doctores tractant de re ex professo, & sunt eiusdem facultatis
23 eorum Opinio dicenda erit probabilior, qui fortioribus nituntur Rationibus, & in hunc modum Panor. *in c. Canonum de const. & c. prudentiam de off. del.* & *ibi* eius Glossat. dicit intelligendum Baldum, cùm dixit sequendam esse Opinionem, quam plures tadunt, nempe quando meliores Rationes allegant.

24 Fallit tamen hæc doctrina in materia favorabili, pro qua dũ unus Doctor stat, & allegat Rationem eius sententiæ adhærendum est & Opinioni contra communem, & etiam si ille solus sit, omnes verò alij contrarij. Ut in causa Matrimonij
25 pro eius validitate & manutentione secundùm Host. Abb. *cap. si vir. de cogn. spir.* Felin. *cap. 1. de spons.* Nald. *v. Doctor.* Sanchez. *lib. 1. de matr. d. 18.* Dian. *to. 10. res. 19.* Everard. & alios.

Pro potestate Clavium secundùm Host. *cap. rursus. qui cler. vel von.*

Pro juramento. *arg. cap. cum contingat. de jur. jur. & cap. quamvis. de pact. in 6.*

Pro rebus Pijs & Religiosis *l. sunt personæ. ff. de rel. & sumpt. fun.*

Pro persona miserabili *d. 85. per to.*

Pro validitate actus *l. quoties. ff. de re dubiis.* Et *de verb. sign.*

Pro testamento, libertate &c. *c. fa. re iud. & l. quoties dubia. ff. de Reg. iur.* & pro privato contra Fiscum, si Fisc se fundat in delicto, aliàs secus *l. 2. C. iur. fisci. l. b. 10.* & Mattheul. *not 13.*

Ubi verò dubitatur de dicto alicu Authoris obscuriori recurrendum est jura, quæ ille allegat, ut secundùm mens eius intelligatur, ut monet B *l. non solùm §. liberationis. ff. de lib. l* Paul. *cons 388.*

Ultimum caput, ex quo potest ali Opinio dici probabilis, est propter ra nis p ndus, & hoc est melius & cert adeòut ea Opinio sit semper verisimi atque ob id præferenda, quæ meliori & firmioribus fulcitur Rationib quamvis fortè sit paucorum, secund Panor. *cap. Cappellanus. de fer.* Jal *novissima. C. de inoff test.* & Decium *259.* Imò quamvis sit fortè unius, u Asor. *to. 1. instit. lib. 2. cap. 16. quæst. 6.* etiam sui ipsius tantùm, quando h Rationem manifestam secundùm e *cap. 17. quæst. 6.* Guttier. Navarr. Sc & alios apud Zambran. *cap. 1. dub. 1* Bonac. *d. 2 de leg ib. quæst. 4 par. 9.* hoc plura exempla congerit.

Addo *primò* circa eiusmodi Opini delectum interdum contingere, ut e in utroque foro possit, & debeat qu eadem re credere, esse veram quo num effectu propter vim Rationis & falsam quoad alterum propter vi terius. *arg. cap. dominus. de secund. n cap. inquisitioni. de sent. excom.* ubi mulier de eodem viro debet credere suum Maritum ad effectum reddendi bitum,

sinum, & non esse suum ad effectum exigendi, ut notat Navarr. *in sum. cap. 27. num. 288.* Et sic de alijs.

23 Addo 2. quòd quando sunt duæ Opiniones probabiles, potest quis agere vel respondere modò secundùm unam, modò secundùm alteram: quia cùm ex Ratione probabili semper agat, semper verum dicere eum prudenter agere, nusideo tutâ conscientiâ vitare tamen debet scandalum, ne videatur falsus, ita Beccan. *tract. 1. cap. quæst. 7.* Valent. *to. 3. de quæst. 7. par. 4.* Lopez *p. 1. instr. cap. 120.* Navarr. *in Man. cap. 26. num. 4.* & Laym *lib. 1. Tract. 1. c. 1.*

Trita aliquando facit Diana. De quo Dicastill. *tom. 1. de sacram. tract. 4. d 50. dub. 5.* sic loquitur: *Ecce hic Author sibi contrarius est (si tamen (quod illi semel non contingit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignus est: Nempe vir pro communi bono laborans, & communi utilitati serviens, plurima lectione diuus & copiosus pro occurrenti consultantium necessitate (aut etiam desiderio) iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraq; probabili Ratione & Doctorum virorum Authoritate nititur, & in praxi utrumvis operari tutum est. Voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in una, quid in alia occasione respondere.* Et to. 2. tract. 8 d. 9. dub. 2. *Non vitio tribuendum potius vertendum est, quòd resolutiones illæ variæ sint & quandoq; oppositæ. Nempe sæpe illius est, tam confessarios quàm pœnitentes instruere, ut secundùm probabiles Opiniones etiã sibi contrarias possint se tuta conscientia dirigere.*

DVB. IV.

An abstinendum Privilegio, quod aliqui Authores affirmant revocatum? Ad c. 8. §. 2. a. 1.

SUMMARIUM.

1 Non tenetur abstinere privilegio de cuius revocatione non const. 1.
2 Assertio Doctorũ non operatur nisi probabilitatẽ.
3 In allegationibus revocationum plerumq; errare Doctores.
4 De quo inducuntur exempla & seq.
10 Etiam si plures simul allegant revocationem, potest tamen quis eis recusare consensum, donec sibi constet, de quo exemplum.

NOn parvam confusionem circa usũ privilegiorum invexere Doctores alijs certas revocationes intrudentibus alijs easdem negantibus. Cæterùm, ut dubio proposito summariè respondeam, quando de concessione alicuius privilegij certò constat, nemo tenetur illo abstinere, nisi similiter de revocatione certò illi constet. 1

At quia assertio unius aut alterius Doctoris aut etiam plurium nõ inducit certitudinem, ideo nec ad dictum eorum, qui revocationes allegant tenetur quis absolutè credere, & privilegio abstinere. Et confirmatur, quia dictum Doctorum non generat nisi Opinionem probabilem, quam nemo tenetur sequi, & hoc in suum præiudicium, & maximè quando est in possessione contrarij. 2

Quòd verò relationes Authorum allegantium revocationes non sint certæ, sed plerumque deceptoriæ & falsæ, atque ideo parum curandæ, patet inductione, nam v. g. Bullam: *Etsi mendicantium.* In qua Pius V. plurima disponit in favorem Regularium revocatam à Gregor. XIII. per aliam, quæ incipit: *In tanta.* Affirmant Bravus *in tract. monast. c 1. num. 9.* Diana *to. 11. tract. 2. res. 6.* Et alij apud ipsos. Negat Chass. *par. 1. tract. primo c. 5. prop. 6.* vbi plures alios ad hoc allegat, ac pluribus rationibus probat. 3 4

Eandẽ Bullam: *In tanta*, revocatoriam privilegiorum promulgatam vim legis habere, & servandam esse contestantur Cherubin. *in compil. bull. to 2. const. 9 Greg. 13.* Piasec. *in pra. p. 2. cap. 3. num. 6.* Bravus, & Dian. 5

& Dian. *citati* aliique non pauci. Neq; promulgatam neque intimatam, econtra affirmat Peyrin. *to. 2. const. 7 Pij V. § 1.* Neque item promulgatam, neq; usu receptam, scribunt Chassahing. citat. Henriq; *lib. 7. de indulg. cap. 24.* Tho. à. Jesu. *de procur. sal. om. gent. lib 2. cap. 8.* Lamas *in meth. par. 1. cap. 7. §. 6.* Cokier. *2. 2 quæst. 123.* Sorb. *v. processus. & v. interdict* Roderic. *in addit. ad sum. to. 4. c. 105.* Et Navarr. *in man. cap. 27. in fine.*

6 Item an privilegia extincta reviviscant per confirmationem subsecutam cum clausula: *ex certa scientia*, alijsve similibus? Negat Diana *to. 11. tract. 2. res. 7.* Et pluribus annititur probare; affirmant Sebastian. à Bonon. *in select p. 2. cap. 4. dub. 73.* Bordon. *in cons. regul. to. 2. res. 50* Donat. *to. 1. rer. regul. tract. 11. quæst. 3.* Et plures alij quos ego citavi, ubi de eiusmodi clausulis. Quibus subscribit Iuniper. *in deffens. jur. pont. d. 2. quæst. 2. cap. 3.* Quando Pontifex movetur ad talem cõfirmationem ex proprio affectu erga Religionem, cui confirmat privilegia.

7 Item an Abbates possint ordinare Clericos sæculares cum sola licentia suorum Superiorum? Nald. adducit declarationem Cardinalium pro parte *negativa*, Margar. verò in suo bullar. adducit aliam eorundem pro parte *affirmativa*. de quibus ubi de Ordinibus conferendis.

8 Item an Abbates possint suos Monachos in Diaconos ordinare per communicationem privilegiorum Cisterc. Affirmat Cassahing. Temerarium ait Diana *to. 11. tractat. 2. res. 17.* Et hoc (inquit) propter S. Congreg. decretum contrarium, quod asserit, se ad longum referre in suo *to. 7. tract. 2. res 42.* Et tamen *ibi* nullum refert, sed dicit se non audere quoad hoc proferre sententiam, & illam expectare à S. Congregatione.

Item an potestas absolvendi à casibus Papæ occultis concessa à Trid. Episcopis revocetur singulis annis quoad casus Bullæ Cœnæ Domini, in ejus promulgatione. An potestas data Regularibus absolvendum à casibus, quos Episcopi sibi reservant, sit sublata per constitutiones Vrb. VIII. & S. Congregationis *affirmant* alij, & *negant* alij, vt suis locis notavi; & sic de pluribus eiusmodi privilegijs, quæ vitandæ prolixitatis causa subticeo contentus hæc pauca proposuisse, & ostendisse, quàm varij Authores in allegandis revocationibus.

Vnde quia non potest fieri ut quis habeat omnes libros dum constat de legitima concessione alicuius privilegij, statim tenetur eo abstinere, quamvis negat apud aliquem Authorem esse revocatum. Imò quamvis fortè inveniat sex octo, vel 10. idem affirmantes, quia potest credere, hos omnes ex eodem principio errare, & unum secutum fuisse alium in alleganda revocatione, & non deesse alios, qui econtrariò dicant, hoc valere, sufficitq; ad continuandum in eius usu, ut vel unum (licèt solum) habeat, quia (iuxta tradita ubi de Opinione) eius dictum facit rem probabilem, & sic licitam, de quo Diana relinquit nobis satis luculentum exemplum in *suo 7. tract. 2. res. 22* ubi proposito dubio *An virtute decreti Tridentini, quo occultorum absolutio relinquitur Episcopis, possint illi advere à violatione clausuræ monialium?* tenet id negare Barbos. Chapeauil. Zech. Gaph. Gavant. & Alzed. propter declarationem S. Cardin. Congreg. in qua se fundant. Ipse verò econtra affirmat posse ut antea, ab hoc casu Episcopos absol-

habere & de illa revocatione seu declaratione S. Congr. non constare authenticè, hunc igitur Diana defendit hanc Episcopis potestatem, & recusat credere sex Authoribus (& quidem gravibus) de revocatione testantibus solùm, quia sibi non constat authenticè de illa revocatione. Ita à pari quamdiu aliquis Religiosus non habebit authenticam certitudinem de revocatione alicuius privilegij poterit semper in eius usu continuare, quidquid interim fortè apud Authores legat.

15 *Revocationes privileg. non obligant, nisi juridicè notificatæ.*
16 *Quod hactenus non fuit factum.*
17. *Declarationem & constit. multitudo inutilis confusionem circa privilegia.*
18 *Ubi revocatio aliqua non est recepta, non peccat, qui se ei non conformat.*
19 *Paucæ verò revocationes privil. sunt receptæ.*
20 *Revocationes privil. factæ sunt ex falso fundamento. Et sunt inutiles ad finem intentum.*
22 *Per epicheiam potest credi non esse voluntatis Papæ, ut Regulares obediant revocationibus privil. sibi nimiùm damnosis.*
23 *Quod habet locum etiam in privatis fratribus.*

DUB. V.

An Regularis sibi conscientiæ ducere debeat, quòd non servat Constitutiones Apostolicas, vel S. Congr. moderantes, vel revocantes Privilegia.

Ad Art. 1. cit.

SUMMARIUM.

In Papa summa potestas ad leges ferendas; in Regul. obediendi necessitas.
2 Constitutiones revocantes privileg. valeant, debent habere omnes conditiones legis.
3 Quæ aliqua valeat, plures requiruntur conditiones & quæ & seq.
4 Ignorantia, Inadvertentia & Oblivio excusat a transgressione legis.
5 Lex quæ se fundat in præsumptione, non obligat.
7 Quid habet locum respectu Particularium.
8 Cessante fine legis cessat illa etiam respectu casus privati aut Personæ privatæ & 9.
10 Lex non obligat, quando aliunde habetur finis.
12 Vis quæ est ad illum inutilis.
13 Leges omnes admittunt epicheiam.
14 Regulares sunt in possessione suorum privil. Et nunquam tollentur sine causa.
Revocationes privil. sint justæ ex quatuor causis.

PRO solutione hujus dubij supposita 1
in Papa summa potestate ad ferendas leges, & in Regularibus absoluta obediendi obligatione ego pono sequentia fundamenta.

Primum, ad hoc, ut Constitutiones San- 2
ctissimi, vel S. Congreg. moderantes, vel revocantes privilegia obligent, debent ferri & promulgari ad instar legum. Atque ideo quidquid Doctores exigunt in aliqua lege, ad hoc ut vim obligandi habeat, hoc totum requiritur in ejusmodi constitutionibus, nam & ipsæ sunt leges propriè dictæ.

Secundum. Ut lex aliqua obliget, de- 3
bet esse justa ex 4. causis, ut cum D. Tho. docent Theologi 1. 2. *quæst. 96. ar. 4.* Et cum Panor. Canonistæ *in cap. Canonum. de const.* Nempe ex parte *efficientis*, quia debet ferri à legitima potestate. *Finalis* quia ad bonum commune eorum pro quibus fertur *formalis*, quia debet esse rationabilis, (quia ratio est anima legis.) Et *materialis*, quia debet esse de re tum honesta, tum possibili & facili. Quæ possibilitas & facilitas, ut ait Sot. *lib. 1. de just. quæst. 5. ar. 3.* sumi debet ex subditorum ingenio & conditione, ut possibile hoc loco accipia-

accipiatur pro eo quod non est difficile. Quod scitè explicavit Isid in *can. erit. d. 4.* vbi ait legem debere esse *secundùm naturam & consuetudinem.*

4 *Tertium.* Sicut lex non Promulgata nõ obligat, quia non fortitur suam naturam nisi in promulgatione. *can. in istis. d. 4.* ita nec ignorata. Aut saltem ignorantia excusat, si non est penitus crassa & supina. *cap. ut animarum de const. in 6.* Sot. *in 4. d. 13. quæst. 2 ar. 3.* Vasch. *1. 2. d. 148. cap. ult.* Rodriq; *in sum. to. 1. cap. 196.* Armil. *v. præceptum.* Caiet. *v. præcep. transgressio.* Sylv. *v. ignorantia. quæst. 5. num. 10. & v. inobedientia. num. 3.* Et Navarr. *in man. cap. 23. num. 59.* Vbi dicit idem de inadvertentia vel oblivione. Cui subscribit Sanch. *in sum. lib. 1. cap. 16.* & Bonacina *d. 2. de peccat. quæst. 8. p. 3.*

5 *Quartum.* Quamvis lex sit de se bona, si tamen non fuit usu recepta (etiam ex malitia subditorum) post legitimum tẽpus & sufficiens ad præscriptionẽ, cessat, aut saltem non obligat successores illorum à quibus fuit (quamvis per abusum & malitiosè) repudiata. Dominic. *cap in istu. d. 4. & cap. 2. de const.* Felin. *cap. 2. de treuga.* Maior. *in 4. d. 14. quæst. 4.* Valent. *1. 2. d. 7 quæst. 5. p. 5* Salas *de legib. d. 13. sect. 1. & 5* Less. *lib. 2. de iust. cap 22. dub. 13.* Dried. *lib. 1. de libert. Christ. cap 1. cons. 2.* Asor. à Castro Reginald. Navar. Filliuc. Armill. & Alij.

6 *Quintum.* Lex quæ se fundat in præsumptione non obligat, ubi constat de veritate in oppositum, *cap. inquisitioni. de sent. exc.* Canonistæ *cap. is qui fidem de spons.* & Legistæ *l. cum quis C. de jur & fac ignor.*

7 Quod dictum generale habet locum secundùm DD. non tantùm respectu communitatis, sed etiam personarum particularis ipsius, ut si lex prohibet aliquid propter periculum, quod in menon reperitur, nec etiam illa me obligat &c.

Sextum. Sicut cessante fine legis in vers
versum cessat lex, si quando cessat in
casu, nec quoad illum lex habet locu
Abb. *cap. quia. in insulis. de regul.* Navar.
4. in rubr. de judic. num 74. Diana p.
10. res. 28. Lopez. Ledesm. & alij
Palau. *to. 1. tract. 3. c. 5. p. 1.* Et simili
cessat respectu unius personæ, illa
lege libera. Mendoza *2. 2. to. 1. d. 74.*
3 & plures alii quos citat & sequitur
son. *in sum. v. lex. num. 18.*

Sept. Quando potest obtineri fin
tentus à lege, aut iam aliunde habe
non peccat, qui legem non servat. A
ab ea *c. canonum de const.* Archid. *ca*
nam d. 76. Gemin. & Prepos. *eod.* Ad
faciunt notata à Riminald *cap qua*
clesiarum. de const. & Panor. *cap. quam*
probat Quod quando aliquid præcip
vel prohibetur, non propter se, sed
pter aliud, tunc præceptum vel pro
tio non obligat, si illud aliud habetu
cavetur sufficienter aliunde. Vnde
citati *notabiliter* dicunt, non semper
nes subditos teneri æqualiter ad leg
sed alios plùs, alios minus, alios non
ratione finis intenti ab illa.

Octavum. Omnis lex humana ad
epicheiam, seu quoad dispensand
illa, seu quoad cessationem illius o
tionis. Vnde DD dicunt commun
quòd quæ non potest servari sine
incommodo, per epicheiam non ob
idemque dico, de alijs casibus æq
lentibus.

Nonum. Lex, quæ est inutilis ad
intentum, non obligat, quia ad
nemo tenetur.

Decimum. Regulares sunt in pos
ne suorum privilegiorum. Et illa
dent tanquam iura quæsita, & bona
rum Monasteriorum & Ordinum,
cut illa non acquisierunt gratis, Ita

con

concederetur, posse Papam etiam sine causa illa tollere. Id tamen nunquam evenit, nec eventurum putatur, cùm repugnet prudenti regimini credito Sedi Apostolicæ, & operanti clave non errante. (a)

His positis, posset quæri ex fundamento *secundò*, an constitutiones moderantes vel revocantes privilegia sint justæ ex causis ibi notatis. Nempe ex parte *facti*, an revocatio vel restrictio privilegiorum conducat ad bonum Regulariũ, & utilitatem communem fidelium, ad quorum favorem Regulares illis ordinantur. Ex parte causæ materialis potest interrogari, an sublatis vel restrictis privilegijs facilè sit fidelibus, omnis sexus, omnis ætatis, omnis conditionis, devotis & duris, seu in peccato inveterato recurrere ad Papam, vel ad Episcopos, pro Sacramentis, absolutionibus, dispensationibus, benedictionibus, & alijs ejusmodi sibi necessarijs. An inquam possint sic recurrere sine dispendio suæ famæ. An semper omnibus suppetant sumptus ad hoc necessarij? Ex parte veri causæ efficientis nemo disputat de potestate legislativa Papæ, at an hæc itidẽ competat Cardinalibus non modò non disputatur, sed absolutè negatur, solummodò potest esse controversia de constitutionibus quas faciunt habito verbo cũ Sanctissimo, de quibus infra. Demum quantùm ad causam formalem earundẽ constitut. quæ consistit in ratione debet ex præcedentibus cognosci, tunc enim constitutio dicitur rationabilis, & congruenter justa & obligatoria, cũ finis est justus, & materia bona, modo explicato.

15 *Ex tertio* fundamento ignorantiæ, oblivionis vel inadvertentiæ. Est notandũ *primò*, quòd tam Sanctissimus, quàm Eminentiss. Patres volunt, ut suis constitutionibus fides adhibeatur non cæco modo (sciunt enim Regulares non esse muta pecora) sed tunc cùm eis seu ipsũ originale alicujus exhibebitur, seu solum exemplar etiam impressum, modò manu Notarij publici & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ attestatum. Et ne fortè cum tempore ejusmodi constitutiones oblivioni tradantur, jubent Iidem Sanctiss. & Patres Eminentiss. ut certis vicibus legantur in Refectorio vel Capitulo. At potest hîc quæri quomodo hoc observetur? Ad quod ego 16 *Respondeo*, quòd valde male, nam ego qui à pluribus annis porto jugum, & per bella præterita à patria extorris factus in diversis Provincijs fui, nec semel audivi tales lectiones, nisi in sacris Cassini & Lerin. insulæ Monasterijs. Quid causæ? sit alterius respondere. Quòd si 10. si 20. si 30. anni sufficiunt ad præscribendum contra legẽ, quid nunc dicemus de eiusmodi constitutionibus, & respectu Provinciarum transmontanarum, in quibus nunquam fuerunt lectæ, nec legitimè intimatæ? Ponamus peccâsse Prælatos qui neglexêre illas recipere & publicare, at an jam ad illas obligantur Regulares? an illi peccant, si non servant, quod nunquam audierunt. (b) Nec sufficit, ut dicantur obligari, quòd fortè illas apud aliquos Authores legant, quia possunt dubitare de veritate, ut dicebam in dubio præced. Sed requiritur, ut illis notificentur juridicè, puta à suis Prælatis. Prælatis verò authenticè secundùm formam in illarum tenore expressam, quod tamẽ hactenus non est factum, & sufficit (in

(a) Cùm jure Majestas Apostolica omnibus dominetur, soli tamen rationi subijci gloriatur Petr. Cluniac. li. 4. ep. 29. ad Innoc. 2.

(b) Illius legis Prævaricatores non sumus, cujus Auditores nunquam fuimus. Ivo carnot. ep. 70.

Opinione aliquorum) ad hoc, ut dicantur non obligare.

17 Est *secundò* notandum ex eodem fundamento ejusmodi constitutiones, declarationes, decisiones, &c. esse in tanto numero, & tanta varietate, & tam diversè, imò tam contrariè nonnullas ab Authoribus allegari, tractari & explicari, ut vix sciat quis ad aliquid se determinare, & multò minùs queat semper præsentes in mente habere, ut si fortè inadvertenter contra aliquam operetur, & utatur privilegio quod non scit, vel non recordatur esse revocatum, præsumendum sit Sum. Pontif. de sua benignitate supplere potestatem, quo graviora vitentur incommoda, præcipuè in absolutionibus & dispensationibus.

18 Ex *quarto* fundamento ego infero, quòd licèt sufficeret qualiscunque notitia talium decretorum & undecunque habita. Attamen si non inveniuntur usu recepta, in aliqua Provincia vel Congregatione certè nõ poterit justè fieri scrupulus his, qui in illis habitant, si ea non servant.

19 Hic autem ego quæro, an de facto sint recepta? ad quod ego respondeo, me valde dubitare saltem de Provincijs Transmontanis. Nam si ibi nec leguntur, quomodo possunt dici ab illis recepta, quin etiam praxis quotidiana contrarium demonstrat. Imò & de resistentia constat. An bene vel malè, non judico. Interim verò, an non tuti privati fratres, si se non conformant constitutionibus Pontificijs, quas sciunt non esse receptas à suis Superioribus & Præcessoribus. Et singulis diebus apertè nonnullas obliquè alias violari conspiciunt.

20 Ex *quinto*, *sexto*, *septimo*, & *nono* fundamento quæri potest, in quo fundentur constitutiones revocatoriæ privilegiorum, quemve finem habuerit Sanctissimus in eiusmodi revocationibus. Hic autem satis facilè potest intelligi ex contextu, & maximè præfatione ipsarum, quibus evidenter colligitur factas esse, ut tollantur abusus ab Ecclesia, ut conservetur Episcopis sua Authoritas; ut debito officio teneantur Regulares; ut pax firmetur inter ipsos Parochos & Episcopos. Hîc autem ulteriùs quæritur, an ita sit, quòd de facto omnes Ordines regulares, omniumque Ordinum omnes Congregationes & fratres abutantur privilegijs, an verò sint superiores falsò accusati apud Sanctissimum? Quæri, inquam potest, an sublatis vel limitatis privilegijs extincta sint omnia dissidia inter Regulares & Episcopos? Antequam hæc revocatio vel moderatio debeat tolerari, si inde novæ lites, novique litium fomites suscitantur, & revocatio sit remedium idoneum comptis dijs dictis litibus. An demum si aliqui Regularibus temerè privilegijs abutentibus, & contra Episcopos intumescentibus, alijs verò prudenter & ad salutem fidelium ac Dei gloriam referentibus debita reverentia debitisque officijs Prælatos Ecclesiæ manentibus, æquum sit, æqualiter omnes spoliare privilegijs, fontes & insontes. An inquam spoliatio dicenda sit necessaria ad tollendos abusus non ortos, & ad reducendos ad officium hos, qui ab illo nunquam desciverunt.

Ex *octavo* fundamento de Episcopis hanc admittunt DD. propter præsumptam benignitatem Principis, qui præsumitur permittere. Imò qui asseritur velle dispensare ut in casu, in quo ipse dispensans sua lege, vel quem si prævidisset ab excepisset velle inquam, ut quoad casum cesset suæ legis obligatio, vel ea inferior dispenset. Et secundum

Autho-

Authores, quos ego citavi ubi de potestate absolvendi dixere, posse Confessarium absolvere pœnitentem, quem non judicat expedire ad Episcopum remitti. de hic ego quæro, si similiter Confessarius judicat non expedire pœnitentem mitti Romam, potest ne uti opinione illorum Doctorum. Ac rursus ego quæro, unde & ex quibus capitibus potest rationabiliter judicari, non expedire saluti pœnitentis, ut mittatur ad Episcopum vel Papam? An si timetur viæ periculu? Jactura famæ? Si prævidetur pœnitentem, quamvis contritum, ob duritiam tamen non iturum ad Papam neque ad Episcopum &c.

22 Quæro autem iterum, si per epicheiam concedit Papa vel Episcopus, ut absolvatur pœnitens à casu sibi reservato, potest ne hæc doctrina trahi ad alias materias? Ut si est damnosum alicui Ordini vel Monasterio intermittere usum alicujus privilegij licebit ne per Epicheiam interpretari voluntatem Pontificis? & dicere eum (non obstante quacunque revocatione) concedere ut retineatur. Est enim hoc aliud caput, ex quo DD. admittunt epicheiam, ad liberandum aliquè ab obligatione legis, nempe si grave nimis est, & dispendiosum illam servare. Et Ratio fundamentalis est, quia inter cæteras cõditiones ad legem requisitas una est, ut facilis, & in commodum eorum, quibus ponitur; si igitur ex revocatione privilegiorum non commodũ, sed damnum resultat in Ordines regulares, potestne constitutiones revocatoriæ dici habere naturam legis? vel Sanctissimum non intendere per epicheiam, ut cũ tanto suo damno illas servent; Item si admittitur epicheia, quoad Ordines & Monasteria in communi, potestne admitti quoad privatos fratres, ut si quis occulto Dei judicio sortitus est Prælatum superbum, qui ei jubeat juxta aliquod privilegium agere, quamvis revocatum tenebiturne carceres pati diffamationes, persecutiones, uno verbo perire potiùs quàm obedire tali Prælato, vel poteritne per epicheiam in ejusmodi quæ sunt juris positivi, interpretari voluntatem Pontificis?

Ista ego propono non decidendo, sed interrogando doceri cupidus potiùs quã docere. Interim verò poterit prudens Lector ex dictis discernere, quando vel quantùm sibi conscientiæ ducere debeat, dum recedit à constitutionibus moderantibus privilegia.

DUB. VI.

An utiles & conducentes Privilegiorum Revocationes.

Ad Articulum primum cit.

SUMMARIUM.

1 *Ordines regul. orti sunt cum privilegiis.*
2 *Obiectiones contra eorum usum.*
3 *Ex triplici capite.*
4 *Et antiquæ.*
5 *Primum Adversarium, quem passus est S. Bened. fuit Parochus.*
6 *Nec multò post eius fata Episcopi oppressêre eius Ordinem.*
7 *Hæresis suscitata contra Monachos, quod Sacramenta ab eis collata forent irrita,*
8 *Nova alia contra Mendicantes.*
9 *Vindicatis Monasteriis à suis Adversariis exercuerunt suam potentiam in eorum membra.*
20 *Infestatio Monasteriorum fuit occasio augendi eis privilegia.*
11 *Regulares sunt propugnaculum Sedis Apost. Et eius interest eos manutenere.*
12 *Non expedit tollere Regularibus privilegia.*
13 *Probatur & seq.*
19 *Pontifices qui derogaverunt privilegia Regular. à Deo puniti. Item & Episcopus. 20. & 21.*

22 *Iniustum tollere privilegia propter privatorum excessus.*

23 *Vsu privil. non turbatur Ordo Hierarchiæ. Et quare.*

24 *Regulares non sunt in culpa quòd aliqui ex Clero minùs honorentur sed eorum vitia.*

25 *Privilegia Regul. non prohibent quemquam uti Iurisdictione sibi competenti.*

1 ORdines Regularium simul cum privilegijs initium constat accepisse. Sicut enim primum hominem nõ in puris naturalibus, sed simul cũ gratia, scientia, alijsq; dotibus supernaturalibus voluit Deus creare. Ita Ordines regulares noluêre summi Pontifices simpliciter approbare, & sic initium eis dare, sed simul plurimis privilegijs in sua approbatione eos decoravêre. Verũ sicut diabolus volens hominem perdere, & à suo fine avertere conatus est eũ dotibus supernaturalibus spoliare; sic ut Ordines regulares evertat, nõ desinit suscitare æmulos, qui privilegia eorum assiduè satagant convellere specioso quidem justitiæ & Religionis zelo verùm non semper secundũ

2 scientiam. *Abutuntur* (inquiunt) *Regulares privil. Ordinem Hierarchiæ in Ecclesia pervertunt. Iam nulla Episcoporum aut Parochorũ consideratio. Abit jurisdictio nihil sibi non vendicantibus Monachis & Regularibus &c.*

3 Oriuntur autem istæ turbæ ex triplici capite præcipuè, nempe: quòd Regulares sint exempti ab Episcopis: quòd verbũ Dei & Sacramenta ministrant: Et quòd

4 membra seu Ecclesias habeant suis Monasterijs añexas. Et hæ ipsæ difficultates, quæ nunc jam olim contra ipsos ob easdem causas motæ sunt, in quibus tamen semper prævaluerunt, & sine dubio in futurum prævalebunt.

5 Sanè vix S. Benedictus egerat præludia sui Ordinis & discipulos admiserat in solitudine Sublacensi, cùm statim florentium viciniæ Parochum persecutore pessimum expertus est. Eo autem ad vos assumpto, cùm Ordo jam aliquod crementũ accepisset, in tantũ oppre fuit ab Episcopis Monasteria sibi fi cientibus, ut necesse fuerit cogi à S. G gorio Conciliũ, in quo editus est can *quam sit 18. quæst. 2. De libertate Mona*

Cùm verò Monachi Sacramenta nistrarent (quamvis parcissimè, cum illis prioribus sæculis pauci fierent cerdotes.) Iterum ab invidis & ignor tibus Clericis in ipsos susscitata est p cutio tam dira, ut etiam assererent esse Sacramenta à Monachis collat per qua difficultate Bonifac. IV. n aliud Concilium, in quo de suis am terum triumphârunt Monachi & favorem editus est canon: *Sunt nonn quæst. 1.*

Hinc exortis Ordinibus Mendi & fratribus eorum similiter Sacra ministrantibus non defuêre Doct phanatici (quorum antesignanus de Poliaco) qui causam Parochorum cipientes, cùm hæresim damnatam nifacio non auderent suscitare non sunt veriti seminare, & in pu Concionibus asserere hos, qui co forent Regularibus, teneri iterum peccata confiteri suis Parochis. In negotio fortunam non sunt exp prioribus meliorem. Nam Joan. X eorum hæresim damnavit Poliacu suam Sedem citatum & convictum lidoniam cantare adegit. Et contr errores edidit Extravag. *Vas electionis* est reposita inter com. *in rubr. de h* notavi ubi de approb. Reg.

Firmatis jam & ampliatis Ordi auctisque varijs membris depend Ecclesijs. Qui contra capita prævale poterant, in eiusmodi membra &

sus conati sunt manus & falcem immittere. In quo nedum profecerunt sed auxendis Monasteriorum privilegijs (vel inviti occasionem dederunt.)

11 Nam hinc in quibusdam erectus Archidiaconatus, ut in Cluniacensi: ubi creatur ex Monachis Archidiaconus, qui in omnem ditionem Monasterij exercet jurisdictionem Ecclesiasticam privativè ad quoscunque Episcopos. Imò & cui ipsi Parochi & totus Clerus subijcitur. In quibusdam attributa Abbatibus jurisdictio quasi Episcopalis, ut Cavensi, in quibusdã concessa & assignata propria Diœcesis, ut Cassinensi. In quibusdam ordinarus ex Monachis unus Episcopus, qui in omnia membra & dependentias exerceret ea, quæ sunt Ordinis, ut in Mon. S. Dionys. apud Parisios &c. Ut omnes Episcoporum & Parochorum conatus contra Regulares in cassum semper cesserint, protegentibus Romanis Pontificibus & Privilegijs corroborantibus, nec ignotoribus quantùm sua & suæ Sedis interesse eos manutenere. Quã vis enim à Christo firmitatem suam habeat Sedes Apostolica, nemo tamen prudens negabit eã non raro nutantem, fuisse à Regularibus sustentatam, & fortè ad hoc vel maximè

12 Ordines Regularium fascitavit Deus in Ecclesia, ut nimirum in occasione pro ea & pro Papa pugnent, & stent aucti privilegijs unde in figura dicitur cant. 3. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, unius cujusq; ensis super semur suum propter timores nocturnos.*

13 Atq; ex his propiùs accedendo ad dubium propositum Resp. incunctanter nõ expedire revocationes privilegiorum. Quod probatur *primò* ex dictis & factis Summorum Pontific. (de quibus supra) & quimota super his lite, delatisque Episcoporum & Parochorum querelis, non modò ea nõ revocaverunt, sed auxerunt.

14 *Secundò*. Authoritate ipsius juris scripti Conciliorum & aliorum Sum. Pont. qui ita censuerunt, ut *can. privil. 2. 25. q. 2.* ubi sic dicitur: *Privilegia Ecclesiarũ & Monast. SS. Patrum authoritate instituta, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari.* Unde Joan. 8. *in Epist. 111. edita in Concil. 2. tricoss. Indubitati juris est semel concessa, perenni cultu fore tenenda.* Ad quod sanè respexit Bonif. VIII. in illa Reg. quam in 6. tradidit cùm dixit: *Beneficium Principis decet esse mansurũ.* Et Episcopi Galliæ in præf. Concilij Mald. celebrati anno 845. *Quæ bene inventa, & semel statuta sunt, observatione indigent non retractatione, nec solùm studendum est nova cudere, sed vetera conservare.* & Adrian. 2. *epist. ad Basil. Imperat. Hoc necessarium est, at custodiens Prædecessorum meorum decreta doceam post decessum meum, & mea quoque ab his, qui post me fuerint nullo modo violando.*

Bene sanè, nam Pontifex qui minuit privileg. concessa à suis Prædecessoribus, nonnihil videtur illis injurius, & præter fas eorundem memoriæ (si dicliceret) noñihil etiã ingratus. Quod vel maximè dixerim occasione privil. Eugenij IV. Nã quamvis hactenus nullus extiterit Pontifex, in quo non possint notari singulares dotes, quæ illum commendent, at in Eugenio enituit singularis vis, industria, & animi insuperabilis generositas in turanda pontificia authoritate cùm vel maximè nutaret, & jam labasceret in Concil. Basil. In quo Eugenius universam ferè Ecclesiam, universosq; ferè Europæ Prælatos & Principes adversos passus arduã illam difficultatẽ: *An Papa sit supra Concilium?* facto potiùs quàm disputatione (singulari industria dissipato Concilio) solvit & sic sibi, & Successoribus suis (quæ illis disputabatur) supremam in rerus.

ris Authoritatem vendicavit, vel ob id unum ab eisdem æternùm benemeritus. Sed neque minùs à Sacro Cardinal. cœtu, quibus cùm aliqui non usque adeò deferrent, imò & se illis præferrent, ut Henric. Archiepiscopus Cantuar. eodem zelo Eugen. erundita non minùs quàm fusa ad eum data epistola eorundē Cardinalium dignitatem gloriam ac eminentiam in Ecclesia ostendit, declaravit, asseruit, Primus suorum Antecessorum Regibus eos æquiparare non veritus. Vti propterea si tanti Pontificis felici memoriæ detrahant sui successores aut Cardinales, per revocationem aut imminutionem eorum quæ concessit aut instituit, timendum sit, ne quod & ipsi instituerint alij similiter revocent, aut etiam fideles nō recipiant dicente Domino; qua mensura mēsi fueritis, remetietur vobis.

Prob. *tertiò* ex fine propter quem data sunt ipsa privilegia, qui adhuc durat, & consequenter exigit eadem conservari, nempe procuratio salutis proximi. Propugnatio Sedis Apostolicæ, *&c.*

15

16 Et quomodo stabunt ipsi Ordines regular. si careant privilegijs? statim opprimentur ab Episcopis & Parochis quod vnum quęritur, & Deus scit quid inde futurum. Possent enim fortè claudere suas Ecclesias, & tunc verificaretur illud Prophetæ: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Possent invitare ipsos Episcopos, & Parochos ad pergendum ad Indias & nationes infideles pro propagando Evangelio, siquidem volunt suum esse tantùm, curare salutem animarum, Fortè in Gallia possent tacere quando tractabitur de creando Patriarcha, aut etiam creantibus adhærere, fortè possent subscribere opinioni DD. Parisiensium, *quod Concilium sit supra Papam.* &c. Vide & attende benigne lector quòd ingenia nō sunt semper exasperanda.

Quartò. Experientia docuit, quòd quo ties tacta sunt Regularium privileg non sunt secuti nisi effectus pessimi, tu bæ, seditiones, lites, informationes, scā dala, & (quod magis dolendum) mutat Sedis Apost. æstimatio, ut & S. Congr gat. Revocationes enim non recipiunt extra Italiam, ut neque censuræ Roman librorum, nisi in his quæ præcisè rang fidem. Vnde licèt Romæ damnentur l qui libri & Authores qui favorabilius quuntur de eisdem privilegijs, reimp muntur tamen alibi, imò & solēn emuntur; ut censura romana pot augeat famam; An bene vel malè sit rius judicare.

Quintò. Ipse Deus Opt. Max. omn æquus judex & arbiter non raro lig evidentib. & vindicta terribili dem stravit, sibi displicere eiusmodi pri giorum Regul. quassationes, de quo p cet hic aliqua exempla subijcere, & mò allego Innoc. III. qui cum in sum belli sacri in Concilio generali con exigeret à Cisterc. 49. partem fuc bonorum; illiq; privilegijs propositis stinatè restitissent, voluit Pontifex mittere milites, & nobiles ad eorum na & ecce per noctem B. V. Dei Genitr plena authoritate apparuit Reyn Pontif. à sacris confessionibus, q durum nuntium jussit ad eum ire, & suo nomine dicere: *Tu Ordinem Cister sem cuius advocata ego sum, destruere co sed non prævalebis, & nisi citiùs de tuo pro resipiscas, ego te & omnem potestatem tuam teram.* Vnde terrefactus Pont. mut propositum, & confirmatis Monachor privilegiis, novum addidit, quòd eor negotia præ quibusvis aliis debeant pediri in Curia, ut alibi plenius ex Ca & Bzou. retuli. *Aliud* subijcio ex eod Bzou. *to 13. an. 1254.* De Innocent I

Huma-

manum se satis & benevolum exhiberat erga Ordines Mendic. in initio sui Pontificatus, non scio autem qua de causa paulatim refrigescens cœpit quassare privilegia vulgatis quibusdam edictis, unde omnes plurimùm commoti, & inter hos Dominicani præcipuè, qui ad celestium confugientes, litanias quotidianas indixerunt per suum Ordinem, si forte placeret Deo sibi reddere magis propitium Pontificem, ecce autem dum semel cantarentur eiusmodi litaniæ in Conventu Romano, unus fratrum vidit Dei Genitricem ad Altare quæ quasi plurimùm anxia, & mœrorem eorum inspecta, commendabat eorum preces suo Filio, dicès repetitis vicibus: *fili exaudi eos.* Quod sanè factum est, nam per id tempus Innocentius tactus est infirmitate, à qua brevi consumptus & ad extrema redactus cumque interiori instinctu intelligens illa verba Prophetæ multa cum pœnitentia assiduè repetebat: *Propter iniquitatem passus hominem*, & sic extinctus est, & cum alias ipse fuisset integerrimis moribus, & publicè agnosceret se deliquisse quallando privilegia Regularium, putatum fuit ab omnibus ob id, & eorum preces adeò vitam fuisse breviatam, unde fama Romana vulgatum proverbium: *Litanias Prædicatorum libera nos Domine.*

21 Longè terribilius quid hîc propono de Monachis perillustris monasterij Sancti Galli in Helvetia, & Sidonio Episcopo Constantiensi, de quo Strabo *in vita Sancti Galli lib. 1. cap. 15. & seq.* Sur. *16. Octob.* & Baron. *to. 9. an. 759. num. 8 & seq.* Donati fuerunt exemptione Monachi, cui nullatenus deferre volebat Sidon. Sed omnibus modis eos sibi subijcere tentans, etiam affligebat, ut exemptioni renuntiare cogerentur. Semel habuit iter conficiendũ, & jussit sibi de rebus Monasterij parari viaticum, & Monachi non ausi resistere, quam abundanter omnia postulata tradiderunt, & ecce vix ad navim illata sunt, cùm subitò ignis divinitus immissus ea absumpsit, & simul totam Episcopi supellectilem.

Nihilo melior ille factus, cùm audisset Monachos perseverare in asserenda sua exemptione decrevit personaliter ad Monasterium accedere, & per carcerem aliasque pœnas acerbiores quoscunq; sibi nõ consentientes cogere. Venit igitur plenus minarum & cædis, in innocentes: sed ingressus Monasterium, cùm ad altare Sancti Galli oraturus accessisset, oratio eius facta est ei in peccatum, & eiusdem Sancti, & Dei manum supra se sensit juxta *can. 10. concil. 2. Hispal.* & maledictionem *ib.* positam: *Nam intestina eius more sartaginis ignis superpositæ fluere cœperunt, & tam diræ viscerum torsiones illum invaserunt extemplò, vt sine aliorum adminiculo egredi non potuerit, Sed (quod dicere pudet) egestionæ turpi impetu prorumpens, cũ adstantes nimio fœtore gravaret sine mora vehiculo, (quo decedere de Monasterio posset.) est impositus, Sicq; immoderato fluxu (naturæ consuetudine carente) vasi in quod egesta defluerent supersedens gressus est, & ad vicinum Monasterium (quod Au ea nominatur, cui & tunc præerat) perductus est ubi etiam ingravescente langore tantùm sibi famulantibus ob nimium fœtorem intolerabilis factus est, ut etiam pene nullus impendere obsequia solita posset. Tali itaq; pœna mulctatus, cumhoc factionum suarum præmio post aliquot dies, de cloaca corporis spiritum exhalavit.* Hactenus Strabo, apud quem vide plura.

Demum *sextò*. Probatur eadem mea propositio ex responsione ad obiecta. Nã ad *primum*, quòd Regulares abutũtur privilegijs. *Resp.* hos qui abutuntur (si qui sunt) esse compescendos, sed hîc vellem primùm scire quid sit abuti, ne fortè 22

multa.

multa nobis imponantur; Ac deinde ego *Resp.* etiam posito casu irrationabile esse, ut pro privatorum delictis ipsi Ordines & alij innocentes spolientur privilegiis, quibus non utuntur, nisi moderatè ad Dei gloriam & proximi utilitatem. *Nunquid iustum perdes cum impio* (ait Abraham) *absit à te, ut rem hanc facias.* Et Episcopi Galliæ in Concilio celebrato Parisiis *an. 849. Non est iustum ut unius culpa super omnes redundet. Neque ullo pacto rectum esse potest, ut uno peccante, super omnes vindicta consurgat, sed sic unius culpa resecanda est, vt omnibus, qui in eodem loco sunt, & venturi sunt, consulatur.* Quid sanctius Ecclesiæ Sacramentis? quid nobis utilius? & tamen his abutuntur magi & venefici. An ergo ideo tollenda fidelibus, & abroganda? Et si fas est retorquere argumentum (si tamen argumentum dici potest) similiter posset quis objicere. Episcopos reperiri violentos, qui sua authoritate excedant atque ideo esse ipsis restringendam, & ampliandа esse privilegia, ut queant se tueri Regulares.

23 *Ad secundum* Resp. Regulares non posse dici ullo modo turbare Hierarchiam Ecclesiæ, sive Ordinis, sive Iurisdictionis, quia quidquid operantur, hoc non tentant, nisi per privilegia legitima, & legitimè concessa à Summo Hierarcha relicta Episcopis & Parochis libera sua omni iurisdictione. Quin potiùs ipsi Parochi & Episcopi dici debent peccare in Hierarchiam, & esse rei huius criminis quod imponunt Regularibus, quia dum obsistunt eorum privilegiis sine dubio ipsi Summo Pont. & Summæ eius per universam Ecclesiam iurisdictioni obsistunt.

24 Ad *Tertium.* Quod propter Regulares nulla sit Episcoporum, aut Parochorum consideratio, viderint ipsi ne sua vita sit causa originalis, ut in minori æstimatione habeantur. Cæterũ qui boni sunt, quales non dubito esse plures tanquam cimtates supra montem positæ ab omnibus suspiciuntur, & ut nihil eorum virtubus obsunt privatæ Regularium obvantiæ, sic neq; commendationi. Quipotiùs & ipsimet Regulares pro officio debito venerantur, gaudentque ab exempla virtutum discere.

De Iurisdictione verò R. eam in illis minui à Regularibus, qui non utur privilegiis, nisi in eorum subsidium & tanquam operarii missi à Summo familias in vineam suam, hoc est Pontifice ad quem hoc spectat, & nemo qui vero zelo movebitur, nobis videbit, sed potiùs applaudet, & sibi tulabitur: *Quid æmularis pro me,* ait Mo *Quis det, ut omnes prophetent.* O quàm renter sibi similes verus, & falsus in se autem quàm dissimiles! Luc. 9. ceptor inquiunt Apostoli: *vidimus dam in nomine tuo ejicientem dæmonia, hibuimus eum, quia non sequitur nobis ait Iesus nolite prohibere, qui enim nõ est sum vos, pro vobis est.* En tibi zelum dilorum adhuc imperfectorum, en singulis momentis quærunt æmuli larium, eos scilicet prohibere, à pranda salute animarum, sed audire rici, audite Domini mei comm Magistrum: *Qui non est adversum vos bis est.* Nolite ergo prohibere, vestrochias, vestras Infulas non quæ Regulares vobis rapere, sed exp diabolum non tam de corporibus animabus vestrorum subditorum, tores sunt vobis dati non domina iura vestra intacta relinquunt, nem prohibent accedere ad suum Paroch Episcopum. Imò omnes ut accedant tantur. Quòd si vobis non sufficient providere tantæ multitudini, sanè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dendum esse in Ecclesia Dei Regulares, qui suppleant, nec quisquam (cuius oculus simplex fuerit) putabit sibi inde quidquam detrahi. Nam ut verè dixit Leo I. in Epist. ad Episc. Provinc. Qui studiosus est charitatis & pacis, nequaquam sibi credit ablatum, quod fratri videt esse concessum. Sed jàm ad alia.

DVB. VII.

An possit probabiliter sustineri nullum Privilegium Regularium esse sufficienter revocatum ad hoc ut illo abstinere teneantur?

Ad Artic. 1. cit.

SUMMARIUM.

Probabile, nullum privil. Regularium esse sufficienter revocatum & 2.

Revocatio privil. facta sine causa invalida.

Privil. datum favore causæ piæ non revocatur.

Neque quod est insertum juri alieno.

Neque quod transivit in contractum.

Lis pendens non tollitur nisi vocato eo, cuius interest.

Irrevocandis privil. Regul. Rex audiendus.

Non vult Papa ut revocationes subreptitiæ sortiantur effectum.

Omnia Privileg. Regul. habent naturam contractus.

Et sic tollantur possunt repetere suas pecunias.

Cassin. solvunt singulis annis censum Cameræ Apost.

Super eum contractum super privil. innovant.

Privil. Monasteriorum, quæ sunt capita suorum Ordinum, non comprehenduntur sub ulla revocatione.

Forma præscripta, sub qua solùm possunt revocari privil. Cassin. & seq.

Clausulæ privil. Cassin. sunt confirmatæ à pluribus Pontificibus.

Forma præscripta sub qua debeant revocari privileg. Dominicanorum.

Societatis.

S. Ioannis Hieros.

Privil. Camaldul. & S. Mauri sunt excepta ab omni revocatione.

Quid operentur clausulæ privil. & 26.

Nulla clausula in privil superflua.

Et ideo omnes defendendæ.

Formâ non servatâ corruit actus.

Vnus Pontifex an queat ligare Successores & seq.

Vnus Pontifex potest aliquam rem ad certum statum elevare, ad quam Successores nequeant manus extendere.

Probatur justitia singularum clausularum, sub quibus privilegia fuêre concessa Regularibus.

Vbi de expressione nominum Monachorum. Vbi de clausula irrevocabilitatis.

Vnum Pontif. posse præscribere formam servandam à suis Successoribus.

Pro quo allegantur exempla.

Pontifices non potuerunt errare in Bullis privilegiorum.

Papa an possit secũ dispensare à servanda forma sibi relicta à Prædecessoribus.

Clausula: pro expressis habentes, quid operetur.

Omnes revocationes privileg. sunt ex triplici fonte.

De revocationibus Trident. quid juris & seq.

De revocationibus aliorum Concil. à Trid. quid.

De revocationibus Sum. Pontificum quid.

Eorum constitutiones in Gallia & Hisp effectum non sortiuntur nisi Regi oblatæ.

De revocationibus Bullæ Cœnæ quid tenendum.

De revocationibus Gregorij XIII. quid.

De revocationibus Vrbani VIII. quid.

Hæ sunt potiùs Cardinalium quàm Vrbani.

Quid de ipsorum Cardinal. revocationibus.

74 *Cardinalium declarationes multæ suppositiciæ. Ideo non habent locum nisi attestatæ. Ibid.*
75 *In Gallia absolutè reijciuntur.*

1 DIana præter suum morem scrupulosus in *to.* suo 11. etiam præter intentionem fortè, ita *ibi* se sentire declaravit, sic enim loquitur *resol. 1. tract. 2. In his materiis caute procedendum puto, nec omnia calamo committenda. Ideo partes Episcoporum semper sumam, puto enim, cum Eminentiss. Card. Lugo de Sacram. d. 21. sect. 3. num 55. Dominos Antistites dexteritate, prudentia, humilitate lucrandos esse, ut postea nostra privilegia tueantur, vel saltem secundùm opinionem probabilem relinquant nos illis uti.* Ita Diana. At si dexteritate lucrandi sunt Episcopi, ut relinquant nos uti privilegijs, ergo non sunt revocata, aliàs non Episcopi, sed summus Pontifex foret lucrandus pro illorum instauratione. Et similiter, si possumus illis uti secundùm opinionē probabilem, ergo probabile similiter erit non esse revocata, saltem sufficienter: Quam quidem probabilitatem mihi ge-
2 nerat tum authoritas prædicti Eminentiss. Card. & ipsius Dianæ, tum pondus Rationum, quas in sequentibus ego deduco. Nam.

3 *Primò.* Sunt qui volunt revocationem privilegij non valere, nisi fiat ex causa, quæ respiciat publicum, & ea conditione, ut Princeps æquivalenter recompenset eum, cui tollit privilegium, pro quo ego allegavi sex Aūthores *p. 48. v. alij.* Nempe Ruin. Crayer. Surd. Riminald. Socin. & Jason. cum citationibus juris, quæ faciunt rem probabilem juxta dicta ub de opinione prob. At quidquid sit de causa, ob quam aliqua privilegia sunt revocata certè constat nullam compensationem esse factam. Ergo &c.

(*) Facit Canon 18. 2. Synod. gener.

Secundò. Volunt alij, non posse rēvocari privilegia concessa causæ pæ[ij] ejus favore, qualia sunt omnia Regula Pro quo ego item cito Authores, & *n. 13 p. 48.* Qui consequenter faciunt probabilem. Idemque dico de concil ad instantiam Regum & Principum, lia sunt similiter non pauca Regularu ut item ego dixi eod. v. alij attendun

Tertiò Guilel. Bened. *cap Raynu testa. v. si absque liberis sect. 2. num. seq. tract. de fideicom.* Ex Panor. & ali ribus, quæ ibi allegat, docet non p revocari privilegia vel leges ab alt corporatas suo juri. v. g non poss peratorem revocare leges insertas pori juris Can. nec Papam privileg serta juri Gallico; At privilegia Reg rium sunt inserta ipsorum juri & co tutionibus, ergo &c. *Nec d. cas:* Reg res subesse Papæ, nam etiam subes Rex Galliæ, & omnes alij Christiani eodem modo.

Quartò. Extat Regula Cancellar. non tollendo jure quæsito; nisi priùs catis & auditis his, quorum interest privilegia Regularium sunt jura ab quæsita officijs exhibitis Sedi Apost. C dinalibus Episcopis, & universali Ec siæ, ac in eorum Ordinibus longa a rum serie radicata, ergo debuerunt per audiri pro eorum revocatione, tamen non fuit factum aut certè admodùm.

Addit notabiliter Chass. *tract. 1. cap prop. 6.* Regularium privilegia pro m ri parte non tam ipsos respicere, q alios fideles. v. g. quantum ad Conc nes, Sepulturas, Missas, Absolutione Atque ideo juxta Regulam suprame ratam, quando agitur de abrogando a quo privilegio, non solos Regulare esse audiendos, sed etiam alios, quod e

videtur quasi impossibile, ideo saltem Regem seu Principem cuiusque loci esse audiendum, ut pro suis subditis respondeat.

Quintò. Non est credibile, Papam aut Cardin. velle, ut revocationes, quas fecerunt circumventi falsa præsumptione vel accusatione effectum sortiantur, repugnant enim omnia jura. Et signa circumventionis sunt, si v. g. Regulares indebitè spoliantur aliquo privilegio, si nulla causa in revocatione allegatur, aut falsa, aut si tanquam generalis, cùm tamen sit particularis, & non respiciat nisi aliquas personas unam Provinciam, vel unum Ordinem: si revocatio fiat ad preces & instantiam alicujus, &c. At quòd tam paucæ revocationes privilegiorum Regulariu emanaverint tali modo satis patet ex ipso contextu revocationum, & infrà plenius dicetur, ergo &c. (*a*)

Sexto. Privilegia, quæ conceduntur per modum remunerationis aut contractus, seu quæ transeunt in contractum, dicuntur comuniter irrevocabilia, quia jure naturæ tenetur Princeps servare datum verbum, aut saltem ad minùs faciendam esse privilegiato restitutionem seu compensationem, pro qua opinione ego cum diversis juribus allego ad 15. Authores 7. *sin autem.* Quibus in præsenti addo alios 9. nempe Felin. *in cap. novit. de judic.* Guilel. Bened. *in repetit. cap. Raynutius, de testa. v. si absque liberis sect. 2. num. 43.* Alexand. *cons. 101. lib. 1.* Ruin. *cons. 130. lib. 5.* Jas. *l. barbarius. ff. de off. præt.* Sanch. *lib. 8. de matr. d. 33.* Cucch. *lib. 1. tit. ma. tit. 6. num. 110.* Lopez & Matthæus. At quòd privilegia Regularium transeant in contractum, imò jam dudū transierint patet; quia *primò* Anno 1474. die 23. Februar. Eugen. IV. constituit *Cassinensibus* censum unius unciæ auri solvendum quotannis Cameræ Apostolicæ pro omnimoda exemptione & manutentione privilegiorum, ut patet ex Bulla, quæ incipit: *Etsi ex debito*, quæ est 58. in bullar. Margar. *Secundò*, quia Sixt. IV. An. 1474. die 24. Augusti aliique Pontifices successivis temporibus innovârunt prædictam Bullam, ac censum prædictum, qui singulis annis usque in hunc diem semper fuit solutus & acceptatus in Camera sub eodem titulo manutentionis privilegiorum & omnimodæ exemptionis. Et *tertiò.* Quia Anno 1571. die 20. April. Pius V. seu Camera Apostol. Et Cardinalis illi præpositus eiusdem Pii nomine confirmavit *Cassinensib.* & alijs Congregat. non Mendicantibus in Bulla expressis sua omnia privilegia. Et insuper eorum manutentionem juravit pro summa *quadringentorum millium scutorum auri*, quos dictæ Congregationes obtulerunt dictæ Cameræ cum tanto suo dispendio, ut usq; in hodiernum diem non potuerint sua Monasteria exsolvere à debitis contractis pro conflanda illa summa. Ergo constat de contractu, & consequenter quòd privilegia dictarum Congregationū non sunt simplices gratiæ, sed jura quæsita & satis carò empta. Ac ideo irrevocabilia saltem in opinione 24. Authorum, quos superiùs ego ad hoc allegavi. Vel certè poterunt ijdem Regulares repetere suas pecunias cū omni interesse, & hoc seu per se seu per Principes temporales potentes, in quorum terris habent Monasteria. (*b*) 12

Septimò. Quamvis daremus Sum. Pontificem non teneri ullis pactis & conven- 13

(*a*) Vide dicenda dub. 10. per tot.

(*b*) Regem ac Principes condecet ut privilegia ex antiquo Ecclesijs Dei concessa roborent, & stabiliter observari jubeant c. 1. Concil. Trosleiani apud Suession. celebrati Ann. 909.

tione suorum Prædecessorum, quod esset valde odiosum, dicente Domino: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* (*) Attamen singulis Annis solvunt *Cassinenses* suum censum Cameræ Apost. pro manutentione suorum privilegiorum, & sub hoc onere acceptatur. Ergo vi huius solutionis etiam singulis annis innovantur ipsis eadem sua privilegia, & consequenter, si quæ erant revocata eis restituuntur, ac per hanc annuam solutio-
14 nem omnes revocationes evacuantur. *Nec obstat*, quòd originariè constitutus est prædictus census solùm pro omnimoda exemptione. Nam ego *Respondeo primò*, fuisse posteà factam extensionem, quia jam à pluribus annis solvitur & recipitur simul pro manutentione privilegiorum, & sine ulla contradictione. Et *secundò*, omnia privilegia fundari in exemptione, quâ admissâ (ut par est) eaq; omnimoda (ut loquitur Eugen. IV.) debemus etiã per necessariam consequentiam admittere privilegia.

15 *Octavò.* Privilegia Sacri & nunquam satis laudandi Monasterij *Cassin. Cluniacens. Cisterc. Præmonstrat.* & similium, quæ sunt capita suarum Congreg. non comprehenduntur sub ulla revocatione generali, sed requirunt specificã, & in individuo mentionem (ut dicam infra ubi de præcell. Monast. *Cassin.*) quod hactenus non est factum, at ab his Monasterijs, lege communicationis derivantur privilegia ad omnia alia Monasteria. Ergo ut pro illis maioribus Monasterijs non sunt revocata, sic nec pro istis.

16 *Nonò.* Eugen. IV. In Bulla, quæ incipit: *licet ex debito.* Et alia, quæ incipit: *Regularem vitam.* statuit, nunquam derogatum iri privilegijs *Cassin.* nisi constet de voluntate derogandi in Pontifice. Ut autem ut constet, debebit *primò* Revocatio fieri cum Clausula: *ex certa scientia. Secundò.* Tenor privilegij, cui derogatur debet inseri de verbo ad verbum. Tertiò. Debent allegari causæ legitimæ, quæ hoc moveant. *Quartò.* Debet Congregatio nominari iteratis vicibus. Et quæ Per hæc nomina præcisè: *Congregatio Vnionis, aliàs de Observantia S. Iustinæ.*

Item idem Eugen. in B. quæ incipit *Acceptum.* decernit favore eiusdem Congreg. *Cassin.* nullam futuram derogationem valere contra eius privilegia nisi facta expressa mentione omnium ejus posteriorum, & allegatione causarum urgentium & sufficientium.

Item idem Eugen. in B. quæ incipit *Exiniuncto.* dat 5. Calend. Jul. Anno 8. quæ est Ordine 61. in *Bullar. Marg.* pro privilegijs eorundem *Cassin.* Iubetur: *Motu proprio non ad Abbatum nostram, sed de nostra mera liberalitate statuimus, ordinamus, decernimus, declaramus, per quascunque litteras Apostolicas, seu quorumcunque Conciliorum hactenus celebratorum, vel in futurum celebrandorum, quorumcunque tenores existant, seu quascunque Clausulas derogatorias in præteritum vel in futurum habentes, etiamsi motu proprio, & ex certa scientia, cum decreto irritante etiamsi per viam [illegible] & constitutionis. Et ad quorumcunque [illegible] Regum & Reginarum, aliorumque Principum seu Ecclesiasticarum Personarum, etiamsi cardinalatus dignitate præfulgeant. Aut Universitatum etiam Scholarium instantiam, Sedis in genere vel in specie. Ob publicam [illegible] vatam causam emanatas, concessas, aut [illegible] sterùm concedendas. Etiamsi in iis, [illegible] verbo ad verbum. Et quod singulariter [illegible] minatim & individuè concessiones & [illegible] eiusmodi dictæ Congregationi concessa, [illegible] expres-*

(*) Iuravit Dominus & non pœnitebit eum. Psalm. 109.

expressis haberentur, contineatur expressè. Quapropter alias quascunque Clausulas in Apostolicis Litteris, aut quorumcunque Conciliorum habetus solitas apponi, quantumcunque specialem & expressam derogationem continentes. Has iisdem litteris, de nominibus & cognominibus omnium & singulorum Monasteriorum & Monachorum, qui pro tempore fuerint dictæ Congregationis specificè caveatur privilegiis indultis &c. eusmodi non fuisse, nec esse in toto, vel in parte, quomodolibet derogatum hactenus nec imposterum derogari. Hoc specialiter ultra omnes derogationum formas requiri decernimus, ut per hoc intacta & illibata, ac specialiter præserrata censeantur, & intelligantur ab omnibus, & quibuscunque Clausulis derogatoriis, etiam eisdem privilegiis specialiter derogantibus, nisi formæ prædictæ specialiter fuerit servatum.

Prædictas Eugenij constitutiones una cum suis Clausulis : *Ex certa scientia*, confirmavit Nicol. V. An. 1449. die 13. Jun. B. quæ incipit : *licet ex debito*. Pius II. An. 1458. die 18. Jan. B. quæ incipit eodem modo, Alex. VI. An 1501. die 1. April. B. quæ incipit : *Inter cæteras*. Et Leo X. An. 1515. die 2. April. B. quæ incipit : *Dum fore*. In qua ipsismet verbis Eugenij utitur.

Item Paul. III. Anno 1537. die 5. Nov. universaliter confirmavit quæcunque Cons. privilegia, & à quibuscunque illis concessa, *sub quacunque forma & verborum expressione cum omnibus & singulis Decretis & Clausulis in eis contentis*. Ac in augmentum addidit, nunquam derogatum iri eiusmodi privilegiis & Clausulis. *Per quascunque Litteras Apostolicas generales vel speciales tum derogatoriarum derogatorias, efficaces & insolitas Clausulas, ac irritantia decreta*. Nisi in derogatione fiat *primò* Expressa mentio privilegiorum, quibus derogatur, Clausularum, sub quibus concessa sunt, & hujus constitutionis inserto singulorum tenore de verbo ad verbum, nullo penitus omisso, ac data specificata. Et *secundò*. Ipsa derogatio per tres distinctas litteras eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus intimetur Præsidenti, Definitoribus, ac Visitatoribus Congregationis, qui consentiant. B. quæ incipit : *Benignitas Sedis Apostolicæ*.

Item Idem Eugen. IV. pro *Dominican.* 21
Sixt. IV. pro *Minoribus*, Paul. III. & Pius V. pro *Societ. Iesu* decreverunt, nunquam eorum privilegijs derogatum iri, nisi facta expressa illorum mentione, inserto tenore de verbo ad verbum.

Item pro eadem *Societ. Iesu* Greg. XIII. 22
sancivit, nullam revocationem eius privilegiis posse nocere, nisi talis revocatio fuerit tribus vicibus intimata. B. quæ incipit : *Æquum reputamus*. de qua Franc. Amic. *tomo 5. de iust. & jur. d. 9. sect. 10.*

Item Clem VII. Anno 1534. die 2. 23
Jan. pro Ordine militū S. Joan. Hieros. statuit, non posse per ullam revocationem ejus privilegia tolli, nisi *primò*. Consistorialiter fiat mentio litterarum, in quibus continentur. Ac *secundò*. Per trinas litteras Apostolicas, tribus distinctis vicibus revocatio intimetur Magistro generali, & Conventui ac ab ipsis acceptetur. B. quæ incipit : *Clementia disponente*.

Item idem Clem. VII. concessit *Camal-* 24
dul. privilegia omnium Ordinum. Ac declaravit, nunquam fore illis revocanda, nec sub ulla revocatione unquam comprehensa, quin potiùs illis restitui, toties de novo concessa censeri, & in pristinū statum redintegrari, quoties aliqua eorum revocatio emanaverit à futuris Pontificibus. Cùm autem prædictus Clemens morte præventus non potuisset Bullam expedire super hac gratia,

Paul.

Paul. III. eius Succeſſor *motu proprio & ex certa ſcientia* ſub ijſdem clauſulis innovando gratiam eam expedivit 3. non. Novemb. anno 1534. que incipit: *Rationi congruit*. Et eſt impreſſa Romæ ad finem Reg. S. Benedicti cum conſtitutionibus eorūdem Camaldul. Quod idem Congregationi S. Mauri conceſſit Vrban. VIII anno 1627. die 21. Ian. B. quæ incipit: *In ſupereminenti*. Publicata Pariſijs à domino vicario generali Illuſtriſs. Archiepiſcopi anno 1629. die 16. Maij.

25 Quid autem operentur eiuſmodi clauſulæ, magis rigoroſi DD. admittunt, eas operari ſaltem quoad Pontifices, qui ſub illis privilegia conceſſerunt. Et ſic iam
26 habemus nulla fuiſſe ab illis ſublata. Verùm ego aliquid plùs ex ijſdem clauſulis & formulis colligo. Nempe voluiſſe

Primò. Prædictos Pontifices demonſtrare ſummum deſiderium, quo tenebantur, ut privilegia quæ vel dabant vel confirmabant, ſemper integra ſervarentur. Et ita expreſſè declaravit Eugen. IV. in B. quæ incipit: *Ex iniuncto*. Per hæc verba quæ ſuperius retuli. *Hoc Specialiter &c.*

Secundò. Eoſdem Pontifices voluiſſe per eaſdem clauſulas obviare ſubreptitijs & ſolicitatis revocationibus eorundē privilegiorum, hoc enim valde clarè expreſſit. Idē Eugen. in Bulla: *Et ſi ex debito* & B. *Regularē vitam*. his verbis: *Cùm plerumq; contingat, importunitate petentium & negotiorum multitudine, ſuppreſſione veritatis, ſummos Pontifices fatigatos, aut circumventos, ea concedere, quibus aliàs nullatenus annuerent* &c.

27 *Et tertiò*. Quòd cùm in privilegijs verba debeant aliquid operari, & non eſſe ſuperflua. *capit. Abbate de verb. ſignif. cap. ſi Papa. de privil. in 6. & l. 3. ff. de jur. jur. l. ſi quando de legat. 1.* Bald. in *rubr. C. de contrah. emp* Alex *conſ. 9. vol. 7.* Boer. *1. p. deciſ. quæſt. 32. num. 23.* Imò & ipſæ ſyllabæ ipſique apices ut docent Gloſſ. *cap ſolitæ de ma. & ob.* Sa philæus. *de litt. grat. tit. de vi & effic. claus. §. 1.* Simon de pretis. *de inter. ult. vol. lib. interpret. 3. dub. 2. reſ 5.* & Sanch. *lib. 3. de d. 26* Et favore ſum. Pontificum ac Sa Apoſtol. debeamus ſemper manuten bullas cum omnibus clauſulis earum aliàs actus non valeat, ſi non ſerva forma ad illum celebrandum præſcrip ideo ego dico, probabile eſſe, nullam vilegiorum revocationem eſſe ſuffic tem ad illa tollenda: quia forma a præſcripta nunquam fuit obſerva ita Andr. Mendo *in Bull. cruciat. d. 23.* tenet in ſpecie de privilegio abſolve caſibus, quos Epiſcopi ſibi reſerva dicit Regulares poſſe ab illis abſolv non obſtante revocatione Vrban. & S Congreg. quia inquit Greg. XIII. *Soc et Ieſu* ſancivit nullam revocatio obeſſe ejus privilegijs, niſi revoc fuerit intimata tribus vicibus, quod fuit obſervatum pro hoc privilegio que dico per proportionem de omn alijs, quę dicuntur revocata.

Duo tamen obijciuntur contra diſcurſum. Nempe *primò*. Non poſſe Pontificem preſcribere formam ſerv dam ſuis ſucceſſoribus, aut manus e gare, atque ideo clauſulas omne quibus in ſuperioribus nullius eſſe menti. *Verùm*

Reſpondeo primò, me ob reverentiam bitam Summo Pontif. illibenter ad dum loqui de illius poteſtate. Reve quæ à tanto culmine procedunt diſcu extimeſco, at quoniam obiectio pro ſita, & materia præſens cogit ſcribe præmiſſa omnimoda ſubmiſſione, d ita quidem eſſe, & non poſſe unum P tificem ligare ſuos ſucceſſores, n circa futura, & circa illa, circa quæ inv-

invenitur dispositum. In quo sensu ego puto propositionem esse verissimam. At circa ea, quæ jam sunt disposita, plusculum dubii & difficultatis mihi facescunt & exempla quorundam Pontificum, & doctrina quorundam Authorum, nam in 1. sect. ubi de amiss. privil. per revoc. Ego notavi diversos calus, in quib diversi Authores tenent privilegia esse irrevocabilia, & in quibus consequenter dicendum est (secundum ipsos) esse ligatos Sum. Pontifices, & licèt *ibi* in sensu tradito contrarium asseruerim, Authoritas tamen illorum Doctorum reddit eorum opinionem probabilem. Pro cujus confirmatione ego hîc allego Bullam Pauli huius nominis primi, quæ incipit: *Inter diversa.* Subscriptam non solùm ab Archidiac. Romano, sed etiam à 22. Episcopis & 18. Cardinalibus, & ab ipso Paulo in Concilio Romano promulgatam. In qua sub interminatione divini judicij & excommunicationis prohiber suis Successoribus alterare, quæ ibi disponit in favorem Monasterii SS. Stepani & Sylvestri, & sic loquitur: *Domini nostri Iesu Christi, & B. Petri Principis Apostolorum authoritate decernimus, nullo quoquo modo nostrorum Successorum Pontificum licere, vel alicui parvæ magnæve persõæ, cuiuscunque sit honoris prædita dignitate (qua licet exquisita ingenii arte) dissolvere hæc, quæ à nobis pro intuitu ad laudem Redemptoris & honorem sanctorum eius sunt constituta* Et post nonnulla: *Si quis autem ex nostris successoribus Pontificibus, aut ex quocunq; homine &c. præsumpserit quocunque argumento, vel exquisita occasione hæc &c. destruere, dissolvere, vel quoquo modo temerare, sciat se Domini Nostri Iesu Christi, atq; B. Petri Principis Apostolorum authoritate indissolubili anathematis vinculo innodatum &c.*

Audis, quomodo unus Pontifex ligat suos Successores, & prohibet alterare quæ disposuit? At ne cogamur dicere, eum excessisse, simulq; tot Episcopos, & Cardinales, qui Concilio interfuere, non video quomodo possit hæc Bulla explicari, nisi dicamus ita esse, & saltem posse probabiliter unum Pontificem in quibusdã casibus legem ponere suis Successoribus & prohibere alterare à se disposita.

34 Nec tamen per hoc læditur pontificia authoritas. Nam cùm dico, Deum non posse creare S. Michaelem, nihil per hoc negatur de ejus omnipotentia, sed solùm intendo dicere eum non posse creare, quod iam supponitur creatum. Ita cùm dicitur, non posse unum Pont. mutare disposita à suo Prædecessore, non negatur ejus potestas, sed (cùm hæc non sit data nisi ad ædificationẽ) solùm dicitur eum non posse ædificare id quod iam invenitur ritè ædificatum, & iam ritè dispositum.

35 Et sanè videtur hæc mens fuisse Zosimi item Papæ *in epist. ad episc. provinc. Vien. & Narbon* 2. Nam cùm olim pro reverentia S. Trophimi Archiep. Arelat. fuisset ei & eius Successoribus attributa potestas instituendi Episcopos in prædictis Provincijs. Proculus verò, & Simplicius in Concilio Thurinensi obtinuissẽt huius privilegij cassationem; causa delata ad Zosimum, is obstitit Concilio & privilegium restituit dicens, neque à Concilio neq; ab ipsa Sede Apostolica potuisse aut posse tolli. *Indecens ausus, & in ipso vestibulo resecandus* (inquit) *hoc ab Episcopis, ob certas causas Conciliũ agitantibus extorquere quod contra statuta Patrum, & S. Trophimi reverentiam concedere vel mutare, ne huius quidem Sedis possit authoritas.* Vides iterum longè aliter à modernis censuisse antiquos Pontifices de dispositis à suis prædecessoribus?

36 Quod adhuc valde evidẽter docuit Symmach. *epist. 1. ad Aeonium*, nam cùm Anastasius

ſtatius ejus prædeceſſor iterum idem privilegium Archiep. Arelat. abrogaſſet, iterum illud reſtituit dicens, non potuiſſe tolli etiam ſub *cujuslibet neceſſitatis prætextu*. Et rationem reddens ſui dicti, & reſtitutionis à ſe factæ; *Dum* (inquit) *ad Trinitatis inſtar (cuius una eſt atq; indiviſa poteſtas) unum eſt per diverſos antiſtites ſacerdotiũ, quemadmodum priorum ſtatuta convenit à ſequentibus violari? Huc accedit quòd ne ſit ſententiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam catholicam Religionem pertinere credimus, cuius omnis poteſtas infringitur niſi univerſa, quæ à Domini Sacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Et quanta Vicariis Beatiſs. Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in Sacerdotio præcipiunt, eiſdem tranſeuntibus diſſolvantur?* En igitur tibi alterum Pontificem profitentem non poſſe unum tollere privilegia data à ſuo Prædeceſſore, imò affirmãtem hoc pertinere ad integritatem Religionis Chriſtianæ, honorem ipſorum Põtificum, & conſervationem authoritatis Apoſtolicæ. Ad quod inſuper videri poteſt *can. quæ ad perpetuam. can. contra & can. iuſtitiæ 25. quæſt. 1. c. privilegia. c. ſi ea. c. inſtitutionis. c. quod vero. can. Eccleſiaſticæ, & c. deceſſorum 25. quæſt. 2.* Cui autem hæc reſponſio non placuerit.

37 Reſp. 2. Non poſſe quidem unum Pontificem ligare manus ſuis Succeſſoribus, bene autem certas res ad certum ſtatum elevare, ad quem non poterunt eorum manus pertingere, niſi certo modo, & ſervatis certis circumſtantijs. Seu aliquid ſtatuere aut diſponere ſub certis circumſtantijs, quibus ſtantibus non poſſit diſſolvi, niſi ſervatis ſeu adhibitis alijs. Et tunc non dicitur poteſtas Apoſtolica imminuta, ſed diſpoſitio illi ſubtracta, ſeu reddita inhabilis ad recipiendam ejus impreſsionem, niſi ſub tali modo, & forma.

38 Hoc autem eſſe licitum & validum, patet non tantùm ex ſupramemoratis con[illegible]ſtitutionibus, ſed etiam ex multis [illegible] quę poſſent allegari. Nam quantum [illegible] illam clauſ. quòd privilegia Caſſin. [illegible] quam cenſeantur revocata, niſi in[illegible] nominib. Monaſter. & Monachor[illegible] quę videtur valde exorbitans, Leo X. [illegible] eadẽ ferè forma & clauſula expedivit [illegible] lam quę incipit: *Cùm diu aures* pro Mo[illegible]ſterio S. Vital. Raven. ejuſdem Con[illegible]gat. Caſſin. *ibi* enim decernitur nun[illegible] cenſendum derogatum diſpoſitis p[illegible] lam aliam conſtitutionem, etiam [illegible] *proprio*, & *ex certa ſcientia* editam, niſi [illegible] ſpeciali mentione Congregationis [illegible] minis & cognominis ejus Pręſidentis [illegible] ſitatorum ac omnium Abbatũ & Mo[illegible] horum dicti Monaſterii, uti vide[illegible] in Bullar. Margar. conſt. 136.

De quo & aliud exemplum habe[illegible] Iul. II qui ſancivit nullam rem A[illegible] nianorum poſſe impetrari per ul[illegible] ſcriptum Pontificiũ quibuſvis cla[illegible] niſi nominatis, ſeu expreſſo conſe[illegible] nium Priorum totius Ord. uti ego [illegible] ubi de Monaſteriis.

Quantùm item ad clauſulam [illegible] Clem. VII. Paul. III. & Vrban. VI[illegible] ceſſere privilegia ſub irrevocabi[illegible] quod adhuc videtur magis exorb[illegible] ſuppetunt multa alia exempla [illegible] Pontificum, ut Iul. II. in Bulla de [illegible] mediatè ejuſdem Pauli III. in B. qu[illegible] pit: *Sedis Apoſtolicæ*. quæ eſt 153. [illegible] Caſſin. Et in qua ſic loquitur: *De[illegible] præſentes, litteras ſub quibusvis revoca[illegible] ſuſpenſionibus, limitationibus, reſtitu[illegible] & modificationibus gratiarum, eiſ[illegible] nachis conceſſarum, & inpoſterum con[illegible] rum, nullatenus comprehendi, ſed [illegible] illis exceptas & quoties emanaverint, [illegible] priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenari[illegible] tegratas eſſe*. Item & Pij V. Primò in B[illegible]

incipit: *Dum ad Congregationem.* In qua fauore Cassinensium sic loquitur: *Decernimus præsentes litteras perpetuæ roboris firmitatis subsistere, & nullo unquam tempore, sub obtentu similium vel dissimilium facultatum & indultorum revocationibus, prohibitionibus, moderationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam in dicta Bulla Cœnæ Domini pro tempore contentis minimè comprehensas esse, aut comprehendi debere, sed semper ab illis exceptas fore & censeri, & quoties contraria eiusmodi emanabunt, toties eadem præsentes & in eis contenta in pristinum & validissimum statum reducta, & redintegrata esse.* Ac *secundò* in B. quæ incipit: *Summi Sacerdotij.* Pro MonialibusDominican. ut ante complerum annum probationis possint in articulo mortis profiteri, quod similiter concedit sub irrevocabilitate, & sub ea Clausula ut si contigerit revocari toties de nouo censeatur restitutum, & de novo concessum, quoties talis revocatio emanarent, ut ego retuli ubi de Novitijs.

Quòd item possit unus Pontifex dare privilegia seu aliqua statuere, nunquam à suis Successoribus revocanda, nisi sub formâ, quam ille præscripsit, habemus aliud exemplum à Clem. VIII. in B. quæ incipit: *Commissum nobis.* In quo nonnulla disponit circa obseruantiam ac regimen Congreg. Cassin. & decernit sic statuta nunquam futuris temporibus posse revocari, aut revocata censeri, nisi facta expressa mentione dictæ Congreg. Et inserto tenore hujus constitutionis de verbo ad verbum, nullo penitus omisso. Habetur in Bullar. Cassin. Ordine 245. Pro quo facit *c. 1. de const. in 6. & cap. unic. de const. præl. eod.*

42 Ergo non unum, sed ad 16. (quibus possint addi plures alij) Pontifices, nempe Zosimum, Symmac. Eugen. IV. Nicol. V. Pium II. & V. Clem. VII. & VIII. Alex. VI. Jul. II. Sixt. IV. Paul. I. & III. Greg. XIII. & Urban. VIII. qui concessêre vel confirmavêre privilegia, aut nunquam revocanda, aut nonnisi sub certa forma, & consequenter qui credidêre se hoc posse, & qui tenuêre id esse licitum, nec fore sufficientes ullas revocationes factas non servatâ formâ præscriptâ. At si dictum unius Doctoris reddit opinionem probabilem quid nos censebimus de doctrina tot Pontificum? Ponamus, quòd ipsi potuerint errare tanquam Doctores privati, an non saltem eorum opinio probabilis, atque ideo saltem tuta in conscientia? At mihi non solùm est opinio, sed doctrina certa & infallibilis, nam non potest Sum. Pontifex errare in Bullis, quæ concernunt statum comunem ac universalem Ecclesiæ (quales sunt istæ, & per quas Regulares absolvunt, dispensant, Sacramenta ministrant, &c.) Et sic cùm prædicti Pontifices statuerint, nunquam derogatum iri privilegiis suis, aut nonnisi servatâ certâ formâ relinquitur ita esse, & nunquam fore derogatum, nisi saltem ea forma servetur, quod cùm hactenus nõ sit factũ, sequitur insufficientes esse quascunque derogationes usque hunc in diem emanatas.

43 Objicitur *secundò* contrà doctrinam, valere quidem illas Bullas & formas, sed posse Pontifices Successores secum dispensare ab illarum obseruantia, & de facto dispensâsse per subsecutas revocationes cum Clausula: *pro expressis habentes.* Verùm Respond. hîc peti principium, & ex dictis posse (saltem probabiliter) teneri, hoc non posse Pontifices. Imò & hanc Clausulam: *pro expressis &c.* non sufficere. *Tum* quia illa suâ naturâ non est apta nata ad derogatum; nisi privilegijs personarum aut locorum particulariũ,

in odium juris obtentis, ut docent Henric. Gabriel. *tit. de clauſ. conſ. 5. §. 15.* Gomez. *in 1. & 6. Reg. Cancell.* Marcellin. à S. Bened. *v. privilegia in notab.* Et poſt ipſos Chaſſ. *tract. 1. cap. 5. prop. 5. Tum* quia ubi lex requirit ſpecificam & expreſſam mentionem, non ſufficit tacita vel generalis. *cap. 2. de præbend. & cap. fin. de procur. in 6. Tum* quia licèt illa ſufficeret, requiritur inſuper, ut revocatio intimetur tribus vicibus, & ut in ſingulis acceptetur, ut fuit ſtatutum pro Melitenſib. Equitibus, & ſupra retuli, quod hactenus non eſt factum. *Tum* quia Eugen. IV. expreſſè cavit ac declaravit in ſuis conſtitutionibus, hanc Clauſulam non ſufficere ad derogandũ ipſis, nec fore *Caſum* obligatos, abſtinere privilegio revocato ſub ipſa ſolùm, & non ſervatâ formâ præſcriptâ. Per quod notabiliter reſtringitur doctrina, quam ego trado, ubi de Clauſulis: *v. addunt tamen.* Unde ex *num. ſeq.* habes duas alias exceptiones, nempe non revocari per generales eiuſmodi Clauſulas privilegia jurata, vel clauſa in corpore juris, ſeu illis æquivalentia, qualia ſunt omnia Regularium, ut notavi ubi de exemptione. *v. econtra.*

45 *Nonò.* Omnes revocationes privilegiorum hactenus factæ, vel ſunt ab aliquo Concilio, vel aliquo Summo Pontifice, vel à Cardinalibus; Atqui ex nullo horum capite invenitur ſufficiens revocatio, ergo licitus eſt omnium uſus.

Probatur minor. Et *primò* quidem de *Con-*
46 *ciliis.* Nam quantùm ad alia à Tridentino plures Pontifices confirmaverunt privilegia ſub hac Clauſula: *modò non ſint contraria Trident.* Ex quo omnes communiter inferunt, revalidata fuiſſe quęcunque alia, à quocunque alio Concilio revocata, pro quo vide dicta, ubi de confir. *v. quarto quantùm*, ut jam de ſolo Tridentino agere habeamus.

Igitur quantùm ad ipſum *Trid.* non fuit univerſaliter receptum, primo habemus non obeſſe in Provincijs, in quibus non fuit tum, & in hoc omnes conveniunt. cis verò, in quibus fuit receptum, item conveniunt, non nocere gijs eius decreta, niſi habeant non obſtantiæ, unde ubi hæc nitur, valent adhuc privilegia, forte decretum ſit contrarium, difficultas remaneat pro decre bentibus prædictam Clauſulam. autem poſſit probabiliter ſuſtine illam ſufficienter derogare privil

Probatur *primò*, quia Trid. non in ſuis derogationibus, niſi Clau nerali: *non obſtantibus*, hæc autem efficaciæ ſufficientis ad abroganda vilegia Regularium, ut conſtat ex ubi de hac Clauſula: *v. demum, & v.*

Secundò. Quia Trident. ordinarie rogat privilegijs Regularium (ut *exemptorum*, horum autem nomine veniunt multi ut infra dicetur.

Tertiò. Non revocat contractus ſolùm privilegia. Quæ autem Regulares, hæc in contractum runt, ut dixi in ſuperioribus.

Quartò. Non revocat jus ſcripſ aut privilegia inſerta juri, atqui Regularium ſunt inſerta, & alia valent inſertis propter Clauſulas proprij, & certæ ſcientiæ, aliasque les ut volunt DD. & ego dixi ſuis

Quintò. Eugen. IV. expreſsè cav privilegijs *Caſum.* nunquam ab turo Concilio revocanda aut rev cenſenda niſi ſervata forma, quam ſcripſit. Quod 4. Pontifices nempe col. V. Pius II. Alex. VI. Leo X. con runt. Et non fuit factum à Triden

Sextò.

Sextò. Etiã si daremus sufficientes esse Trident. derogationes, & de facto aliqua privilegia fuisse ab illo abrogata, attamen Pius IV. qui Anno 1565. confirmavit ipsum Trid. in Mense Febr. confirmavit similiter privilegia Ordinis S. Joannis Hierosol. ut ait Onophr. *in eius vita*, & deinde Ordinis SS. Trinitatis eodem anno, in Mense Junio sequenti absque ulla limitatione vel restrictione eorum, quæ non sint contra Trid. Ergo per hanc confirmationem tam vicinam ipsi Trid. revixerunt quæcunque privilegia, quæ possent prætendi à Trid. suppressa, & ita tenet Hinoiosa *in direct. decis. Reg. v. confirmatio.* ubi refert, quòd hac confirmatione exhibita Academiæ Salmantinæ, ita DD. censuerunt, & privilegia omnia revixisse virtute ipsius, usumque consequenter omnium licitum esse.

Septimò. Pius V. Anno 1571. die 7. Jul. Societ. Jesu, & Urban. VIII. Anno 1627. Duod. Cal. Febr. Congreg. sancti Mauri concessit, & innovavit omnia privilegia absque exceptione, quòd non sint contra Trident. ergo sicut virtute confirmationis Pij IV. (de qua supra) revixerunt privilegia revocata à Trid. ex resolutione Universitatis Salmant. ita & virtute istarum concessionum eorum omnium usus est licitus.

Octavò. Idem Pius V. Ann. 1566. die 23. Maij pro foro conscientiæ restituit Minoribus omnia privilegia revocata à Trid. ut testantur Lam. *in meth. p. 1. cap. 7. §. 6.* Dian. *tract. 2. dub. Reg. res. 59.* Capuccin *in annot. ad Casar. v. communicatio.* Portel. *v. privileg. cessat* Joan. Cruz *in epit. lib. 2. cap. 3.* Vera Cruz *in spec. coniug.* Compend. Societ. Jesu, & plures alij. Neque obstat, quòd aliqui dicunt, hoc privileg. fuisse revocatum à Greg. XIII. per B. quæ incipit: *In tanta.* *Tum* quia in illa non servatur forma requisita ad abrogationem privilegiorum, *tum* quia in superioribus *dub. 4.* ego allegavi Authores affirmantes illam Bullam nunquam fuisse promulgatam, *alios* dicentes, non fuisse intimatam, & *alios* dicentes, non fuisse receptam. *Neque* item *obstat*, quòd aliqui dicunt, illam Pij concessionem esse oraculum, atque ideo cum alijs revocatum, nam ex dictis ubi de confir. & ubi de revocat. & infra patet contrariũ, quia quando facta est revocatio Oraculorum, hoc jam transierat in naturam constitutionis. Adde quod Marchan. *de sacr. Ord. tract. 1. p. 5. c. 2.* affirmat hanc 56
eandem gratiam utendi in foro consciẽtiæ privilegiis revocatis à Trid. factam esse Ord. Mend. alia concess. Greg. XIII. Quod item suæ Societ. ab eodem Greg. concessum ait Gasp. Hurt. *diff. 21. de Sacr. Ord.* Et sic, si non licet uti hâc gratiâ, quatenus est Oraculum à Pio V. licebit quatenus est à Greg. XIII.

Demum Prædictus Pius V. año 1570. 57
die 18. Jan. concessit & iñovavit *Dominicanis* omnia privileg. *non obstantibus Regu. Cancellariæ editis, vel edendis, nec non quibusvis constitut. seu Apostolicis, seu Provincialibus, seu Generalibus.* Quibus videtur derogatum Tridentino, aliàs superflua esset illa particula *Generalib.* (quod jura abhorrent) atque hæc de Trident. no.

Sed & probatur eadem mea *minor*, de 58
constitutionibus Sum. Pontificum nullam earum sufficienter derogare privil. Regularium. Nam *primò* illæ pro maiori parte non sunt receptæ in Germania, Hungar. Polon. Bohem. Gallia & multis alijs locis unde Regular. qui in illis existunt, inculpatè eas non servant, & utuntur suis privilegijs, quantúmvis per eas revocatis, at Cismontani gaudent

privilegijs Transmontanorum, ergo ijſdem poſſunt uti non obſtantibus dictis conſtitutionibus, & tunc non dicentur facere contra prohibitiones vel conſtitutiones Pontificias, ſed uti communicatione ſibi indulta & non ſublata, cùm de illa nihil dicatur in ejuſmodi conſtitutionibus.

59 Facit ad hoc, quia Rex Cath. & Chriſtianiſſ. habent privilegium, ne ulla Bulla ſortiatur effectum in ſuis terris, niſi ſit ipſis præſentata, & ab ijſdem acceptata, ſoletque hæc præſentatio & acceptatio fieri in Parlamentis ſeu Curijs ſupremis cum conſenſu Advocati, Fiſci, ſeu Regis, quod tamen non eſt factum pro ejuſmodi conſtitutionibus privilegiorum revocatorijs.

60 *Tertiò.* Nullus Pontifex invenitur obſervâſſe formam requiſitam ad abroganda privilegia in ulla ex dictis conſtitutionibus, ergo ſunt omnes inſufficientes ſecundùm dicta in ſuperioribus.

61 Punctum autem penitius expendendo adverte, quòd revocationes Pontificiæ, quæ magis inſtanter allegantur, vel ſunt Bullæ Cœnæ Domini vel Gregor. XIII.

62 aut Urb. VIII. Et quidem quod ad Bullã Cœnæ attinet, præter ea, quæ dixi ubi de pot. Reg. ad abſol. *v. verùm nonnulli.* Et ubi de pot. Præl. ad abſol. *v. nota tertiò*, hæc non tollit, nec abrogat privilegia cruciatæ, ut docent Villalob. *to. 1. tr. 27. clauſ. 4.* A Coſta & Lud. de Cruce, quos citat & ſequitur Macchad. *lib. 1. p. 3. tract. 8. doc. 4.* ubi dicit: *communem opinionem.* Ergo à fortiori nec revocat aut tollit privilegia Regularium, cùm ſint longè firmiora, & magis radicata in ſingulis Ordinibus, utpote pluries confirmata, & multò cariùs empta, nempe non duobus Realibus (ut Cruciata) ſed ſumma ingenti & contractis debitis, à quibus nec uſq; huc potuerunt Regulares ſe exſolvere. Quòd ſi dicitur Cruciatam non tolli aut revocari, quia ob duos Reales, qui in receptione ſolvuntur, fit quidam contractus inter Papam & recipientem, in recipiente acquiritur jus ad privilegia Cruciatæ, quam æquius eſt dici nec tolli aut revocari privilegia Regularium per Bullam Cœnæ, quæ ut dicto pretio, & non per ſimplicem, ſed juratum contractum acquiruntur.

Quòd verò attinet ad revocat. Gregor. XIII. ſciendum eſt, quòd Pius V. eius Prædeceſſor multa de conceſſiſſet Regularibus, & multa qua in eorum favorẽ interpretatus ſet in diverſis occaſionibus, & B. prædictus Gregor. dicitur hæc o revocâſſe per Bullam ſuam, quæ in *In tanta.* de qua jam alibi.

Verùm Reſp. primò, me jam alibi monuiſſe, hanc Bullam aut non eſſe mulgatam, aut non intimatam, aut receptam ſecundùm diverſos Doct quorum authoritas reddit rem pri lem. *Deinde* ego *Reſpondeo*, quòd u advertit Caſſahing. Ipſemet Gregor rogavit dictæ ſuæ Bullæ, & illam cavit per aliam quæ incipit: Ex per quam Minoribus confirmavit novo conceſſit ſua privilegia ex ſcientia, & ſubſequentibus Claus *Non obſtantibus conſtitutionibus & ſtatutis ſtolicis, per quoſcunque Romanos Pontifi etiam nos cum quibuscunque irritativis, lativis, caſſativis, etiam privilegiorum revocativis, quibus omnibus hac vice ſpecialiter & expreſsè derogamus.* Gregor. non derogat generaliter bus à Pio conſtitutis, aut conceſſis his tantùm, de quibus loquitur in Bulla (etiam poſito quòd ſit admiſſa) & ſic alia omnia conceſſa, ſeu à dicto

ſeq.

Pontificibus, manent in suo vigore, ut inter alios advertit Roder. *to. 1. quæst. 44. a. 3.* Et quia frequenter occurrit memoria dictæ revocationis Gregorij XIII. ejusq; Bullæ, placet pro veriori resolutione sub cõpendio dispositionem ejus sic subjungere. Ait igitur: *Cùm itaque felicis record. Pius Papa V. Præcessor noster auditis gravaminibus, quæ fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus variis modis inferri dicebantur. Super sacris concionibus & Concionibus habendis, Confessionibus audiendis, Pœnitentijs imponendis fratribus ad Ordines promovendis. Celebratione Missarum. Cura animarum. Sacramentorum administratione. Sepulturis. Quarta Funeralium, legatis, donationibus, Eleemosinis, Collectionibus, aliisque eiusmodi juribus. Nec non decimis, ac aliis oneribus. Ac etiam super statu & regimine Montalium ipsis fratribus subiectarum formatione Processuum. Censurarum publicatione. Processionibus, Præcedentia locorum acquisitione. Caterisque aliis rebus tunc expressis, hactenus tanta varietate cognita. Statuimus & ordinamus de prædictis & aliis omnibus litteris & constitutionibus, quæ ab eodem Prædecessore super eisdem de rebus. Eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia fuisse, quæ sive ex jure veteri, sive ex sacris Concilij Trid. decretis ante dictarum litterarum & constitutionum editionem erat. Et si illæ non emanassent futura fuisset &c.*

Quantùm demum ad revocationes factas ab Urbano VIII. Sciendum est, ipsũ primò revocâsse omnia Oracula, ac deinde ipsa privilegijs in diversis occasionibus derogâsse, & quidẽ plùs fortè quàm ullus alius ex suis Prædecessoribus. Verũ quod attinet ad Oracula, ego jam monui ea de cõstit. aut per alias constitutiones fuisse concessa, aut per posthumas confirmationes transiviſse in naturam constitutionum. Et ideo frustraneam remanere eorum revocationem, uti & tenent Peyrin. *to. 3. in const. 18. Urban. III.* Vitalis *in arca theol. mor. tit. de iurisd. inquisit. 4.* Hieron. Garcias *in polit. Reg. to. 1. tract. 8. diff. 1. dub. 6.* Samuelius in *pra. de sepult. in append. prælud. 3.* & Auson. *in sum. v. privil. n. 16.* quorum authoritas facit rem probabilem juxta dicta ubi *de revoc.* Ut interim non taceam Urb. VIII. non servâsse formam præscriptam & necessariam (secundùm opinionem probabilem (ad abroganda privilegia Regulariũ, quod valet ad evacuandas revocationes aliorum ab Oraculis. *Quibus addo,* quòd constitutiones per quas Urban. VIII. derogat privilegijs Regularium nõ sunt propriè ipsius pro majori parte, sed Card. de quarũ efficacia tractabitur in dubio sequẽti.

Dices, vim inferri constitutionibus 71
Urb. VIII. cùm dicitur Oracula transisse in naturam constitutionum scriptarum, & sub hoc respectu non esse revocata. Verùm Respond. me non esse solùm hujus opinionis, nam ecce 5 Authores quos pro illa allego, & quorum authoritas facit rẽ probabilẽ. *Deinde* ideo videtur Urb. revocâsse Oracula, quòd possit esse suspicio ne aliqua sint, vel subreptitia vel supposititia, verùm quia successivè fuerunt innovata, & de novo concessa ex *certa scientia, motu proprio*, de *plenitudine potestatis* & ex mera liberalitate Sedis Apost. cessat illa præsumptio, & consequenter non est mirum, si Doctores conentur frustrare eorundem revocationem.

Quòd verò aliqui *dicunt* intentionis 72
Urban. fuisse, revocare privilegia originariè concessa per Oraculum, in quamcunque naturam transierint. *Respond.* ridiculum esse, quia in istis materijs adhæremus verbis & terminis : Nec quærimus de intentione disponentis.

Et præ-

Et præcipuè quando ipse est Legislator, & qui potuit clariùs loqui; ut interim nõ taceam vix potuisse Vrbanum habere tã generalem intentionem, cùm ut iam dixi, illa intentio fundetur in præsumptione subreptionis interventæ in impetratione talium oraculorum, quæ purgatur per subsecutas confirmationes. Et sic manet probata *mea minor* quoad secundam partem.

73 Quantùm autem ad ultimam de *declarationibus Cardinalium*. Licèt in se sint maximi ponderis, & omni honore dignæ. Eæ tamen non sunt sufficientes ad derogandum privilegijs. *Tum* quia illæ non servant formas debitas. *Tum* quia non habent vim legum, sed sunt tantùm Magistrales, ut docent Zipæu. *in novo jure pont. lib. 5. de penit. & rem.* Ioan. Valer. *in differ. utriusque fori. v. absol. & v. nullitas* Pont. *lib. 5. de matr. cap. 13. §. 2.* Serar. *in prolegom. biblic. cap. 19. quæst. 11.* Portel. *v. cardin. declar.* Dian. *resol. 29. de legib.* Suar *lib. 6. de legib capit 1.* Melphes. *tract. 9. cap. 13.* &

74 plures alij. Imò ex eo, quòd fuit deprehensum, nonnullas declarationes circũferri tanquam à Cardinalibus editas, quæ tamen simpliciter erant falsæ & suppositiæ: volens S. eorum Congreg. ejusmodi abusibus obviare, habito verbo cum Sanctitate Vrbani VIII. & de speciali ejus mandato sancivit, ne in futurum vlla fides, seu in judico, seu extra adhibeatur, ulli decreto, decisioni, declarationi, impressæ, vel imprimendæ, aut manuscriptæ, nisi in solita Forma cum solito sigillo & subscriptione Cardinalis Præfecti, ac Secretarij Congregationis probetur ab ea emanâsse. Barbos. *in collect. bull. v. interp. pro sacros. rit. & pro interpr. concil. 2. & 3.* In Francia verò omnes penitus reij-

75 ciuntur decreto Senatus Parisiensis. Solùm potest esse difficultas de illis, quæ eduntur habito verbo cum Sanctissimo, de quibus pro maiori claritate placet sequens dubium proponere.

DVB. VIII.

Cui tribuendæ constitutiones editæ à Cardinalibus, habito verbo cum Sanctissimo? Et quam vim habeant?

SUMMARIUM.

1 Constitutiones Cardin. habere vim legum, ... mant aliqui.
2 Sed negant alii.
4 Omnes sunt ejusdem virtutis.
6 Allegantur Authores 19. negantes eas ... & seq.
8 Diverso sensu possunt intelligi fieri habito verbo.
9 Vnde solùm redduntur promptiores Cardinales ad illas vulgandas.
10 Vel ipsæ magis acceptabiles.
11 Sed ut habeant vim legũ, opus est, ut papa ... liam legem id eis tribuat.

VIm legum habere ait Diana. *tr. ... tract 2. res. 9* Quin etiam obligatio sub mortali putat Marchin. *de Sacra ... Ord. tract. 1. p. 1. cap. 12.* Sed utrum ... negant & non esse nisi directivas, ... infracitandi Doctores, cùm Verricel. *... qq. mor. tract. 2. quæst. 6.* Cassahing. *tract. ... p. 1. c. 1. prop. 3.* Et Petr. Aurel. *in v. ... ceusur. paris. ubi sic loquitur: Frivolum est ... rere, quidquid privilegio Pont. Max. & auctoritate Magistri sacri Palatii Romæ excudi ... verùm irreprehensibile, infallibile hoc ipso ... Credulitate hominum, & Romanæ Vrbis auctoritate ad rudiores illaqueandos abutitur, ... quis tale delirium spargit in vulgus*

Hoc ut parum uberius explicetur, ... colendum *Primò.* Id quod de opinione probabili dixi ex Ioan Sanch. & Machad. eam talem esse: non solùm quia ali-

aliquis Author adstruit & rationibus probat, sed etiam quam ex dictis ejus per necessariam consequentiam inferimus.

Secundò. Supponendum est de ejusmodi constit. editis habito verbo cum Sanctissimo, & de mandato ipsius: esse omnes æqualis Ordinis & ejusdem efficaciæ, quãtum ad vim obligandi, vt quale iudicium de una, tale de omnibus (quantùm ad hoc) ferre debeamus. *Tertiò.* Quòd si aliquis gradus, aliquave differentia, virtutis obligativæ possit inter illas poni: certa illa præ omnibus alijs decenda est obligare, quæ prohibet absolutionem casuum bullæ cænæ Domini, vel quos Episcopi sibi reservant. *Tum* quia non semel, sed usque quater fuit iterata, nempe bis sub Clem. VIII. semel sub Paulo V. Et iterum sub Vrban. VIII. *Tum* ob terminos singulares & irritativos, quibus in illa utuntur Cardinales. At his non obstantibus, plures Doctores quos ego ad 11. citon. nota 4 & ad 4. v. *quod verò.* dicunt, ea constitutione non obstante fas esse absolvere à dictis casibus. Ergo signum est, quòd ipsi tenent eam non habere vim legis, neque obligare, nec consequenter alios omnes. Et similiter Macchado *in perf. mor. lib. 1. p. 3. tit. 1. docum. 5. & tit. 8. doc. 5.* & Sanch. *in sum. l. 4. c. 54* Trull. *l. 1. in bull. cœnæ, §. 7. capit. 2. dub. 6.* Lud. à cruce. Et plures alii dicunt: non obstante dicta constitutione, & annua promulgatione Bullæ Cœnæ, fas esse absolvere ab ejus casibus virtute cruciatæ, quod non potest esse nisi similiter dicatur illam constitutionem non habere vim legis, & ita eos tenere: esseq; consequenter probabile (juxta notata in initio) quòd neque omnes aliæ. Nam ita necessariò debemus ex eorum doctrina inferre; quòd si dictum vnius Authoris generat opinionem probabilem, quam æquius ut hoc credamus, non ubi unicum, sed ad 19. habemus.

Quomodo verò intelligantur ejusmodi constitutiones fieri *habito verbo* cum Sanctissimo & tamen non obligare. *Respond.* hoc posse intelligi variis modis, nempe *primò* sic ut in eodem conclavi Papa simul cum Cardinalibus eadem potestate aliquid constituat: & hoc non potest esse, quia potestas Papæ in eo solo residet, utpote illi soli data, licèt Cardinales illi assistant tanquam Consiliarii. Vnde quod resolutum fuerit, non attribuetur Papæ simul & Cardinalibus, sed soli Papæ, & illius solius nomine promulgabitur. *Secundò.* Potest intelligi Cardinales cudere ejusmodi constitutiones: sic ut antequam plenè eas terminent, aut publicent, præsententur Papæ, qui disposita & ordinata laudet, approbet, & publicari jubeat: & ipsi Cardinales responso Pontificio confirmati effectivè in publicum edant. Et tunc non sunt nisi Cardinalium, sicut de facto eorum nomine solo publicantur, neque ob id habent naturam absolutam legum, quamvis approbatio Papæ cuius authoritate & mandato publicantur, reddat eas magis acceptabiles maiori honore dignas, & ob id magis spontaneè inclinemur ad eas recipiendas, & magis securè operemur, dum secundùm eas nostra regulamus. Vt si quis v. g. suum Confessarium, vel cùm sit simplex, jurisperitum consulat, redditur quidem audacior ejus consilio, & securiùs exequitur quod mente conceperat, sed ipsi soli imputatur, quod facit, licèt factum propter consilium periti quod intervenit, magis æstimetur. Sic quando Papa approbavit exercitia Sancti Ignatii, aut revelationes Sanctæ Brigitæ, ac jussit edi in publicum: nõ inde inferre statim debemus, eas habere vim legum, aut editas ut fidem infallibilem

8

9

lem eis adhibeamus : sed solùm ut maiori affectu illas recipiamus & certi fiamus, nihil *ibi* esse, quod non sit bonum, & utile. *Tertio* modo potest intelligi has constitutiones fieri : nempe sic, ut à solis Cardinalibus, sed posteà Papa jubeat obtemperari, & tunc quamvis neque sic vim legum habeant, ratione tamen mandati
11 Pontificii erunt servandæ, obligante ipso mandato, verùm necesse erit, ut de illo constet, & ad hoc ut seu per illud, seu per tales constitutiones tollantur privilegia Regularium, oportebit servare formas requisitas, de quibus in dub. præcedenti, quod quia non fuit factum, ideo & quamvis quoad alia obligent, quantùm tamen ad derogandum privilegiis sunt insufficientis efficaciæ.

DUB IX.

An credibile, quòd Sanctissimus, vel Patres Purpurati circumventi aliquando tollant Regularibus sua Iura, vel privilegia?

SUMMARIUM.

1 *In obtinendis rescriptis Pontif. sæpe committitur subreptio.*
2 *Et vel maximè in revocationibus privilegiorum.*
3 *De quo subijciuntur exempla.*
3 *Omnia obtenta per subreptionem non vult Papa fortiri effectum & 4.*
4 *Prima intentio Papæ est servare cuiq. sua jura.*
6 *Etiam aliquando Cardinales circumveniuntur in suis Congregationibus & similiter revocāt aliqua circumuenti.*

DIxi in dubio sexto, leges fundatas in falsa præsumptione non obligare, quando de veritate constat in oppositū, atque inde inferebam, probabiliter etiā non obligare privilegiorum revocationes emanatas ex falsa præsumptione. Nunc quæritur, an de facto ita aliquand[o] contingat, ut vel Papa, vel Cardinales [...] oculati, tanta prudentia dotati, ac ex[...]perientia instructi, ex circumventio[...] tamen, & falsa præsumptione tollant [...]qua privilegia.

Et quidem de aliis negotiis, & quod [...] rescriptis obtinendis à Papa committ[...] fraus, apparet satis ex his, quæ tract[...] DD. de *sub-* & *obreptione*. Et ex clau[...] quam ipse Papa solet apponere suis [...]scriptis : *si preces veritate nituntur*. Sed [...] solis Regularium juribus & privileg[...] hic movetur *dubium*.

Ad quod ego *Respondeo*, quòd cùm [...]gulares habeant non paucos æmu[...] etiam & fortè adhuc frequentiùs c[...]mitti sub-& obreptionem in impetra[...]nibus, quæ illis adversantur, quam [...]lo alio negotio, quod cùm sit quæsti[...]cti etiam inductione, & per exempla [...]bandum erit. Et ex multis hæc p[...] subiicio.

Primum, ex B. Eugen. IV. quæ in[...] *Ex injuncto*. Et aliā, quæ incipit : *Regu[...] vitam*, de quibus frequenter in supe[...]bus. Et in quibus dictus Eugen. volen[...]viare ejusmodi fraudibus, sic eas exp[...] indicat : *cùm plerumque contingat impo[...]tate petentium, & negotiorum multitu[...] suppressione veritatis, Sum. Pontifices [...]tos aut circumventos ea concedere, quibu[...] nullatenus annuerent* &c. En ergo co[...]sionem manifestam, quòd in revoc[...]ne privilegiorum Regularium Pōn[...] circumveniantur, & hoc non aliqu[...] sed *plerumque*. Et hoc : *Importunitate [...]tium*, hoc est æmulorum Regularium [...]*pressione veritatis*. hoc est falsis quere[...] accusationibus, *&c.*

Aliud exemplū suppeditabit nobis [...] II. in B. quæ incipit : *Religionem vestr[...]* expedita anno 1508. die 30. Ian. in fa[...]

rem

rum Augustinian. Nam cùm quidam Sylvius impetrâsset ab eodem Jul. quasdam domos, seu Ecclesias dictorum Augustin. & illi non assentirentur lite mota, & ad eum Jul. delata. Ille silentium imposuit Sylvio, & declaravit: *Suæ intentionis semper propositi semper fuisse, conservare illas bonis Ordini, cuius erant.* Ac proinde impetrationes illarum, qualitercunque factas (etiamsi *motu proprio*) non tenere. *Prout per præsentes* (inquit) *attestamur, & declaramus, dictasque impetrationes per inadvertentiam & præter mentem nostram & voluntatem factas.* En aliam declarationem adhuc luculentiorem. Ex qua & paucis verbis licet multa colligere. Nempe quòd licèt Sanctissimus disponat aliquid in præjudicium Regularium aut aliqua jura, vel etiam bona & domos ipsis tollat: suæ tamen intentionis & primi propositi, hoc non esse: id est per inadvertentiam & circumventionem impræsam factum esse, & consequenter præter suam voluntatem, atque ideo nullo modo valere & tenere. Quibus sic stantibus, quis dicat Regulares obligatos deferre hujusmodi derogationibus subreptitiis, quas nec ipse Papa unquam voluit, aut intendit. Imò cujus intentio & primum propositum semper contrarium fuit.

6 Sed ne putetur solus Papa circumveniri ab Adversariis Regulariù in tollendis illis suis juribus & privilegiis, audiamus etiam illustrem Illustris. Cardinalium declarationem, quam ego de verbo ad verbum desumpsi ex Bullario Cassin. in quo est Ordine 279. Et sic habet: *Cùm Sacrorum Rituum Congregatio interdixerit Abbatibus Congreg. Cassin. Ordin. Sancti Bened. quando solemniter celebrant usum Baldachini, & quorundam Ministrorum, prout in decreto sub die 18. Mart. Anno 1617. latiùs cõtinetur. Et ab hoc decreto D. Honorius de Perusio, Procurator eiusdem Congregat. se gravatum prætenderet, & allegaret suam Congregationem, tunc indefensam fuisse, neque pro eius parte factas aliquas probationes, nec eius jura deducta. Imò fuisse præsuppositum eosdem Abbates contra solitum usum Baldachini introduxisse, quod tamen minimè verificabatur in facto, fuit ab eadem S. Congreg. mandatum, ut de novo audirentur. Et causa ad hunc effectum commissa Illustris. ac Reverendissimo Cardinali Lancelloto, coram quo fuerunt exhibitæ plures attestationes, & testium depositiones, & tandem facta ab eo relatione. Eadem S. Rit. Congregat. causâ diligenter discussâ, declaravit in hac parte recedendum esse à prædicto decreto, ac censuit licere eisdem Abbatibus, quando solemniter in eorum Ecclesiis celebrant, uti Baldachino &c.*

Ecce ergo tibi accusationem falsam, 7 & de falsitate convictam: ecce jus & privilegium in consequentiam falsæ accusationis ablatum: & detecta veritate restitutum. Sicut autem Abbates Cassin. accusati sunt de usurpatione Baldachini ita & illos aliosque Regulares, non dubito frequenter in aliis materijs accusari. Unde nec immeritò dixi, contingere, ut Regularibus tollantur sua privilegia ex falsa præsumptione: & quòd sicut non obligat lex in tali præsumptione fundata, sic neque revocatio privilegiorum, saltem pro foro interiori.

*
* *

(*) Hoc solet habere præcipuum Apostolic. Sedes, ut non pigeat revocare, quod à se fortè deprehenderit fraude elicitum S. Bern. Epist. 180.

DUB. X.

An Privilegia Regularium suspendantur in Anno Sancto Iubilæi, vel per Bullam Cruciatæ.

SUMMARIUM.

1 *In Anno S. Iubilæi suspendi privilegia Regular. putant aliqui.*
2 *Melius negant alii.*
3 *Explicatur extrav. quemadmodum.*
4 *Clausula, sub qua publicatur Cruciata suspendit privilegia secundum aliquos.*
5 *Secus secundum alios.*
6 *Vbi quomodo intelligenda. De particularibus Iubilæis nihil potest certi definiri.*

CUM privilegia Regularium versentur circa varias materias non universaliter tamen de omnibus procedit dubium, aliàs negativa esset de se evidens: sed tantùm procedit de tribus præcipuè, nempe de potestate absolvendi,
1 dispensandi, ac de indulgentijs. Et quidem quod ad Annum sanctum spectat. Navar. in *com. de jubil. §. in Levitico. num. 28. & lib. 5. cons. 16. de privil.* omnino affirmat suspendi per dictum annum privilegia concessa circa prædicta, cui quantùm ad Indulgentias majores seu plenarias (licèt non quantùm ad minores) assentitur Vivald. in *eand. p 1. tit. 9 de Indulg.* Et ita videtur dispositum *in extrav. Quemadmodum de pœnit. & rem. inter. com.*
2 Attamen contrarium tenent Less. *lib. 2. de iust. cap. 42. dub. 12.* Henriq. *lib. 7. de pœnit. cap. 21. & 28.* Sanch. *in sum. lib. 4. cap. 54. n. 62.* ubi præter Less & Henriq. citat Emanuel. Et ait plures Dominican. & Francisc. ita tenere: quod Navar. *loco supracit.* putat etiam probabile. Et *Ratio est*, quia cùm privilegia sint adeò favorabilia, & non uni vel alteri Monasterio concessa, sed toti Ordini, & adeò cedant in bonum commune fidelium: nec dentur posse suspendi per verba tam generalia Jubilæi, sed opus esse specialimentione alijsq; conditionibus, de bus suo loco. Quantùm verò ad ext *Quemadmodum.* In qua fundatur dub intelligi debet de privilegijs non qu concessa in communi Ordinibus R larium, sed singulariter certis loci Monasterijs.

Quod autem attinet ad Cruciat la in sua Clausula 12. suspendit omn vilegia, omnesque Indulgentias c sas, quibusvis Ecclesijs, locis pijs re nasterijs per annum, quo publi Quomodo autē sit intelligenda illa sula, aut de quibus privilegijs Ac *in exposit. eiusd. Bull. quæst. 108.* ait un saliter de omnibus etiam Regula Sed Nugn. 3. *to. 2. tract. de Bull. §.* Diana 1. *p. tract. 2. res 88.* Macchad *p. 2. tract. 4. doc. 7.* Rodriq. Villalob alij supracitati verius æstimant susp per eam sola privilegia privatorum modo & ratione, quâ per Jubilæum sancti. Quantùm verò ad alios Jubi cùm non soleant sub eadem forma cedi: nihil etiam certi potest dici, Bullam cujusque & ejus Clausulæ attendendum.

DUB. XI.

An Eremitæ sint Religiosi? Et com Religiosorum Privilegijs fruantur

Ad c. 1. sect. 2.

SUMMARIUM.

1 *Eremitæ sunt Personæ religiosæ.*
2 *Habent Christum pro capite.*
3 *Et Ecclesiasticæ.*
4 *Et sunt sub Episcopo.*

5 Eremit

Eremitæ ex utero sunt Laici.
Possunt habere proprium.
Et nubere.
Eremitæ possunt conveniri coram Iudice laico.
Et non sunt exempti à Gabellis.
Eremitæ sunt locustæ sine Rege.
Et olim jussi sunt se recipere in Monasteria.
Eremitarum duo genera, de quibus prædicta explicantur & seq.
Ecclesia tolerando à suis exordijs Eremitas approbavit.
Et sufficit, quòd profiteantur statum Eremiticum.
Tempertas Religiosa habet latitudinem.
Et olim permittebantur Monachi testari.

AFfirmat Archid. *c. unic. de exces. Præl. in 6.* ubi eos vocat personas religiosas: unde sicut Religiosorum cæterorũ, ita vitæ ipsorum caput Christum affirmat Butr. *in suo cons. 19.* Consentit Imol. *in cap. Monasterium. de elect.* Et Innoc. *cap. cùm ad Monasterium de stat. Mon.* ubi dicit esse Ecclesiasticos, favent & Gloss. *in cap. nulla. d. 93. & can. qui verè 16. quæst. 1.* Butr. *cap. nullus. de for. comp.* & Imol. *Clem. per litteras de præb.* Quos sequuntur nonnulli in *cap. indemnitatibus. de elect. in 6.* Dicentes, eos subesse jurisdictioni Episcopi. Quæ omnia verificantur ex eo præcisè, quòd sint mancipati cultui divino, etiamsi forte nullam Regulam, nullaque vota sint professi, secundùm Joan. Mon. *in cap. cit. qui verè.* Calder. *cons. 121. 7. de judic.* & Angel. *cons. item 121.*

Contrarium tamen tenent Gloss. *cap. scripsit 27. quæst. 1.* Card. & Joan. de Lign. *in clem. cit. per litteras.* & Panor. *cap. cit. nullus.* dicentes quòd Eremitæ *Ex utero Matris nati sunt Laici.* unde semper reputandi sunt manere in eodem statu, nisi interveniat aliquis actus per quem transferantur in alium puta, vel per susceptionem Ordinum vel Professionem in aliquo Ordine; aliàs sequeretur, posse aliquem proprio arbitrio se eximere à jurisdictione. Quin etiam Bellencin. *cap. cum Ioannes. de fid. instr.* Imol. *eod. & c. cùm Monasterium. de elect.* Abb. & Niconit. *in rubr. de testa.* & Bald. *auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccl.* affirmant posse eos habere proprium. Imò & posse eos testari affirmat S. Gregor. apud Gratian. in *cap. perlatum. 19. quæst. 3.* Et nubere Gloss. *cap. ex parte. 2. de conu. coniug.* Abb. *eod.* & Butr. *cap. cit. cùm Monasterium.* Quod est signum evidens non comprehendi illos nomine Religiosorum, quibus hæc tã districtè prohibentur in jure. Et ad hoc conformiter Innoc. *in cap significantibus. de off. del.* Ancar. *Clem. cùm ex eo. de sent. ex.* & Calder. *cons. 7. cit.* dicunt, posse illos conveniri coram Judice laico. Et novissimè Lugo. *to. 2. de iust. d. 36. sect. 7* scripsit eos non esse exemptos à Gabellis. Quin & institutum eorum satis improbat Gloss. *cap. cit. qui verè.* Et Socin. *cap. 1. de for. comp.* ubi hoc hominum genus appellant: *Locustas quæ non habent Regem.* Quod fuit causa ut in 6. Synod. gen. *can. 42.* jam olim jussi sint se recipere ad Monasteria. In hac autem opinionum & DD. tanta varietate, arbitror ego distinguendum esse inter Eremitas. Nam qui propria voluntate se induunt & vivunt, qui ut loquitur S. Bened. in sua Reg. *Non Dominicis sed suis inclusi ovilib. pro lege eis est desideriorum voluptas.* Sanè Religiosos non dixerim, nec Religiosorum gaudere privilegijs, & de his ego intelligo loqui Authores secundæ sententiæ. At secus est de his, qui habitum recipiunt de manu alicujus Episcopi, seu alterius, qui ad hoc habeat potestatem, & sub ejus obedientia vivunt propter rationes in oppositum: & de istis debent intelligi Authores *primæ sententiæ.*

14 Nam ex quo Ecclesia eos tolleravit jam à suis initijs, censetur modum eorum vivendi & statum approbâsse, multisque
15 miraculis Deus confirmavit, ut videre est in vitis Patrum. *Neque obstat*, quòd dicantur nullam Regulam profiteri: nam hoc ipso, quòd sunt Eremitæ, censentur Regulam seu statum Eremitarum pro-
16 fessi; Neque etiam quòd retineant proprium, quia Status religiosus habet suam latitudinem, & non idem rigor, eademq; vitæ norma requiritur in omnibus, sed diversum permittit Ecclesia, quæ licèt damnet proprium in alijs: in Eremitis tamen tollerat, sicut in Clericis Societat. Jesu post primam Professionem, retinent enim proprium, & tamen inter Religiosos computantur. Ad quod non parum facit: *l. Generali C. de sacros. Eccles* per quam olim dabatur Monachis omnibus facultas testandi, & sic supponebantur habere proprium.

D U B. XII.

An Regularis possit absolvi à casu reservato suo Superiori sine ejus licentia?

Ad Cap. 4. sect. 3.

S U M M A R I U M.

1 *Potestas reservandi casus est limitata Prælatis Regul. & 2.*

3 *Prælati regul. non possunt eos obligare, ut sibi confiteantur.*

4 *Prælati regul. debent eis deputare Confessarios pro ratione numeri.*

5 *Prælati regul. non possunt in administratione Monaster. uti notitiâ habitâ per Confession.*

6 *Prælati regul. possunt determinare pænitentiam pro certis peccatis.*

7 *Regularis potest absolvi à casu reservato suo Superiori sine eius licentia.*

10 *Quomodo, & quando.*

Et seq. usque ad 14.

8 *Privilegia regul. sunt æquè efficacia ac cruciatæ.*

SUpposita potestate reservandi ca[illegible] in Prælatis ordinarijs, de qua Trid[illegible] *sess. 14. c. 7. & can. 11.* Cùm eam Præl[illegible] Regularium habeant secundùm q[illegible] dixi sect. præced. *cap. 22.* Clem. tam[illegible] VIII. restringendo sua constitutio[illegible] quæ incipit: *Sanctissimus*, vetuit, ne pl[illegible] aut alios reservarent, quàm 11. illos [illegible] gares, Veneficia, Incantationes, &c. [illegible] sub finem constitutionis sequentes [illegible] culos addidit: *Si quod aliud prætere[illegible] catum grave pro Religionis conservatione, [illegible] pro conscientiæ puritate reservandum vid[illegible] id non aliter fiat, quàm generalis Capitul[illegible] to Ordine aut Provincialis in Provincia, [illegible] ra discussione & consensu. Non liceat Supe[illegible] bus Regular. Confessiones Subditorum a[illegible] nisi quando aliquod peccatum reservatum [illegible] serint, aut ipsimet subditis spontè ac propri[illegible] tu id ab eis petierint.*

Superiores in singulis Monasteriis dep[illegible] duos, tres, aut plures Confessarios pro sub[illegible] numero maiori vel minori, itque sint doct[illegible] dentes, ac charitate præditi, qui à nō rese[illegible] eos absolvant, & quibus etiam reservatorum [illegible] solutio committatur, quando casus occurre[illegible] quo eam deberi committi, ipse in primis C[illegible] sarius iudicaverit.

Tam Superiores pro tempore existentes [illegible] Confessarii, qui ad Superioritatis gradu [illegible] promoti, caveant diligentissimè, ne ea no[illegible] quam de aliorum peccatis in Confessione h[illegible] runt, ad externam gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determina[illegible] nitentias graves quibusdam peccatis, etia[illegible] reservatis à Confessariis imponendas, qua[illegible] tos ab eiusmodi perpetrandis cohibere possi[illegible] Clem. VIII. in dicta constitutione. [illegible] tur *posito*, quòd aliquis Prælatus reser[illegible] verit sibi aut omnes illos casus, aut [illegible] aliquos, vel etiam alios secundùm [illegible] rem ejusdè constit. Nunc *quæritur*, an [illegible] inferior possit ab his absolvi sine eius [illegible]

centia

cientia, & hactenus pars negativa mihi visfuerat tenenda, & sola certa, quia aliàs frustra viderentur casus reservari. Sed Macchad. *in pers. confess. l. 1. p. 3. tract. 1. cap. 5.* partem affirmativã mihi reddit probabilem per hoc, quòd ait id licitum virtute Bullæ cruciatæ, quia (inquit) Prælati Regularium non reservant sibi casus nisi per potestatem quasi Episcopalem (quam illis attribuimus) atqui Cruciata concedit absolutionem casuum, quos Episcopi sibi reservant; Ergo & quos Prælati Regul. *Por que la bulla sea generalmẽte, es doctrina comun, que se ha de entender tambien de los casos, que los Prælados las religiones huvieren reservado, lo mismo que se ha dicho, de los reservados por el Obispo.* At privilegia Regularium dant illis generatim potestatẽ, ut possint absolvere a quibuscunque casibus (*) etiam reservatis Episcopis, & ab his absolvi, & nõ sunt minoris efficaciæ, quam Bulla Cruciatæ, imò maioris longè existunt, ergo quo jure dicuntur Regulares posse absolvere a casibus reservatis suis Superioribus, virtute Cruciatæ eodem & virtute privilegiorum. Nec tamẽ inde sequitur reservationes Prælatorum regul. fore irritas, licet non dicimus irritas Episcoporum, quamvis Regulares absolvant ab his eorum subditos.

Duobus igitur modis potest intelligi prædicta opinio, nempe sic (quòd videatur velle Maccado) ut Regularis habens casum reservatum suo Prælato, absolvatur non indifferenter, & toties quoties, sed certis vicibus, aut diebus in anno secundum privilegia relata *ubi de confess. pass.* Nunc virtute eorum absolvetur, sicut posset absolvi virtute Cruciatæ. Vel sic potest intelligi prædicta opinio, ut Regularis habens casum reservatum absolvatur ab alio Regulari, alterius Ordinis vel Monasterii per privilegia quæ concedunt absolutionem casuum quos Episcopi sibi reservant. Aut etiam à simplici Sacerdote laico, (qui sit approbatus) juxta opinionem eorum qui tenent Sacerdotem sine speciali licentia posse absolvere penitentem à casu, qui sit ipsi reservatus in sua Diœcesi, sed non in ista, in qua confitetur. Dixi autem à Regulari alterius Ordinis vel Monasterij, nam si velit absolvi ab aliquo, qui sit ejusdem, non poterit nisi juxta primum modum, quia reservatio ligat illi manus.

Sed & quando Confessarius regularis judicat non expedire saluti pœnitentis, quòd eum remittat ad Prælatum pro absolutione casus ipsi reservati poterit probabiliter ipsum per epicheiam absolvere eo modo, quo ego dixi. De illo qui habet casum reservatum Episcopo vel Papæ, ubi de potestate absolvendi num. 6.

(*) Sanch. infam. li. 4. cap. 54. num. 6.

DUB. XIII.

An Vicarius Prælati Regularis possit suum pœnitentem Regularem absolvere à non reservatis solùm, & pro reservatis exspectare diem, in qua scit Prælatum discessurum, & eius potestatem ad se devolvendam?

Ad idem Cap.

SUMMARIUM.

1 *Confessionem licet dimidiare.*
3 *Etiam sine causa.*
1 *Quomodo intelligendum Confessionem dividi.*
2 *Et quam Contritionem debeat pœnitens habere*
4 *Regularis potest confiteri non reservata suo Confessario ordinario, & pro reservatis exspectare absentiam Prælati.*
7 *Hæc opinio est probabilis.*
6 *Pro ea tamen falsò citantur aliqui Doctores.*
5 *Et Author eam reycit,*

HUic dubio solvendo præmittendũ est, quòd ut comuniter dicunt nonnulli, fas est Confessionem dimidiare, quod sic explicant: ut si Confessio fiat

Con-

Confessario ordinario omnia peccata ei aperiantur ipse verò auditis omnibus, det Absolutionem à solis non reservatis, pro reservatis verò remittat pænitentem ad Prælatum. Quòd si Confessio fiat primùm ipsi Prælato sola reservata illi aperiantur qui ab illis absolvat, ac deinde pro non reservatis tam confitendis, quàm absolvendis remittat pænitentem ad suum Confessarium ordinarium, cui reservato licet jam à Prælato absoluta simul cum non reservatis
2 aperiat; Manent tamen Authores huius opinionis, debere pænitentem habere contritionem generalem, & tunc inquiunt virtute huius, dum absolvitur per Prælatum à solis reservatis indirectè absolvitur simul à non reservatis, & similiter dum absolvitur per Confessarium ordinarium à non reservatis, absolvitur indirectè à reservatis, attento quod unũ peccatum non possit absolvi sine alio, & gratia quæ per absolutionem infunditur, æqualiter excludat omnia, ita Suar. *to. 4. de penit. d. 31. sect. 3.* Durand. *in 4. d. 16. quæst. 5.* Regin. *lib. 5. nu. 150.* Vasch. *q. 61. a. 3. dub. 9.* Coninch. *d. 8. de penit. dub. 9.* Navarr. *in sum. c. 26. num. 5. & seq.* Tolet. *lib. 3. c. 8.* Et alij. Et hoc licitum est non
3 tantùm quando subest causa, (ut si Prælatus est ita impeditus, ut non possit audire omnia peccata pænitentis) sed etiam quando nulla causa subest, ut vult Mancini *in pract. 4. visit. infir. dub. 13.* ubi post Bonac. *d. 5. de pænit. p. 5. §. 3. prop. 2.* ait ita tenere Summam Coron. *p. 4. de pænit. n. 25.* Caiet. *v. confessio. cond. 10.* Sà. *v. absolutio.* Zerol. *de pænit. cap. 13. quæst. 13.* Sayr. *de pænit. c. 16.* Medin. *de confess. quæst. 12.* Lopez. *1. p. cap. 27.* Valent. *to. 4. d. 7. q.*
4 *11. p. 1.* Igitur supposità hâc doctrinâ sicut Prælato existente in Monasterio, potest pænitens accedere ad Confessarium ordinarium, à quo absolvatur modo supp[...] dicto, & expectare sequentem, vel a[...] diem, in qua adeat Prælatum pro reser[...] tis, ita potest expectare eam diem, in [...] prævidet Prælatum abfuturum ad hoc [...] pro ijsdem reservatis redeat ad [...] Confessarium ordinarium, seu Vicar[...] Monasterij, ad quem scit devolve[...] Prælati potestatem; & similiter, [...] nihil sciat de futura Prælati absentia [...] test Vicarius seu Confessarius ordin[...] illum differre pro reservatis, ad te[...] futuræ absentiæ, & interim à non re[...] vatis absolvere ita Mancini citatus.

Verùm, ut quod ego sentio fatear[...] non vellem absolvi, neq; absolve[...] modo. Neq; Navarr. Tolet. Graph. C[...] & alij quos Mancini citat pro hac op[...] ne eam profitentur. Quin & absolute [...] illicitum affirmat Bonac. *supracit.*

Sed quia Mancini suam opinio[...] deducit ex doctrina in initio tra[...] de validitate Confessionis divisæ, [...] Authores à quibus adstruitur re[...] probabilem, ideo & hæc similiter [...] probabilis salvo tamen meliori ju[...]

DVB. XIV.

An Abbates habentes proprium Terr[...] Et in eo jurisdictionem quasi Episc[...] possint approbare ad Confessio[...] audiendas?

Ad cap. 5 §. 1. sect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Abbates habentes territorium legi[...] bant Confessarios.*

2 *Potestas approbandi Confessarios spectat [...] dictionem.*

Quando agitur de jurisdictione [...] Episcopi intelligitur non solum [...] bet caracterem Episcopalem, sed [...] jurisdictionem ibid.

Ra[...]

RAtio dubitandi est, quia Tridentin. committit hoc munus Episcopis. Sed hoc non obstante, pars *affirmativa* tenendi est, quia Trident. non respexit ad characterem Episcopalem, sed ad jurisdictionem, ad quam refertur potestas approbandi, quando autem agitur de jurisdictione, nomine Episcopi venit non tantùm ille qui Episcopalem caracterem portat, sed etiam ille qui jurisdictione Episcopali gaudet qua quia gaudent Abbates, de quibus movetur dubium, ideo & jus approbandi ad Confessiones audiendas illis competit. ita Suar. *tum. 4. d. 21. sect. 5.* Sanch. *lib. 3. de matr. d. 29.* Reginald. *in pra. lib. 1. num.* 180. & passim alii.

D U B. XV.

An Graduatus in Theologia, vel sacris Canonibus, seu harum Facultatum Professor indigeat approbatione pro audiendis Confessionibus.

Ad §. 1. cit.

1 *Decretum Trid. de audiendis Confessionibus.*
2 *Tres modi approbandi Confessarium.*
Lector Theol. vel Canonum est ex se approbatus ibid.
3 *Contrarium verius 5.*
4 *Explicatio decreti Tridentini.*
5 *Utraque opinio conciliatur.*
6 *Confessarius regularis accipit ab Episcopo solam approbationem, sed à Papa per privilegia jurisdictionem. Sæcularis verò utramque ab Episcopo. 7 & 9.*
7 *Quid sit approbatio.*
8 *Male confunditur cum jurisdictione.*
9 *Lectores qui dicuntur approbati per se ad Confessiones sunt illi soli qui legunt in seminariis formatis.*

HUIC dubio occasionem dedit Tridentin. *sess. 23. cap. 15.* ubi sic loquitur: *Decernit Sancta Synodus, nullum (etiam Regularem) posse audire Confessiones (etiam Sacerdotum sæcularium) nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen (si illis videbitur esse necessarium) aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* In quibus verbis videntur designari tres modi, per quos aliquis potest acquirere 2
potestatem audiendi Confessiones.

Nempe *primò.* Si habeat beneficium parochiale, aut *secundò.* si sit approbatus ab Episcopis, aut *tertiò* si aliàs idoneus judicetur. Aliàs autem idoneus nemo potiori jure debet censeri, quàm ille de quo loquitur titulus dubii. ita Lam. *meth. p. 1. capit. 12. §. 25.* Guttier. Henriq. Cordub. & alii apud Mirand. *in man. tom. 1. quæst. 25. ar. 9.* Et ita Pius V. declaravit in B. *Et si Mendicantium.*

Contrarium tamen tenent Mirand. *loco* 3
citat. Et apud ipsum Suar. quos sequitur Quarant. *in bullar. v. Confessor.* ubi ita declaratum à Sacr. Cardin. Congregat. testatur. Quia verò tota difficultas pendet ab intellectu Tridentini, & illius clausulæ: *Aut aliàs idoneus judicetur.*

Respond. non ostendi *ibi* tertium mo- 4
dum quo acquiratur potestas audiendi Confessiones, sed solùm insinuari Episcopis non esse examinandos illos, quos volunt approbare, quando aliàs, seu aliunde jam constat de illorum idoneitate ad hoc munus; ut hic sit sensus Concilii, neminem posse audire Confessiones, nisi vel habeat beneficium parochiale, vel sit approbatus? prævio quidem examine, si non constat de illius idoneitate, aut sine examine, quando aliàs constat, seu aliunde ut si publicè legat, vel sit graduatus; ut Concilium illum fortè liberet à subeundo examine (saltem ex decentia) sed non à se præsentando; Quod verò attinet

tintet ad declarationem Pii. V. ille ipse eam revocavit per Bullam posteriorem, quæ incipit: *Romani Pontificis*. Ac rursus Greg. XIII ejus Successor per aliam quæ
5 incipit: *In tanta*. secundùm eos à quibus recipitur, de quo in superioribus. Et *hæc* opinio videtur mihi securior, & quasi sola certa.

6 Quia tamen *prior* habet suos Authores. Ego vtramque conciliando, distinguo inter Confessarios, & priorem de Confessario regulari intelligo: posteriorem verò de Sæculari. Nam quia approbatio non est aliud, quàm iudicium intellectus declarantis aliquem esse aptum ad id, ad quod approbatur, rectè Confessarius regularis dicitur satis approbatus,
7 hoc est satis declaratus idoneus, audiendis Confessionibus, hoc ipso quòd gradum accipit Doctoratus, aut munus docendi: quantùm verò ad jurisdictionem
8 necessariam ad absolvendum accipit illam à Papa per privilegia; unde quia cathedra vel biretum sufficienter illum approbat, seu idoneum declarat, liber est à se præsentando Episcopo.

9 At secus est de Confessario sæculari, quia accipit ab Episcopo non solùm approbationem, sed etiam jurisdictionem: atque ideo licèt sit Doctor, vel Lector, & consequenter non indigeat approbatione, debet tamen se præsentare Epis-
10 copo, ut jurisdictionem (quâ caret) accipiat. Origo igitur difficultatis in hac materia inde provenit, quòd approbatio sumitur in diverso sensu, nempe aut pro simplici & nuda declaratione capacitatis, aut pro collatione jurisdictionis: Authores autem *secundæ* opinionis vtrumque confundendo pro utroque simul etiam accipiunt. At Authores *primæ* distinguendo pro primo tantùm, quando agitur de Regularibus.

Cui tamen placet prædicta prima op[illegible]nio, debet (meo quidem judicio) dis[illegible]guere inter ejusmodi Professores. N[illegible]si (ut non rarò contingit) unum aut [illegible]terum quis doceat, intra privatos [illegible] obscuri alicuius Monasterii hũc cert[illegible] dico Professorem, ad hoc ut secun[illegible] dictam opinionem censeatur virtute [illegible]lectionis approbatus, sed tales [illegible] censeri debent, (etiam admissa dicta [illegible]nione) qui doceant in Seminarij[illegible] Collegijs formatis, & à Capitulo [illegible]tutis.

DUB. XVI.

An Regularis approbatus in una Di[illegible] seatur approbatus quoad omne[illegible]

Ad §. I. cit.

SUMMARIUM.

1 *Approbatus Romæ non debet amplius [illegible]*
2 *Confessarius debet approbari in singul[illegible] bus 17.*
3 *Contrarium tamen tenent alij.*
17 *Et vtraque opinio est communis.*
4 *Confessarius regul. non accipit jur[illegible] ab Episcopo.*
5 *Quare tamen debet ei præsentari &c.*
7 *Confessarius regul. absolvit indepen[illegible] Episcopo in casibus Papæ.*
8 *Confessar. semel præsentatus, non te[illegible] se præsentare, etiamsi transeat [illegible] Diœcesim.*
9 *Decreta Trid. debent intelligi secund[illegible] margine citata.*
10 *Quando iubetur in jure aliquid fieri, [illegible] semel.*
11 *Legislator edens decretum obscurum [illegible] libertatem illius explicandi & 12.*
13 *Non refert, à quo Episcopo approbetur [illegible]rius, suo, vel pænitentis.*

14 Ier[illegible]

Jurisdictio, Approbatio & Præsentatio in Confessarijs malè confunditur.

Olim sufficiebat Regularibus Confessar. jurisdictio, posteà per modum conditionis apposita est Præsentatio à Concilio Vien. Et approbatio à Trid. ibid.

Explicatio decreti Tridentini. Const. Vrbani VIII. & Innocent X. ibid.

Opponendum est, quòd ex Concessione Sixti V. Patres Congreg Oratorij approbati Romæ, non debent amplius extra urbem examinari ab Episcopis, sed sufficit, si illis exhibeant suas licentias Romæ habitas, ut refert Quar. *in Sum. v. Confessor.* Et Tambur. *to. 2. de jur. lib. 6. quæst. 14.* Quod lege Communionis commune est aliis Ordinibus, de his, qui alibi approbantur, procedit quæstio; an scilicet sufficiat unica approbatio, vel in singulis Diœcesibus nova requiratur.

Ad quod *affirmativè* respondent Tamb. *supracit.* Gasp Hurt. *d. 10. de pœnit. diff.* 11. Vasch. Occhagau. & alij, quos sequitur Diana *to. 11. tract. 2. res.* 11. ubi refert Urban. VIII. ita declarâsse Anno 1628. Et Innocent. X Anno 1648. Et ratio fundamentalis est, quia Trid. dicit Confessarium esse approbandum ab Episcopo: unde prædicti Authores inferunt nõ unam, sed plures approbationes esse necessarias.

3 *Unam rium* tamen & unicam pro toto mundo sufficere tenent Henriq. *lib. 7. cap.* 12. Coninch. *d. 8. de pœnit. dub. 7.* Lam. *in meth. p. 1. cap. 6. §. 5.* Rodriq. *in Hull. Quæst. §. 9. n. 5.* Cellot. *de Regul. in Hierar. privil. lib. 5. Capit. 26.* & plurimi alij quos cum & sequitur Villalob. *to. 1. tract. 9. diff.* 5. n. 3. Probatur, quia si requirerentur in Confessario regulari plures approbationes, & à diversis Episcopis, hoc esset ad accipiendam jurisdictionem in singulis Diœcesibus, sed eam non accipiunt ab Episcopis, quando ab illis approbantur, ergo non est eis necessaria multiplex approbatio, sed unica sufficit. Quòd autem non accipiant jurisdictionem ab Episcopis, probatur. *per extrav. super Cathedram. & Clem. dudũ de Sepult.* Ubi Bonifac. VIII & Clem. V. de hac materia tractantes statuunt, ut quos ex suis fratribus voluerint Prælati Regularium mancipare audiendis Confessionibus, *faciant præsentari Prælatis, ut de eorum licentia, gratia & beneplacito.* Huic muneri vacent: longè autẽ 5
aliud est petere licentiã vel gratiã ad aliquid faciendũ, & jurisdictionem ad illud exequendum. Quod valde clarè expressit Bened. XI. qui inter prædictum Bonifac. & Clem. sedit. *in extrav. inter cunctas de privil.* ubi declarando extrav. *super Cathedram.* Quam Clem. V. innovavit in sua constitutione: *Dudum.* Ait Regulares esse 6
præsentandos, *ut* (inquit) *debitus honor reservetur Diœcesanis.* Non ergo ut ab illis accipiant jurisdictionẽ. *Facit primò.* Quia approbatio, præsentatio & jurisdictio distinguuntur à se invicem: cùm autem scirent prædicti Pontifices, & Patres Concilij tam Vien. quàm Trid. Regulares ubique audire Confessiones, & statuerint, ut Episcopis præsententur, vel ab eisdem approbentur: de jurisdictione verò nihil dixerint, signum est eos noluisse, ut quãtùm ad eã dependeant ab Episcopis, sed illis tantam reliquisse, quantam per privilegia habent à Sede Apost. à qua totam accipiunt *Facit secundò*, quia Regulares absolvunt independenter ab Episcopis, 7
à casibus reservatis Papæ. Ergo sicut nõ accipiunt ab Episcopis jurisdictionem circa hos casus, & ut ab eis absolvant, sic neque ut ab alijs, quia non est nisi una jurisdictio & potestas absolvendi in Ecclesia.

8 Probatur *secundò*, Conclusio ex privilegio Clem. VII. pro Minorib. de quo Cæsar. *v. absol. quoad Sæcul. 1. num. 16.* Et Navar. *in man. cap. 27. num. 266.* Quod semel præsentati uni Episcopo non teneantur ampliùs præsentari, etiamsi ad aliam Diœcesim transierint. Et licèt Cæsar. dubitet, an privilegium debeat intelligi de eadem Diœcesi, an verò de omnibus secundùm quod procedit conclusio, Cordub tamen *in annot. ad idem v.* Et rursus *v. præsent. Confess.* ait intelligendum de toto mundo, ut Regularis semel in una Diœcesi præsentatus non teneatur (inquit) ampliùs se præsentare. *Neque in eadem Diœcesi, neque in quacunque aliâ, ad quam se transtulerit ad morandum, vel ad tempus, vel in perpetuum, sed jam censetur semper & ubique præsentatus.* Et ratio est inquit, *Quia intentio impetrantis privilegium talis fuit, ut ipsemet impetrator dixit, intentio autem Papæ concedentis privilegium conformatur intentioni impetrantis, nisi aliunde sit dolus.* Nec refert, quòd hoc privilegium sit concessum ante Tridentinum, nam fuit concessum per modum declarationis seu restrictionis *Clementinæ dudum*, quæ nõ corrigitur per Trident. imò secundùm quã
9 ipsum Trid. venit regulandum. Quia ibi ad marginem decreti citatur. Est autem Regula generalis, ut decreta Tridentini intelligantur conformiter ad Canões, ad eorum Marginẽ additos ut dicit Augustin. Hunnæus, *in approb. eorundem annot.* quæ habetur in initio ipsius Trident. Unde cùm per dictum privilegium sufficeret ante Trid. unica præsentatio nunc post
10 ipsum sufficit unica approbatio. *Facit* ad hoc *primò*, quòd quando jubetur aliquid fieri, & non exprimitur quoties, sufficit si semel fiat, & per illam vicem satisfit legi. Unde quia Trid. simpliciter jubet, ut Regularis approbetur, & ampliùs dicit, sufficit si semel. Et hoc ximè attento quòd cùm Patres Conc fuerint omnes Episcopi, qui ad derog dum Regularibus, in suum favorem decretum ediderunt, & qui potu clariùs loqui, videtur licitum verb bia contra ipsos interpretari. Qu hoc quod non sunt locuti clariùs liguntur reliquisse aliis libertatem pretrandi, hoc quod sub dubio dec runt, ut in simili dicit Navar. *ubi de tione. Facit secundò* doctrina Le *sum. cap. 13. lib. 1. concl. 1. dub. 7.* Tri *Bull. Cruciat. lib. 1. § 7 cap. 1. d.* liorum quos *ibi* citat, dicentiũ non esse, ut Confessarius approbetur à vel pœnitentis Ordinario, sed suff ut à quocunque alio. Nam si hæc d na (quam reddunt probabilem S thores) admittatur, certè eviden ea sequitur unicam pro toto mund probationem sufficere.

Ratio verò *fundamentalis* hujus o nis sumitur ex hoc, quod ejus Aut distinguunt jurisdictionem à præ tione & approbatione, ut dixi *d.* Authores autem prioris opinion confundunt. Nam posito, quòd guantur, & quod approbatio non liud quàm declaratio idoneitatis p næ, quæ approbatur; ideò unica a batio ad Confessiones sufficit, quia cit semel declarari idoneum, cùm declaratio nihil ponat in esse, sed id existit, ostendat. Jurisdictionem quæ de essentia Sacramenti requi accipiunt Regulares à Papa per pri gia. Quæ jurisdictio, cùm olim suf ret, addidit Bonifac. VIII. & post Concil. Vienense præsentationem Trid. approbationem tanquam con tionem sine qua non.

Atque

Atque hinc explicando Trident. quod dicit Confessarium esse approbandum ab Episcopis.

Respond. non designari ibi pluralitatem approbationum, sed Ministrum approbationis, ut quicunque sit approbatus ab uno Episcopo cujuscunque Diœcesis efficiat. Sicut si dicerem, Sacerdotes ordinantur ab Episcopis, non esset sensus, quòd pluries debeat aliquis ordinari, si contingat mutare Diœcesim, sed quod quicunque cupit ordinari, debet ordinari ab aliquo Episcopo, & Episcopum esse Ministrum ordinationis. Ad constitutiones verò Urban. VIII. & Innocent. X.

Respond. eas non fuisse promulgatas authenticè extra Italiam, neque etiam sufficienter derogare privilegijs Regularium.

Utraque opinio est probabilis. Imò communis contra se invicem, ut monet Bacchad. *in pers. Confess. lib.* 1. *p.* 1. *tract.* 5. *docum.* 3. quamvis ut verum fatear semper mihi prima appareat, secunda verò à pluribus secuta.

DUB XVII.

An Regularis approbatus sine licentia sui Prælati absolvat validè?

Ad Cap. 5. sect. 3. §. 2.

SUMMARIUM.

1 *Regul. approbatus sine licentia sui Superioris non absolvit validè, contrarium tamen tenet Author.*
2 *Regularis non habet velle aut nolle.*
3 *Eo quomodo intelligendum.*
4 *Regular. Confessarius debet præsentari Episcopo à suo Superiore.*
5 *Non tamen absolutè necessarium, ut ab illo.*
4 *Episcopus approbat Regularem independenter à suo Superiore.*
5 *Regular. qui se fecit approbare inscio suo Superiore, potest ab eo puniri.*

PAlud. *in* 4. *d.* 17. *q.* 3. S. Antonin. *in sum.* 3. *p. tit.* 17. *cap.* 7. Portel. *v. Confess. approb. in addit. num.* 1. Cruz. *in epit. privil. lib.* 2. *cap.* 6. & Lam. *in meth. p.* 1. *cap.* 7. §. 4. *Negativè* respondent, & eum nec à Venialibus posse absolvere. *Ratio* 2
eorum *est. Tum* quia Monachus non habet velle aut nolle. *cap. nullus. & c. quoquorundam de elect. in* 6. *Tum* quia *in Clem.* 3
dudum. de sepul. dicitur, Religiosos esse præsentandos Episcopis à suis Superioribus.

Sed hæc doctrina meritò reijcitur à 4
Navar. *in man. cap.* 4. *num.* 2. quia actus, per quem Episcopus approbat Religiosum, non habet connexionem necessariam cum voluntate ejus Superioris atque ideo potest poni in esse independenter ab illa. Ad primam autem rationẽ prioris opinionis. *Respond.* non esse uni- 5
versaliter verum quòd Monachus non habeat velle aut nolle, sed tantùm id verificari quoad ea, ad quæ redditur à jure inhabilis, & incapax volendi verbi gratia circa contractus, ultimas voluntates, & alia ejusmodi, inter quæ non computatur approbatio, & sic qui curavit se approbari sine licentia sui Superioris, validè est approbatus, & validè absolvit, licèt pro ratione præsumptionis possit puniri. *Ad secundum Respond.* esse quidem necessarium ad Confessiones audiendas, ut Confessarius præsentetur Episcopo, non tamen, ut à suo Superiore, cùm etiam Episcopus possit illum nec se præsentantem approbare.

DUB. XVIII.

An Regularis prohibitus à suo Superiore audire Confessiones absolvat validè?

Ad §. 2. cit.

SUMMARIUM.

1 *Prælati Regularium possunt eos suspendere à Confessionibus & 3. & 4.*
2 *Author dubitat super hoc, & fundamentum dubij.*
3 *Regularis circa Confessiones audiendas non potest plùs pendere à suo Superiore, quàm Sacerdos laicus à suo Episcopo. 5.*
6 *Regularis suspensus à suo Superiore à Confessionibus, si eis se miscet potest puniri pro inobedientia ibidem, & invalidè absolvit alios Regulares, validè tamen Laicos 6.*

1 POsse Prælatos Regularium eos suspendere à Confessionibus certum est, tum de *jure*, tum ex *privilegio*: de *jure* quidem, quia sunt eorum Ordinarij: ex *privilegio* verò, quia ut testatur Cœlestin. Suess. *in theol. mor. tract. 8. cap. 9.* Et Rod. *infra citand.* ita Jul. II. pro *Dominicanis* sancivit revocando omnes facultates eligendi Confessarium vel Confessiones audiendi, quas Generalis Ordinis judicaverit revocandas, & ipse revocaverit. Circa quod veniunt applicanda ea, quæ dixi ubi *de pot. Reg. ad Confess. aud. not ab. 5. & seq.* Licèt ego quoad ea suspensus hæreã.
2 His positis prima opinio fuit Sylv. *v. Confessor. 2. §. 2.* Henriq. *lib. 3. de pœnit. cap. 6. n. 6.* Medin. *tract. 2. de Confess.* & Navar. *in man cap. 4. num. 2. & seq.* Religiosum
3 invalidè absolvere, postquàm fuit expressè prohibitus audire Confessiones. Quod Roder. *tom. 1. qq. Reg. 60. art. 2.* Tambur. *tom. 2. de jur. Abb. d. 6. quæst. 5.* Lopez Mirand. Peyrin. & alij admittunt, si prohibitus fuit judicialiter, & per sententiam secus si extrajudicialiter. Quibus ego subscribo, licèt non plenè ream dubio, nam quantùm ad munus audiendi Confessiones non potest Religiosus dependere à suo Superiore plus quàm Sacerdos sæcularis à suo Episcopo, atqui Sacerdos suspensus à Confessionibus à suo Episcopo, non potest quoad eas audire intra ejus Diœcesim, sed tenetur ad aliam, in qua approbetur ab Ordinario, & licitè & validè ibi audit & absolvet. Ita similiter, si Religiosus (etiam per sententiam) suspendatur à suo Superiore à Confessionibus, poterit quidem audire alios Religiosos intra suum Monasterium, sed quoad approbatio, quam habet ab Episcopo, dependet à suo Superiore, ideo virtute illius validè absolvet personas sæculares tanquam existens extra territorium Diœcesim sui Superioris regularis, pro ratione inobedientiæ erit punitus. Nec obstat, quòd dixerim in Superioribus, Regulares non acciperet ab Episcopo approbante jurisdictionem necessariam ad absolvendum; quia impedit quominùs illam accipiant, tunc absolvent pro latitudine concessionis Episcopi. Imò cùm (ut dixi suo loco) non possint Prælati Regularium exercere usum privilegiorum, & per privilegia accipiant jurisdictionem ad absolvendum, nec etiam possunt in hoc mandari à suis Superioribus, nisi obesset Clausula, sub qua solent Sum. Pontif. dare privilegia ad absolvendum, nempe si sint expositi ad hoc munus à suis Superioribus. Unde ad hoc, ut quis à suo Superiore suspensus absolvat validè, debet absolvere non tanquam expositus ab eo, sed ab Episcopo.

DUB.

DUB. XIX.

An Regulares possint absolvere à duello?

Ad §. 2. cit.

SUMMARIUM.

1 *Duellum à quibus ortum.*
2 *Habet formam judicij.*
3 *Non ita malum quin possit concedi.*
4 *Et in quibus casibus.*
5 *Duellum fuit olim à quibusdam Principibus permissum.*
6 *Et super eius permissione fuêre aliquæ leges editæ.*
7 *Duellum prohibetur utroque jure, ac subsecutis Pontificum ac Principum constitutionibus & sequentia.*
8 *Duellum est reservatum in Italia, extra non. Imò nec in Italia, ubi constitutiones illud reservantes non sunt receptæ & seq.*
9 *Prohibitio duelli & pœnæ latæ contra illud intelliguntur quovis modo sit initum 17. & 18.*

1 DUellum habere originem à Longobardis (*) ait Conrad. Lancel. *in templ. em. iud lib. 1. cap. 1. p de duel. concl. 1.*
2 Et ut suadere conatur Paris. de Put. *lib. 1. de duel.* habet quasi formam processus judicialis. Idq; criminalis secundùm Joan. de Ign. *in tract. de duel. §. circa 7.* Unde se-
3 cundùm eosdem non est ita intrinsecè malum, quin possit concedi aut saltem excusari in quibusdam casibus. Pro quo facit, quòd anno 1317. Philip. IV. Rex Franciæ, sua ordinatione directa ad Senescalcum Tholosan. declaravit non posse iniri duellum nisi authoritate Re-
5 gnavel Parlamenti: Et quòd Anno 1542. Carol. V. pro Statu Mediolanensi similiter prohibuit duellum sub gravissimis pœnis, nisi initum foret obtentâ licentiâ à Principe, vel ejus locum tenente. Nam si fas est dare ad illud licentiam, non est intrinsecè malum, sed potest occurrere casus, in quo erit licitum. Sicut de facto Lyran. *in 1. Reg. cap. 17.* Guagin. l. 9. hist. Franc. in gestis Caroli 6. & Guilel. Bened. *in cap. Raynutius. de testa. v. mortuo itaq. sect. 1. num. 29.* Carol. Magnum & 6. Itē & S. Ludovicum Reges Franciæ, ut & Senatū Parisiensem illud aliquando concessis se referunt, Casus autem in quibus dicitur licitum possunt videri apud Lyran. *citat.* Bald. *in constit. Frider. Imper. de pace tenen. cap. 1.* Guid. Pap. *quæst. 517.* Comitol. *lib. 6. Resp. mor. quæst. 16.* Sanch. *in sum. lib. 2. cap. 30. & seq.* & Filliuc. *to. 2. tract. 29. cap. 4.* quos referre supersedeo, quia ex his nonnulli reprobantur ab Ecclesia, alij autem qui videntur tolerari, vel excusari, exigunt tot circūstantias, ut quamvis *speculativè* videatur, duellum in illis esse licitum, *practicè* tamen potiùs semper illicitum judicari debet.

Prohibetur autem duellum, *tum* jure 8
civili *l unic. C. de gladiat. lib. 11. Tum* Canonico, *in tit. de purg. vulg. & can. 12. concil. 3. Valentini, tum* recentioribus Romanorum Pontif. & Principum temporaliū constitutionibus. Omissis autem his quæ sunt Principum temporalium fuit prohibitum *primò* à Jul. II. sua constit. quæ incipit: *Regis pacifici.* Tum *secundò* à Leone X. 9
sua, quæ incipit: *Quàm Deo & hominibus.* Hinc à Clem. VII. sua, quæ incipit: *Consuevit Romanus Pontifex.* Per quam confirmatis alijs suorum Prædecessorum anathema dixit omnibus pugnantibus in duello in terris Ecclesiæ mediatè, vel imediatè subjectis, aut ad hoc locū concedentibus. Deinde Pius IV. sua constitutione quæ incipit: *Ea quæ à Prædecessorib* Universaliter excomunicavit *primò* ipsos pugnātes, *secundò* locū ad pugnam concedentes.

(*) Occasionem vide apud Baron. to. 8. An. 658. num. 4.

Ac

Ac *tertiò* excepto Imperatore & Regibus, omnes quomodocunq; cooperantes litteras diffidatorias portantes, assistentes spectantes *&c.* Sed tamen oportet ut actu fuerit pugnatum ad incurrendam censuram huius constit. ut inter alios notat Filliuc. *tract. 29. cit. c. 8. num.* 171.

11 Posthàc Concil. Trident. iterum in duellantes animadvertens excommunicavit omnes Principes, & Dominos temporales locum ad pugnam concedentes ipsos, qui pugnant, spectatores patrinos, aut quovis modo cooperantes, sed excommunicatio non est reservata, & hoc decretum non procedit, nisi de duello, ut vocant solemni.

12 Inde Gregor. XIII. extendendo decretum Trident. ad duella privata (puta quæ fiunt ex condicto, electo loco & tempore, quamvis sine litteris diffidatoriis patrinis, aut securitate loci) sua constitut. quæ incipit: *Ad tollendam* ejusdem Trid. pœnas extendit ad eos, qui in ejusmodi privatis duellis pugnant; sed sub hac differentiâ, ut partes non incurrant dictas pœnas, si actu non pugnauerint, & siquidem ideò non pugnaverint, quia voluntariè & seipsis à campo discesserũt, neq; etiam in pœnas incurrunt illi qui cooperantur ipsis, sed super ipsos non stetit quominus pugnatum sit *verbi gratia* quia fuerunt per vim abducti à loco, quamvis ipsi pœnas non incurrant, incurrunt tamen illi qui cooperabantur, sed censura non est reservata Sayr. *in thes. lib. 3. c. 31.* Comitol. *lib. 6. cit. quæst. 13.* Molin. *to. 4. d. iust. tract. 3. d. 16.* Sanch. *in sum. to. 5. d. 31. sect. 4. cap. 39.* & Filliuc. *loco supracit. nu. 170.*

13 Iterum autem Clem. VIII. confirmatis constitutionibus suorum prædecessorum sua, quæ incipit: *Illius vices.* Anathema dixit omnibus quovis modo [illegible] lantibus, etiam si conuenerint de certo ad primum sanguinem. Omnibus item quovis modo cooperantibus dominis temporalibus, campum concedentibus, vel quantùm possunt non impedientibus, aut post delictum ratum concedentibus, censuramq; volut reservatam. Atq; hæc circa constitutiones pontificias contra duellum.

Iam autem ut dubio proposito [illegible] faciam, S. Cardin. Congreg. [illegible] verbo cum Sanctitate Clement. VIII. Pauli V. ejus Successoris. Declarav[illegible] gulares habentes potestatem absol[illegible] à casibus Pontificijs, posse extra It[illegible] ab his omnibus absoluere, præter qui continentur in Bulla Cœnæ Dom[illegible] Intra Italiam verò, præter hoc co[illegible] Bullæ, & alios quinque quorum un[illegible] duellum si peccatum fuit contra de[illegible] tum Trident. vel Greg. XIII. pro [illegible] vide dicta sect. præced. ubi de potest[illegible] ad absol. *v. nota secundo & seq.* Ubi [illegible] per *adverto*, quòd, ut bene mone[illegible] Sanch. *in select. d. 36.* Non sunt re[illegible] illæ constitutiones in multis locis [illegible] bus consequenter duellum non e[illegible] servatum.

Addit Lyran. *supracit.* omnia jur[illegible] duellum prohibent, loqui de illo, [illegible] initur per modum purgationis vul[illegible] Qui licèt scripserit ante Trident. & [illegible] dictes omnes Pontifices. Sanche[illegible] men. *In sum. lib. 2. cap. 30.* adver[illegible] omnes in suis constitutionibus loc[illegible] duello, & illud interdicere sub [illegible] nomine, sub quo in jure reprobatu[illegible] ta *monomachiæ.* Quod est causa ut [illegible] card. *in proem. de probat. quæst. 4.* & [illegible] *excom. num. 14* putauerint, intel[illegible] das esse omnes supramemoratas [illegible] tutiones, conformiter ad explicat[illegible]

Lyr-

Tyranni, ut per eas censeatur prohibitum duellum, solummodo, quando suscipitur per modum purgationis vulgaris, aut ob pœnas admodum duras quas hæ edictæ constitutiones ferunt, debent restringi, sed hæc doctrina mihi non probatur, & ex ipso contextu earundem constitut satis apparet, Summos Pontifices loqui de duello quovis modo, aut saltem primo, nec facit quod de gravitate peccatorum dicitur, quia necesse fuit tales pœnas, ut à tam Diabolico crimine homines avertantur. Et ita praxis explicat.

DUB. XX.

Quomodo intelligenda Casuum Reservatio?

Ad §. 2. cit.

SUMMARIUM.

1 *Casuum reservatio potest intelligi duobus modis §. 2.*

2 *Quorum reservatione ligantur manus Confessarii.*

3 *Casus reservatus in sua Diœcesi potest absolvi in alia, in qua non est reservatus.*

4 *Et contra.*

5 *Confessus Superiori casum reservatum liber est à reservatione, etiam si fortè invalida fuerit absolutio.*

6 *Et similiter si oblitus est aliquem alium item reservatum.*

7 *Iure quæ Regulares absolvunt à casibus Episcoporum*

8 *Regulares non possunt absolvere à censuris, quas Episcopi sibi reservant.*

9 *Idem si sint occultæ.*

Supposita in Prælatis Ecclesiasticis potestate reservandi casus de qua in Trid. sess. 14. cap. 7. & can. 11. Duobus modis potest intelligi aliquem casum reservari, nempe sic, ut relicta Confessariis absolvendi potestate libera dicatur reservatus pœnitenti, qui nequeat ab illo absolvi & fiat quasi incapax, seu inhabilis absolutionis recipiendæ ab alio, quàm à suo Superiore eo modo, quo de quibusdam contractibus loquimur, certas personas legibus reddi incapaces, & inhabiles ad eos celebrandos. *Vel sic* ut relicto pœnitente, & eo non attento reservatio dicatur facta ipsis Confessarijs, qui intelligantur prohibiti à tali casu absolvere, eo quòd quantùm ad ipsum, manus eis ligentur à Superiore, & potestas absolvendi tollatur. 2

Igitur, quia ex significatione ipsa verborum censetur Superior in reservatione casuũ sibi aliquid proprium facere, quod non vult esse commune aliis, & hoc quod sibi reservat, seu proprium facit, non potest respicere pœnitentem, qui in receptione absolutionis se habet merè passivè, relinquitur, ut respiciat Confessarios, qui intelliguntur prohibiti absolvere à talibus casibus. Et *probatur primò* quia capacitas seu habilitas passiva recipiendi absolutionem ab aliquo casu, pendet ab ipsa dispositione pœnitentis, & ejus actibus interioribus, quorum eliciendorum non potest reddi incapax, ergo relinquitur, ut reservatio casuum, respiciat Confessarios, non verò pœnitentes. Quod *probatur secundò*, quia si pœnitens habens casum reservatum in sua Diœcesi, & à quo non potest ibi absolvi nisi ab Episcopo transeat ad aliam Diœcesim, in qua ille casus non sit reservatus, poterit ibi absolvi à quolibet simplici Confessario qui sit approbatus, & econtra non poterit in aliena Diœcesi absolvi à peccato, non reservato in suâ, si est reservatum in ista, ut docent Suar. *to. 4. de pœnit. d. 30. sect. 1.* Navar. *in man. c. 27. num. 261.* Et plures alii quos citat & sequitur Mancin. *in pract. 4. visit. instr. d. 11.* 3 4

Ergo

Ergo signum est Prælatos Ecclesiasticos in reservatione casuum, aliud nihil intendere, quàm ligare manus Confessarijs inferioribus, non verò reddere pænitentes incapaces recipiendæ absolut.

6 *Facit* ad hoc doctrina, quam Coninch. communem dicit: *d. 8. de Sacram. dub. 12. num. 91.* Eum qui confitetur casum reservatum Superiori, manere liberum à reservatione etiamsi fortè absolutio recepta sit nulla, ob suam malam dispositionem, & iam posse absolvi à simplici Sacerdote approbato, quando fuerit meliùs dispositus. Et ita etiam tenet Caiet. *v. casus.* Suar. *d. 31. sect. 4.* Henriq. *lib. 6. cap. 16.* Sylv. *v. confessio. 1. q. 19. num. 21.* & quem ibi citat Palud.

7 *Item* qui confitetur, seu Prælato, seu habenti casus reservatos, si aliquem inculpatè obliviscitur, manet liber à reservatione, quoad istum, & potest deinde ab eo absolvi à simplici Sacerdote secundùm Coninch. cit. *num. 93.* Ubi dicit item communem, quam sequuntur Gabr. *in 4. d. 17. quæst. 1. a. 3. d. 2.* Nav. *in man. c. 26. nu. 13.* Adrian. *q. 4. de confess.* Sylv. *v. confessio. 1. quæst 4.* Angel. *eod. v. 1. num. 11.* Sà *eod. n. 7.* Rosella. *eod. 2. num. 9.* Henriq. *supracit.* & plures alii apud ipsum. *Ergo* signum est in ejusmodi reservatione casuum, nullam haberi rationem pænitentium, sed tantùm Confessariorum, & reservatione eos respicere, non verò pænitentes.

8 Atq. ex hac doctrina eruitur ratio fundamentalis, quare Regulares absolvunt à casibus quos Episcopi sibi reservant, nam quia reservatio non respicit, nisi Confessarium, cui Superior suos intelligitur ligare manus, & aliàs non possunt Episcopi ligare manus Regularibus, cùm non sint eis subditi, hinc relinquitur quòd quoad casus Episcoporum, Regulares habent manus li-beras, & reservationem ejusmodi casu[illegible] Episcopalium intelligendam esse facta[illegible] non Regularibus, sed Parochis & [illegible] Confessarijs, qui sint subditi Episcop[illegible]

Fallit tamen respectu censurar[illegible] quia si Episcopus reservavit sibi ce[illegible]ram, non potest ab ea Regularis ab[illegible]vere, quia de jure communi censura [illegible] tollitur nisi ab eo, à quo fuit posita. [illegible] *si Episcopus fortè 11. quæst. 3. cap. per* [illegible] *sent. ex. & c. venerabilibus. eod. in 6.* [illegible] *cap. si inimicus 11. quæst. 3.* arg. *cap.* [illegible] *d. 1. de pænit.* Unde in. *can. 47.* Co[illegible] Nicæni. *Nullus Episcopus solvat, quem* [illegible] *Episcopus ligavit.* At si censura foret [illegible]ta, nihil prohiberet, Regulares ab [illegible] solvere, secundùm fundamenta ali[illegible]sita & seruatis servandis. Nam Reg[illegible] idem possunt quod Episcopi, circ[illegible]culta. At virtute Tridentin. *sess. 24.* possunt Episcopi absolvere à censu[illegible] alijs latis, si sunt occultæ, ut docent [illegible]bos. *de pot. episc. p. 2. alleg. 39.* Bo[illegible] *cens. in com. d. 1 quæst. 3. p. 2.* Filliu[illegible] *tract. 7. cap. 10.* Cutill. *in addit. ad* [illegible] *Mancini dub. 38. in append.* Ninus. [illegible] *Sayri. lib. 2. do cens. c. 19* & *ibi* Ast[illegible] Riccard. Ergo & similiter Regula[illegible] de dicta ubi de potestate Regulari[illegible] absolvendum *§. 2. per tot.*

D U B. XXI.

In quibus Casibus Regulares subijcian[illegible]scopis, Cum derogatione Exempt[illegible]

Ad c. 8. sect. 3.

1 *Casus in quibus Regulares subiiciuntur* [illegible] *sunt diversi.*

2 *Et in his allegandis non conveniunt* [illegible]

3 *Magis communes, & scitu necessarii* [illegible]*tur & seq.*

2 *Et tales solùm sunt censendi in quibus* [illegible] *clausula* non obstantiæ.

Di[illegible]

DIxi in illo capite Regulares esse ab Episcopis exemptos generaliter, & in omnibus, nisi inveniatur casus exceptus in jure. Nunc igitur ego hîc quæro, an de facto sint aliqui casus tales, quot & in quibus materijs. Et quidem tales reperiri constat, & apparebit ex dicendis, verùm non convenit inter Doctores in eis computandis. Nam Tambu. *de 1. iur. Abb. d. 15. quæst. 7.* horum enumerat ad 37. quos tam ex antiquo jure, quàm novo Trid. *ibi* congerit. Milard. verò in sua sum. parùm strictior proponit horum 27. tantùm. At Cassahing *in tract. de privil.* adhuc parcior non admittit nisi 24. nempe 7. ex antiquo jure. Et 17. ex novo Trid. Alij aliter ratiocinantur. Hæc autē diversitas inde oritur, quòd aliqui in recēsendis ejusmodi casibus eos omnes in hunc Ordinem congerunt, in quibus aliquid quoquo modo disponitur contra Regularium exemptionem, & libertatem, alij verò hos tantùm admittūt, in quibus non simpliciter invenitur aliquid dispositū contra exemptionem Regularium, sed in quibus invenitur dispositioni addita Clausula non obstantiæ, quia tunc solùm derogatio sortitur effectum, & sufficiens reputatur juxta dicta, ubi de Trident. *v. quinto.*

2 Ego autem, tum ex jure antiquo, tum novo Trid. tum subsecutis Sum. Pontif. & Cardinalium constitutionibus, atque etiam Doctoribus variis hîc proponam magis frequentes casus, & ad tollendam difficultatem, mentionem faciam prædictæ Clausulæ, ubi invenitur abjecta.

3 *Primus* est circa munus concionandi, quando Regularis habiturus est Concionem in propria sui Ordinis Ecclesia debet accipere benedictionem ab Episcopo, si contingat esse præsentem. At si vult in alienis Ecclesijs concionari, debet accipere licentiam ab eodem. Quòd si errores vel scandala disseminaverit, Episcopus potest ei interdicere munus concionandi, si hæreses, contra illum procedere secundùm juris dispositionem, de quo *in cap. ad abolendam. de Hær.* Et hoc tanquam Sedis Apost. delegatus juxta Trid. *sess. 5. c. 2. de ref.* Ubi licet Clausula non obstantiæ non sit expressa, videtur tamen ex ipso textu inferenda.

Secundus. Respicit idem concionandi officium, quia si aliquis Prælatus Regular. negligit providere, ut verbum Dei proponatur populo in Ecclesijs unitis suo Monasterio potest Metropolitanus tanquam Sedis Apost. delegatus ad hoc illū compellere, *ibid.* 4

Tertius. Respicit Regulares delinquētes in hoc, quod si aliquis vivens extra Monasterium deliquerit, poterit Episcopus illum punire & contra illum per censuras procedere cum clausulis non obst. *cap. volentes de privil in 6. Trid. sess. 6. c. 3. de ref. & sess. 7. c. 14.* Quæ jura fuêre deinde innovata per constitutionē Clem. VIII. quæ incipit: *Suscepti Regiminis.* At quantùm ad eos, qui viventes intra Monasterium delinquunt extra tali modo, ut sint alijs scandalo, jubentur puniri à suo ipsorum Superiore intra tempus ab Episcopo ei assignandum juxta Trid. *sess. 25. de Reg. cap. 14.* sed ibi non habetur Clausula. Vide ubi de exempt. §. 4. 5

Quartus. Respicit forum & lites, quia secundùm nonnullos nō obstante exemptione Regulares possunt conveniri corā Ordinario, ratione rei, delicti, vel contractus, quando res, de qua agitur, existit in loco nō exempto, vel delictum fuit in eo commissum *c. volentes de priv. in 6.* Nam quia *ibi* derogatur exemptioni, ideo dispositio illius capitis trahitur à nonnullis ad Regulares, quorum omnia jura & pri- 6

vilegia fundantur in exemptione. Sed
7 certè magis importunè, quâ opportunè
sit hæc extensio. Quia ipse Innocent. IV.
qui est Author canonis interrogatus, an
per illum intenderit derogare Regular.
privilegijs vel exemptioni? Respondit
quòd non, B. quæ incipit: *Cùm alias duxerimus.* expedita 15. Cal. Octob. Anno
sui Pontif. 10. Tum deinde Bened. XI.
8 derogando expresè illi canoni sancivit, ut non obstante ejus dispositione,
sarta tecta maneat Regularium exemptio.
B. quæ incipit: *Inter cæteras.* Data 4. Nov.
April. Pontif. sui Anno 1. Ultra quas
generales declarationes pro omnibus
Ordinibus in communi, etiam diversi
Pontifices in particulari, derogando
prædicto capiti favore diversorum Ordinum, sanxerunt, eorum fratres non teneri respondere coram Ordinarijs, seu
ratione rei, seu delicti, seu contractus, uti
ego retuli *§. 4. de exemptione.*

9 *Quintus.* Respicit Regulares, qui ob certa delicta contrahunt excommunicat.
Quia dum constat de delicto potest Ordinarius eos denuntiare, nempe si sine
licentia proprij Parochi ministrant alicui Viaticum vel extremam Vnctionẽ,
si Matrimonia solemnizant, aut si absolvunt à censuris, à quibus nõ possunt absolvere. *Clem. Religiosi. 1. de privil.* cum
clausula non obst. Vide tamen dicta ubi
de Euch. num. 3.

10 *Sextus.* Respicit Monasteria, quia nullum licet Regularibus novum erigere,
nisi cum licentia Ordinarij, ut habetur
in Trid. *sess. 25. cap. 3. de Regular.* & servatis alijs, de quibus ego *ubi de Monaster.*

11 *Septimus.* Est de Monasterijs commendatis, quæ jubentur visitari ab Ordinario ad hoc, ut obliget Commendatarios
ad eorum reparationem. Trid. *sess. 21. c. 8.*
Nomine autem Ordinarij ego hic intelligo, non Episcopum Diœcesanum, [illegible]
Visitatores Congregat. seu Abbates
jores, qui sunt in ea Ordinarij.

Octavus. Respicit Clausurâ & stabil[illegible]
tem, eò quòd nulli licet exire de sui[illegible]
nasterio prætextu conveniendi S[illegible]
riorem majorẽ vel transeundi ad ali[illegible]
rem Ordinem, sin autem, potest [illegible]
tanquam fugitivus. *sess. 25. c. 4. de Re[illegible]*
cum Clausula.

Nonus. Respicit eos, qui mittuntur
studia, quia si in civitate, in qua stu[illegible]
extat Monasterium sui Ordinis, debe[illegible]
in eo habitare. *ibid.* sed deest Clausu[illegible]

Decimus. Respicit susceptionem [illegible]
dinum, quia omnes ordinandi pos[illegible]
examinari. *sess. 23. c. 12.* cum Clausu[illegible]

Vndecimus. Est de Confessarijs, ut C[illegible]
fessiones non audiant, nisi approb[illegible]
sess. 15. cum Clausula.

Duodecimus. Est de Missis celebrand[illegible]
ne in Oratorijs privatis celebren[illegible]
sess. 22. cum Claus.

Et de earundem Missarum stipen[illegible]
de qua materia vide *ubi de Missis 7.*
volens.

Decimus tertius. Respicit officium P[illegible]
chiale, quia nullus Regularis pote[illegible]
lud suscipere, nisi ab Ordinario app[illegible]
batus juxta Trid. *sess. 24. cap. 8. de re[illegible]*
dum existit in Parochia vel Prioratu[illegible]
membro sui Monasterij pro hoc offi[illegible]
exercendo, manet subditus eidem O[illegible]
dinario, quantùm ad ea, quæ spect[illegible]
ad idem munus. *sess. 25. de Reg. cap. 11.*
& cap. volentes 1. de privil. in 6. §. fin. q[illegible]
dispositio habet locum etiam in eo, q[illegible]
residet in suo Monasterio, si sic resident[illegible]
administrat Parochiam. *cap. 11. cit.* sed [illegible]
non fuit appositа clausula. Et insuper
fallit dispositiò pro Monasterijs, in qu[illegible]
bus Generalis Ordinis habet suam resi[illegible]
dentiam, ut *ibid.* dicitur, & ex abundan[illegible]
ti S.

ti S. Cardin. Congregat. declaravit apud Zerol. *in pra. p. 2. v. visitatio. q. 13.*

Decimus quartus. Est circa Observantiã censurarum, quia omnes Regulares jubentur publicare & servare latas ab Ordinarijs locorum. *sess. 25. cap. 12.* sine Clausula, quæ tamen habetur in *cap. Episcoporum de privil. in 6.* Et hoc sub pæna interdicti ab ingressu Ecclesiæ & alijs à jure latis, ut *ibi* dicitur.

Decimus quintus. Circa Festorum observantiam, quia constituta in Diœcesi debent servare *sess. 25. c. 12.* sed sine Claus. Quòd verò de Festis Diœcesis dicitur in illo decreto, idem ego de Festis Parochiæ vel votis publicis dico cum Vasch. 1. 2. *d. 167. cap. 4.* Portel. *v. Religiosus. in add.* Sanch. Navar. & alijs. Ac item de legibus seu synodalibus, seu civilibus locorũ, in quibus habitant cum eodẽ Vasch. *d. cit. c. 5.* Rodriq. *in sum. to. 1. c. 122.* & Macchad. *in perf. Confess. lib. 2. p. 3. tract. 10. doc. 13 to. 1.*

Decimus sextus Est de Professionibus, ad quas possunt Regulares obligari ab Ordinarijs. *sess. 25. cap. 13.* Sed sine Claus. Et insuper S. Cardin. Congreg. An. 1602. in voce Cassinensium declaravit, eos non posse obligari ad aliam Processionem, quam Festi Corporis Christi. Quod iterum Anno 1616. servandum mandavit. Ac rursus Año 1638. Urbanus VIII. censuit per B. quæ incipit: *Nuper pro parte.* Quod idem pro Monachis Olivetan. & Canonic. Regul. Congreg Lateranensis S. Cardin. Congregat. Constituit Ann. 1634. die 17. Sept.

Decimus septimus. Est pro litib. & dissidijs, quæ possunt oriri super præcedentia in Processionibus, quia extemplò potest Ordinarius eas decidere cum Claus. *sess. 25. cap. 14.*

Decimus octavus. Respicit Novitios à Religione recedẽtes pro recuperandis omnibus, quæ secum intulerunt, quia si Monasterium, detrectat ea restituere, potest Episcopus per censuras ad hoc cogere. *sess. 25. c. 16.*

Decimus nonus. Versatur circa libros imprimendos, quia nemini licet aliquẽ imprimere de rebus sacris, vel ad quietandas conscientias, nisi cum approbatione Ordinarij, & licentia sui Superioris, addito Authoris nomine & cognomine, ex decreto Concil Lateran. sub Leone X. *sess. X.* & Trid. *sess. 4. in decreto de Canonic. script.* ubi eadem dispositio extenditur ad manuscripta, non vulganda de quo Barbosa, *de off. & pot. ep. p. 3. all. 105.* & Roder. *to. 2 qq. Reg. 104 a. 1. & seq.* Et in singulis Provincijs varia statuta emanârunt, quæ solùm de præsenti attenduntur. 29

XX. Respicit pulsum campanarum in die Sabbati Sancti, quia Regulares prohibentur suas pulsare, donec primò in Ecclesia Cathedrali vel Parochiali sint auditæ ex constitutione Leon. X in Concil. Later. quæ incipit: *Sacro approbante.* de qua Gavant. *in com. super rubr. Miss.* Et hoc sub pæna 100. Ducatorum ex declaratione Cardinalium. Sub An. 1608. die 9. Febr. de qua idem Gavant. *in Enchir. Episc. v. Campanæ.* & Barbos. *alleg. 105. cit.* 30

Fallit tamen respectu eorum Regular. qui ex consuetudine imemoriali solent ad libitum pulsare suas campanas, quia permittitur eis continuare in sua consuetudine, ut monet Tambur. *to. 1. de jur. Abb. d. 15. q. 7.* Vbi plures super hoc adducit Rotæ decisiones & Cardinaliũ declarationes. 31

XXI. Est ob defectum justitiæ, quia si Regularis non potest facilè recurrere ad suum Superiorem majorem, licet ei recurrere ad Episcopum secundùm Barbos. 32

alleg. 106. cit. Gavant. in Enchir. cit. v. exēpti. Cokier. in tr. de jurisd. Ord. in exēpt. Aufrer. & alios. Sed zelus vindictæ, qui in quamplurimis fervet, satis ostendit, quâ sit hic recursus periculosus, & satiùs esse pati aliquâ injuriam, quàm in ruinam, & oppressionem totalem adduci.

33 XXII. Versatur circa ea quæ concernunt fidem, vel sanctum inquisitionis officiū, quia quoad illa Regulares subijciuntur Episcopis & Inquisitoribus, cassatis quibuscunque privilegijs in contrarium facientibus ex constitutione Urb. VIII. quæ incipit: *Cùm sicut accepimus.* sub data Anni 1631, die 5. Nov.

34 Sunt & alij casus, in quibus dicitur derogari Regular. libertati & exemptioni, sed referre supersedeo, tum quia horum nonnulli conveniunt cum prædictis, tū quia alij non inveniuntur nisi in declarationibus vel constitutionibus quæ non sunt receptæ, aut certè non habent sufficientes clausulas derogatorias, cùm etiam de omnibus relatis possit dubitari, juxta dicta *in dub. 7. per tot.*

DVB. XXII.

An Decreta derogantia Exemptioni Regularium æqualiter omnes respiciant, & comprehendant.

Ad c. 8. citat.

SUMMARIUM.

1 *Vrban. 8. voluit omnes Regulares æqualiter comprehendi, in dispositionibus apostolicis.*
2 *De jure tamen secus est.*
3 *Episcopus Cavensis volens obligare Monachos S. Trinitatis ad Processiones, fuit condemnatus à S. Congreg.*
4 *Item & cùm vellet procedere contra eosdem si delinquerent.*
5 *Monachi qui nunquam fuêre subditi, non possunt dici exempti.*
6 *Vnde quando aliquid statuitur contra exemptos, non comprehenduntur in dispositione.*
7 *Pacta non tolluntur per ullas revocationes.*
8 *Neqs Sedis Apost. 9. 10.*
11 *De quo proponuntur exempla & seq.*
13 *Congregatio Cassin. habet pactum con Apost. super exemptione & privileg semper excipitur in revocationibu*
5 *Etiam Papa debet suum verbum servare.*

ITA videtur intendisse Urb. VIII. sua const. quæ incipit: *Cùm sicut accepimus.* edita An. 1631. die 5. Nov. In decernit quascunq; constitutiones stolicas, super quacunque re edi comprehendere quoscunque Regul quibuscunq; privilegijs, & sub quac forma concessis munitos, nisi speci in illis inveniantur excepti. Sed hoc obstante ego puto, multa esse Mon ria, multasq; Congregationes, quæ comprehenduntur sub eiusmodi de tis vel constitutionibus, derogant Regularium exemptioni & privileg Et ut clariorem reddam meam opi nem, ego fundamenta ejus accipiam solidissima doctrina, quam sancta dinalis Congregatio tradidit in c declarationibus, quæ licet imme & directè respiciant Sacrum S. Tri tis Cavense Monasterium, ad multi men alia, totamque Congregatio Cassinensem (cujus est) extendi po imo & debet, ob identitatem ratio

Igitur sciendum est, quòd cùm scopus Cavensis vellet aliquando o gare Monachos dicti Monasterij SS. nitatis, ad interessendum Proce bus, & virtute Tridentini proce illi verò renuerent lite motâ coram Card. Congr. Illa die 13. Aug Anno tulit sententiam (quæ refertur in Cassin. *const. 213.*) in hæc verba: *Con gatio generalis censuit, Monachos SS. nitatis non posse ex decreto Concil 25. Capit. 13. de Regularibus cogi ad* esse.

diones. Tum quia nullius. Tum quia non sint dicti exempti, qui nunquam subditi fuerunt. Item propter pactum confirmatum à Sede Apost. quod non tollitur cap. 22. de Regul. Cùm verò idem Episcopus prætenderet se (similiter virtute Trident.) posse procedere contra prædictos Monachos, si continuarent delinquere, lite ad eandem S. Congregationem delata, tulit Episcopus hoc responsum die 31. Iul. Anno 1621. à Cardinali Ubaldino Congreg. Secretario, quod similiter refertur in Bullar. Cassin. *vol. 2. Congregatio Cardinalium, Concilij Trid. interpretum, auditis amplitudinis tuæ Procuratoribus & Advocatis, reque accurato studio, mul atque iterum discussa, censuit concordiam seu conventionem ante Concilium initam, inter bonæ memoriæ Cardinalem de Aragonia, & Abbatem Monasterij SS. Trinitatis Cavensis in crectione Episcopatus à Sede Apost. confirmata, minime stare Episcopis Cavensibus, quin possint, etiam tanquam Sedis Apost. delegati) visitare, emendare, & corrigere Monachos dicti Monasterij extra claustra degentes, in vim Capit. 3. sess. 6. quatenus in Monachos eosdem degentes intra Monast. claustra, & extra ea in Diœcesi Cavensi notoriè cum scandalo delinquentes procedere valeant ad arbitrium. cap. 14. sess. 25. de Regul. &c.* Igitur ex hoc quod S. Cardinalium Congregatio declarat, non dici exemptos, qui nunquam fuêre subditi, atque ideo Monachos Cavenses non venire nomine exemptorum in odiosis, seu in obligationibus & oneribus. Hinc ego infero, quòd similiter alia Monasteria, quæ nunquam fuerunt subiecta (seu quia antiquiora ipsis sedibus Episcopalibus, seu quia à prima sua fundatione, facta sunt immediata Sedi Apostolicæ (non veniunt nomine exemptorum. Unde quia Concilium Trid. Clem. & Urban. VIII. aliique Pontifices, non ipsi ipsum scriptum in suis derogationibus exprimit & nominat semper Regulares *exemptos*, censendum est, eos semper loqui de his, qui propriè, & in propria significatione sunt exempti, hoc est qui olim fuêre subditi, non autem de illis, qui nunquam, quales sunt prædicti Monachi, Monasterij Cavæ, Cassinenses, Cluniacenses, Fuldenses, Campidonenses, Sancti Galli, & non pauci alij per Germaniam, Flandriam, & omnes ferè Provincias. Et sic quando emanat aliqua constitutio, aut obtruditur aliqua 6
jam facta ab aliquo Concilio Romano Pontif. vel S. Congregatione, in qua datur Episcopis potestas procedendi, cogendi vel agendi (etiam tanquam Sedis Apost. delegatis) contra Regulares non obstante quacunque exemptione, semper excepti ab ejusmodi dispositione, censendi sunt Monachi prædictorum Monasteriorum, & non tenentur recipere talia mandata neq; Episcopos audire.

Item quia pactum præcedens Tri- 7
dentinum initum cum Episcopo & Monachis Cavæ, non tollitur per derogationes eiusdem Trid. adeò ut ijs non obstantibus, maneant dicti Monachi in sua plena exemptione, & suorum privilegiorum fruitione. Ita à pari si aliquod Monasterium aliud habeat similiter pactum cum Episopo Diœcesano, vel cum Sede Apostolica, non poterit per ullam subsequentem derogationem imminuere illi suam exemptionem, suave privilegia in ea fundata. Atqui prædictum Monasterium Cavense, præter pactum cum Episcopo, habet aliud cum Sede Apostolica in censu annuo, trium solidorum aureorum, quos ex constitutione Urbani II. & Alex. III. solvit Cameræ Apostolicæ. Et similiter Congregatio Cassin. habet pactum cum eadem Sede Apostol. in censu an. unius

unciæ

unciæ auri, quam solvit eidem Cameræ, *pro omnimoda exemptione, & manutentione privilegiorum* (uti pleniùs dixi dub. 6.)
8 Ergo sicut ex declaratione duplici Cardinalium pactum præcedens Tridentinum obsistit, quamvis ejus decreta derogent exemptioni & privilegijs Monasterij Cavensis, ita similiter pactum initum cum Sede Apostolica ab eodem Monasterio Cavensi, & Congreg. Cassinensi obsistit, quominus ulla decreta Apostolica
9 subsequentia imminuant ejus exemptionem aut privilegia. Et sic quamvis in Tridentino, aut subsecutis Sum. Pontificum constitutionibus, aliquid inveniatur statutum, ad quod obligantur Regulares, *etiam exempti*, aut quovis privilegio muniti, semper intelliguntur excepti illi, qui habent pactum anterius
10 cum Sede Apostol. ut Cassinenses. Imò etiamsi in dispositione dicantur comprehendi quicunque, aut quomodocunque exempti, aut qui nunquam subditi fuere. Nam si hoc titulo non excipiuntur, certè illos excipit pactum præcedens *quod non tollitur*, inquit Sacra Congregatio.
11 Neque hoc frustra dixerim, sed in sana, & infallibili doctrina Concilij Lateran. sub Leone X. fundatur mea opinio. Cùm enim dictus Leo fecisset quoddam concordatum cum Francisco primo Rege Franciæ. Ipse deinde sacro approbante Concilio declaravit, se omnia in prædicto concordato statuere, & disponere per modum contractus, ad hoc ut inviolabilia semper permaneant, & nunquam neque à se, neque suis Successoribus per ullam expressionem, aut clausulam pro expressis habentes contrariam dispositionem, gratiam, aut quidvis aliud, revocentur. Audis pactum? Audis irrevocabilitatem? Audis firmitatem dispositorum? Igitur à pari, si aliquod Monasterium, aliquáve Congregatio habe[illegible] pactum cum Sede Apostol. super sua [illegible] emptione, & privilegiis, nunquam [illegible] censendum erit derogatum, per ul[illegible] dispositionem aut clausulam, quam[illegible] vis generalem, quin potius propter [illegible] ctum, & concordatum ejusmodi præ[illegible] dens semper excipi reputantur.

Et hanc rationem vimque ipsius [illegible] timè intellexit, & clarè demonstr[illegible] Eugen. IV. Author pacti cum dicta C[illegible] greg Cassin. Nam in Bulla, in qua ce[illegible] illi constituit, declarat, non posse [illegible] obligari ad ulla onera, personalia, [illegible] lia, vel mixta, virtute quarumcu[illegible] litterarum Apostol. etiam si in illis c[illegible] prehendantur exempti, nempe qui[illegible] ctum impedit ne dicta Congregat. ([illegible] vis aliàs exempta) comprehendatur [illegible] li dispositione, aliud est enim derog[illegible] exemptioni, aliud derogare pacto, [illegible] exemptioni datæ ex gratia, & acqu[illegible] per pactum.

Intellexit etiam hanc veritatem [illegible] adhuc clarius explicavit Clem. VII. [illegible] quæ incipit: *Exponi nobis.* expedita [illegible] Mart. ann. 1525. ocasione cuiusdam [illegible] vis, per quod ipse Cardinali Nicolao [illegible] Ridolphis tunc Episcopo Florentino [illegible] bat jurisdictionem in omnes Regul[illegible] exemptos suæ Diæcesis, nõ obstante [illegible] cumque exemptione. Cùm enim Mo[illegible] chi Sanctæ Mariæ, civitatis Florentin[illegible] Congreg. Cassinensis consuluissent [illegible] dem Clement. an per dictum Breve [illegible] sendi forent facti subditi cùm aliis ex[illegible] tis prædicto Cardinali, & suæ exemp[illegible] ni, ac privilegiis derogatum esset, [illegible] respondit Pontifex.

Monasteria Congreg. vestræ, & illorum Monachos, sub litteris Nicolao Cardinali conc[illegible] minimè comprehensos esse, vosq; vestris privilegiis, gratiis, & exemptionibus liberè uti posse & de-

debere, in omnibus, & per omnia, perinde ac in prædictis litteris vos expressè excepti fuisse, authoritate Apostolica, præsentium tenore decernimus. Vides igitur quia quando Papa derogat exemptis, & eorum exemptionibus vel privilegiis, semper intelligitur excepta Congregat. Cassinensis, quamvis hoc non dicatur. Nimirum *propter pactum*, & singulares derogatoriarum derogatorias illi additas ab Eugenio, & cõfirmatas deinde à Leone X. Paulo III. ac aliis Pontificibus, de quibus informatus fuit Clemens VII. (ut ipsemet ait in suprascriptis Bullis) responsum suprarelatum dedit. Et quod in hac materia mihi videtur maximi momenti, non tantùm quia à Maximo Pontif. datum, sed quia datum pacto, seu censu, & conventione, de qua loquimur, & sic non ex gratia, sed justitia, & secundùm naturalem aequitatem ejusdem pacti. Quod cùm singulis annis innovetur, ideo, & nunquam exemptioni dictæ Congregat ejusque privilegiis in eo fundatis derogatur.

Dices non posse Episcopum Cavensem convenire pacto, à suo Prædecessore facto cum Monachis Cavensibus, quia fuit confirmatum à Papa, sed non potest idẽ dici de pacto Cassinensium cum sede Apost.

Respond. Cardinales fundasse suum responsum, non super confirmatione pacti, sed super ipsius natura, quæ exigit stabilitatem, & ut stetur concordatis, licet enim obligatio pacti, & conventionis personalis non transeat ad Successores, tollit tamen quando pactum initur cum Ecclesiâ, & super negotio ipsam respicit. Nam quia sedes non moritur, ideo semper manet ei affixa obligatio servandi conventionis, & sic quia pactum de quo loquimur, fuit ictum non cum Episcopo, sed cum sede Episcopali, non à Monachis, sed à Monasterio, ideo semper viget, & vigebit ejus obligatio, etiam secluſa omni confirmatione, idemque dico per proportionem de pacto Eugeniano, quod fuit ictum non inter ipsum, & Monachos Cassinenses, sed inter sedem Apostol. & Congregationem Cassinensem. Et ita esse patet ex pacto Leon. X. cum Franciſco primo de quo supra.

Dices extare constitutiones Cardinalium, & Romanorum Pontif. per quas derogatur in quibusdam casibus exemptioni Regularium, & privilegiis quibusvis, *etiam pacto, vel juramento firmatis.* 15

Resp. quòd quidquid sit de potestate Papæ ad revocanda sua pacta (quam ægrè admodum admittunt qui possunt resistere, ut Principes) Id saltem non potest negari quod ad ejusmodi revocationes (clave non errante) faciendas, requiruntur multa, ex omni parte, quæ non intervenerunt in constitutionibus Pontificiis, quæ ad hoc obtrudi possent, unde & in dub. 7. dixi posse probabiliter sustineri, nullas earum habere sufficientem vim derogativam, ad abroganda privilegia Regularium. Quantùm verò ad constitutiones Cardinalium, idem dixi ibid. de ipsis.

DUB. XXIII.

An Religiosus professus ad Chorum, sed sacris nondum initiatus, teneatur ad Horas?

Ad c. 12. sect. 3. nu. 7. & 8.

SUMMARIUM.

1 *Decet maximè Religiosos quoque Horas recitare.*
2 *Principium autem ex quo ad eas obligantur, est quod sint professi ad Chorum.*
3 *Obligari verò sub mortali tenent aliqui Authores, quorum rationes deducuntur, & seq.*
11 *Opinio contraria verior.*
Qui semel, aut iterum Horas omittit, non peccat mortaliter ibid.

12 Obli-

12 *Obligationes non inducuntur, nisi secundùm quod invenitur in jure.*

14 *In jure obligatio Horarum imponitur solùm existentibus in sacris Religiosis non. Vel solùm Communitati 13. 20.*

16 *Ordines Religiosi non sunt instituti præcisè ad orandum.*

17 *Monachatus non est beneficium.*

18 *Deputatio ad Chorum non obligat Monachum ad Horas, sed eum distinguit à fratribus laicis.*

21 *Regulæ Religiosorum, obligant eos ad Horas, eo modo, ac ad alias observantias, & non sub maiori peccato.*

23 *Regula habet vim legis, & juris com. in quolibet Ordine.*

24 *Consuetudo non obligat sub alio peccato, quàm intenderunt illi, à quibus fuit introducta.*

25 *Et illa de Horis dicendis non fuit introducta sub mortali.*

26 *Gravis materia potest obligare solùm sub veniali.*

28 *Scrupuli facti à Prælatis isto tempore sunt suspecti.*

1 QVærens hîc an Religiosi teneantur ad Horas, suppono primò me loqui de ea obligatione, quæ peccatum mortale inducat. Nam quòd deceat Religiosos persolvere Horas Canonicas, quòd sit consultum, quòd suadendum, quòd præ multis aliis operibus piis, meritorium, & Deo gratum, hoc totum tanquam certum, in dubium non revoco. Suppono

2 secundò, quòd cùm quæstio procedat generaliter de omnibus Ordinibus, Religiosis, ego etiam hic loquor generaliter, & in communi de principio quod in cõmuni in omnibus invenitur, nempe de deputatione ad Chorum, seclusis privatis cuiusque Ordinis vel Congregationis statutis, & quæro, an ex hoc ipso præcisè quòd aliquis per Professionem deputatur ad Chorum, obligetur sub mortali ad Horas? etiamsi sacris non sit Ordinibus initiatus.

Affirmant autem communiter Canonistæ *in cap. 1. de cel. miss.* Asor. *1. p. lib. 10. cap. 6.* Marchin. *de sacr. ord. tract. 2. p. 6. cap. 12. diff. 1.* Et plures alii quentibus citandi, qui tamen non eodem omnes, sed ex diversis capitibus hanc obligationem astruunt.

Primum caput sumitur ex jure divino. Nam olim Levitæ & Sacerdotes qui sortis Domini, & cultui templi dicati fuerunt a Davide præfecti psalmis hymnis in eodem templo canendis; autem in lege nova Regulares, & Cl successerint Levitis, consequens dicamus eos successisse in munere tandi publicè in templis laudes divi ita nonnulli apud Marchin. citat.

Secundum. Sumitur ex fine institu ligiosi, quia ideo Ordines Religiosi sunt fundati, ut orent, non tantum se, sed etiam pro aliis, & univer clesia. ita S. Antonin. *3. p. tit. 13.*

Tertium. Ducitur ex hoc quod Re vivunt de eleemosynis, & bonis ec ad cultum divinum, unde mona dicitur beneficiũ interpretativũ à *in Clem. dispendiosam. de judic.* Unde beneficiati obligantur ad Horas vivunt de bonis Ecclesiæ, & Parro Christi, ita & Religiosi Palud. *in quæst. 5. artic. 1.* & Fab incarnat. *in p. 1. tractat. 3.*

Quartum. Fundatur in Professione hoc ipso quòd per Professionem deputatur ad Chorum, statim ori consurgit in eo obligatio satisfa choro, & Horas chorales persol Navarr. *de peccat. cler. cap. 26.* Perez *in reg. Sancti Bened. cap. 1. concl. 2.*

Quintum. Sumitur ex ipso jure & sacris canonibus, in quibus hoc nobis imponitur. ita Arag. *2. 2. q.*

Sextum. Fundatur in consuetudine in-
[illegible]erata, Graph. *lib. 2. decis. cap. 50. & lib.*
[illegible] 5. Navar. *de orat. c. 7. & 21.* Bonacin.
[illegible] *can. d. 1. quæst. 2. p. 2.* Valent. *de*
[illegible] *d. 6. quæst. 2. p. 10.* Tolet. *in sum. lib. 2.*
[illegible] & alij. Ex his autem omnibus oriri
[illegible]gationē mortalis, probatur ex doct-
[illegible] communi, quam inter alios tradit
[illegible] 1. 2. *to. 2. d. 158.* Ubi dicit, non
[illegible] materiam gravem obligare sub le-
[illegible] peccato tantùm, Horas autem Cano-
[illegible] esse de se materiam gravem, nemo
[illegible] dubitet. Et ita omnes in omnibus
[illegible]dinibus interpretantur, & instruunt,
[illegible] dicunt suis junioribus, eos obligari.
Contrarium tamen tenent aliqui non
[illegible]ferioris notæ Theologi, ut Lairuel in
[illegible] *Regul. specul. 58.* de Præmonstratensi-
[illegible] ipse Præmonstratensis Abbas de Be-
[illegible]dictinis Caram. *in reg. S. Bened. n. 1343.*
[illegible] ipse Benedictinus. De Dominica-
[illegible] A Castro de omnib. Regul. in uni-
[illegible]sum Bull. *in Clem. Religiosi. de Decim. a.*
[illegible] *per c. nemo. & c. si Monachus. 16. quæst. 1.*
[illegible]don. *in Consil. Regul.* Et ex ipso Diana.
Ex Diana Auson. *infracitandi.* Nec dissen-
[illegible] videtur Valent. *d. 6. de orat. q. 2. p. 10.*
Ubi cùm dicat veriùs esse, quòd juniores
Religiosi ad hoc onus tenentur, ego in-
[illegible]fero, quòd cùm non detut compa-
[illegible] sine positivo, saltem verum esse,
[illegible] non. Quod probabile putat Sà. *v.*
Horæ n. 1. Unde Aragon. 2 2. *q. 88. a. 11.*
[illegible] 4. & Bonart *de Hor. can. lib. 2. cap. 3.*
affirmant Religiosum non peccare mor-
[illegible], qui semel, iterum, vel tertiò Ho-
[illegible] omitteret. Ratio fundamentalis est,
[illegible] obligationes (tanquam odiosæ) nō
[illegible]ntur, nisi quatenus invenitur in
[illegible] expressum, sicut servitutes & onera
[illegible] præsumuntur, nisi quantùm de eis
[illegible] *l. altius C. de servit. & aqua.* Bald.
[illegible] *cons. 400.* Rolland. *lib. 3. cons. 32.* De-
cius. *cons. 269.* Atqui ex nullo capite do-
cetur sufficienter de obligatione Horarū
pro junioribus Professis, ergo &c. Pro-
batur autē minor ex refutatione omniū,
quæ in superioribus fuerunt allegata.

Nam quod attinet ad primum, Resp. 13
quòd etiamsi daretur præceptum de lau-
dando Deo per Psalmodiam & impositū
clero in communi, non tamen sequitur
teneri ei satisfacere omnes, qui quovis
modo in clero computantur, sed tantùm
hos, qui ab Ecclesia ad hoc deputantur,
nempe eos, qui sunt in sacris, & ita esse 14
patet, quia in jure illis imponitur hoc
munus, *in c. Eleuther. d. 91. c. Præsbyter eod.*
c. si quis Præsbyter. d. 92 c. 1. de cel. Miss. & c.
2. de cohab. cler. & mul. De Religios. autē
ubiq; summū silentium, ergo signum est 15
eos, quà tales ad hoc non teneri, & omnē
obligationem satisfaciendi præcepto di-
vino (si quod est tale) fuisse transfusā
in eos, qui sunt in sacris.

Ad *secundum* Resp. negando supposi- 16
tum, quòd Ordines religiosi sint institu-
ti ad orandum præcisè.

Ad *tertium* Resp. Quòd licèt Religiosi 17
vivant ex Eleemosynis, & bonis Deo ob-
latis, non tamen sequitur eos teneri ad
Horas, quia non dantur eis Eleemosynæ,
nec Monasteria ædificantur in hunc finē,
ut notat Caiet. *v. Horæ*, sed promissione
peccatorum, pro exercenda charitate, &
ut Religiosi alijs operibus pijs simul, ut
isti vacent, unde negatur assumptū, quòd
Status religios. sit status beneficium in-
terpretativum, cùm potiùs debeat dici fi-
liatio seu adoptio, per quam Religiosus
reputatur acquirere jus ad bona Mona-
sterij, seu ut de bonis eius sustentetur, si-
cut filius debet sustentari de bonis pater-
nis, non autem per recitationem Horar.

Ad *quartum.* Ex hoc, quòd aliquis de- 18
putetur per Professionem ad Chorum,

nihil inferri posse, nisi distinctionē fratrū Laicorum & Clericorū, quæ jam dudum cepta est inter Religiosos, nempe hos, qui dicuntur Clerici, esse destinatos ad suscipiendos & exercendos Ordines clericales, hos qui dicuntur Laici deputari ad munera vitæ activæ, & quia illi soli Chorum frequentant (istis exclusis) ideo dicuntur Professi ad Chorum, sed inde nō

19 sufficienter infertur pro ipsis obligatio recitandi Horas, vel si aliquid est concedendum Authoribus hujus opinionis, dicemus, Professos ad Chorum habere in communi obligationem satisfaciendi Officijs divinis in Choro, juxta *cap. cum creatura. de cel Miss.* non tamen recitandi privatim Officium. Et ita distinguit Bordon. *in cons. Regul.*

20 Ad *quintum* Resp. nullum canonem inveniri, qui imponat onus Horarum simpliciter Professis, & non existentibus in sacris, quantùm verò ad eos, qui per sensus deflexionem allegantur, potest ex his inferri fortè obligatio persolvendi Officij publicè in Choro, quæ obligatio ut sic respicit Conventum in comuni seu corpus communitatis, non autem personas ejus privatas.

21 Quòd si allegantur Regulæ Ordinum, Resp. quemlibet Religiosum teneri quidem ad Horas, jure Regulæ sui Ordinis, verùm non aliter, neque sub alio peccato, quàm ad alias observantias ejusdem Regulæ, & sic quia in multis Ordinibus v. g. S. Bened. & Dominici, putantur Regulæ & constitutiones non obligare sub mortali, sic neq; recitatio Horarum.

22 Addit Caram. *in Reg. S. Bened. n. 1343.* Quòd neque virtute ipsius quisquam in ejus Ordine obligatur ad Horas, nisi speciali præcepto suus Abbas hoc onus ei imponat, quia inquit Regula S. Bened. non est præcepta quoad ullam partem, sed solùm præceptibilis, unde quam aliqua ejus pars à Prælato non præ- tur, manent Religiosi ab ea liberi, peccant si non servant, sed certe ut damentum, sic & opinio Caram. placet, lex enim semper loquitur *l. ni. C. de hæret.* Regula autem in qu Ordine habet vim legis & juris c nis, ut docent Joan. de Neapoli *quæst. 16.* Gisler *in jud. Reg. c. 13.* & *in modo proced. in caus. Reg. c. 7.* und *in Theol. 24. Iesuit. tract. 6. c. 3.* opin tat, Regulam non minùs esse præc quàm vocē ipsam Superioris, & cesso, ut debet, quòd Regula S. B præcipit omnibus ejus Ordinem P sis recitationem Horarum, nihil op novo præcepto Prælati, quamvis in superioribus, hæc obligatio maior, quàm aliarum observanti Regulæ eiusdem.

Ad *sextum.* De consuetudine, Resp non posse negari, verum ut bene D *tract. 2. dub. Reg. res. 8.* non omnis c tudo obligat sub mortali, sed ea t quæ inducta est cum intentione s gandi, quia consuetudo imitatur lex autem non obligat nisi secund tentionem Legislatoris. An auten suetudo recitandi Horas sit sic int cta sub obligatione mortalis inter gios. Fum. *in* Armil. *v. Horæ can.* Auson. *in sum.* Dian. *eod. v. n. 12.* E *ibi* citat Caiet. Medin. & Villalob. di dubitare, nec refert, quòd videatu materia gravis, & quod dictum est etrina Vasch. nā contraria opinio materia gravis possit obligare sub li tantùm, est magis comunis, magi recepta, quam sequuntur Suar. *l. 3. c. 27.* Salas. *d. 6. sect. 7.* Sanch. *in sum. & l. 1. de matr. d. 9.* Clav. Reg *l. 3. v. præceptū. q. 3* & Navar. *in man. c. 23.*

Neque

Neque etiam refert, quòd Prælati Re-
larium faciant de hoc ſcrupulum ſuis
ioribus, & ita dicant ipſis, quòd ſub
rtali teneantur ad Horas, non enim
tenebuntur ; & ſi aliqui Prælati ita
ciant, non deſunt qui aliter. Imò in his
mporibus ferreis, quibus Prælati pro
iori parte non regunt ſua Monaſteria,
per rationes politicas prævalente ſa-
ma carnis contra Spiritum Dei, &
gulæ, ego puto meritò poſſe dubitari
s, ſuper qua aliquis Superior facit
pulum juniori fratri, niſi eviden-
rationibus dictum ſuum confirmet,
a quod ego hîc taceo multa relicta
opinione peritiorum cenſuræ.

DUB. XXIV.

*ventur in Tridentino privilegia, quæ
quod concedunt Regularibus tem-
pore Interdicti?*

Ad Cap. 14. ſect. 3.

SUMMARIUM.

*ubet ſervari cenſuras ab Ordinarijs loco-
rum poſitas.*

*ec hoc putant aliqui revocari privil. ſed con-
trarium eſt tenendum & 3.*

*Decretum illud Trident. non habet Clauſulas
derogat. ſufficientes.*

*Interdictum cenſetur ſervari quando recipitur,
non certis diebus ſuſpendatur.*

Ratio declarationis Cardinalium.

Trident. ſeſſ. 25. cap. 12. de Regul. ſic
loquitur: *Cenſuræ & Interdicta, nedũ
à jure Apoſt. emanata, ſed etiam ab Ordinariis
loci ſæpe mandante Epiſcopo, à Regularibus
ſuorum Eccleſiis publicentur atq; ſerventur.*
Habent autem Regulares varia privile-
gia hac materia, de quibus nunc quæ-
ritur an ſint per illud decretum abroga-
ta. Et reſpondet affirmativè Navar. *in
man. c. 27. n. 190.* Et *conſ. 7. de priv.* Cui ſub-
ſcribit Garc. *p. 3. de benef. c. 2 & p. 5. c. 8.* ubi
dicit ita eſſe declaratum à S. Card. Congr.

Sed contrarium tenent Sayr. *lib. 5. de* 3
cenſ. c. 13. Henriq. *lib. 13. cap. 48.* Peyrin.
to. 1. in expoſit. Bullæ 2. Sixti IV. Joan. de la
Cruz. *de ſtat. Rel. lib. 2. cap. 7. dub. 2. concl.*
2. Roder. *to. 2. qq. Reg. 112. a. 1.* Capuccin.
in add. ad Caſar. v. interdictum 3. n. 3. Me-
dina & alij. Ratio eſt. Tum quia in de-
creto relato nullæ ſunt Clauſulæ non ob- 4
ſtantiarum, quæ tamen ab omnibus di-
cuntur neceſſariæ, ad hoc ut Tridentini
decreta habeant efficaciam derogandi
privilegijs. Tum quia Trident. aliud non
quærit, niſi ut interdictum poſitum ab 5
Epiſcopo ſervetur, ſatisfit autem ſuffi-
cienter huic intentioni quando recipi-
tur, quamvis ſecundùm privilegia ſuſpẽ-
datur in certis diebus aut certæ perſonæ
ad Divina admittantur.

Quod verò attinet ad declarationem 6
Cardinalium, quam allegat Garcias, facit
pro hac opinione, quia Cardinales non
cenſuerunt omnia omnino privileg. tol-
li per decretum, de quo loquimur, ſed ea
tantùm, quæ fuerunt obtenta ante Trid.
manentibus ei poſthumis in ſuo vigore,
unde quia poſt ipſum Trident. Pius IV.
alijque Pontifices, confirmaverunt privi-
legia, quæ omnia, (etiam priùs extincta)
per hanc confirmationem revixerunt,
innovata ſunt, & de novo conceſſa, ideo
poſſunt dici omnia Tridentino poſthu-
ma, atque ideo ſecundùm prædictam de-
clarationem non eſſe à Tridentino abro-
gata aut ſi fuerunt, eſſe reſtituta, & uſum
de præſenti licitum.

DUB. XXV.

*Quæ ſint requiſita ad Sacrificium Miſſæ
ritè celebrandum?*

Ad Cap. 17. §. 2. ſect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Ad Miſſæ Sacrificium requiruntur ſacræ veſtes.*
2 *Quæ, quot & ex quâ Materia. 6. & 7.*

8 *Accipere vestes in Altari pro celebranda Missa, est solius Episcopi.*

9 *Missa non celebratur nisi in Altari lapideo, tecto tobaleis.*

10 *Altare quot debeat habere mappas, & quales & seq.*

12 *Ad Missã debet superponi Altari imago Crucifixi.*

13 *Et sufficit ea, quæ in tabella canonis pingitur.*

14 *Requiritur item ignis, qualis, & quot candelarum & seq.*

20 *Calix & patena, ex qua debet esse materia.*

24 *Et an per applicationem ad sacrum Mysterium acquirant benedictionem.*

25 *Calix debet habere pallam, & qualem.*

26 *Ad Missam requiritur Minister, quotuplex, & cuius sexus & seq.*

39 *Ad Missam potest adhiberi cantus, & sub quibus circumstantiis.*

32 *Ad Missam potest adhiberi suffitus, & qualis.*

33 *In Missa Defunctorum & apud Regulares, pax non debet dari.*

34 *Dum Horæ dicuntur in Choro, Missa privata non dicitur in Altari.*

35 *Dum celebratur solemniter. Eucharistia non debet esse in Altari.*

37 *Tempore divinorum Officiorum Laici non sunt admittendi in Præsbyterio.*

38 *Simplex Sacerdos non debet dicere Missam in Altari, in quo eam dixit Episcopus.*

REferuntur *ibi* ut in §. *præced.* varia privilegia, quæ dant facultatem celebrandi Missam in quolibet loco, ante lucem, post meridiem &c. sed (ut in illis locis dixi) semper supponitur, ut ea habeantur & serventur, quæ sunt necessaria ad tam altum Ministerium. Nunc igitur, hîc quæro, quæ sint illa? Omissis autem his, quæ ad essentiam Sacramenti & consecrationis requiruntur ex parte materiæ, formæ, vel Ministri, & ex instituto Christi.

1 Requiruntur *primò* ex institutione Ecclesiæ vestes sacræ. *c. vestimenta, de cons.* Tot nimirum, & quales ha[...] Sacerdos, quando fuit ordinatus. *c. [...] siastica. d. 23.* Et quæ sint Benedictæ, [...] *vestimenta.* licèt Scot. & Ricard. [...] tat & sequitur Angel. *v. Missa. nu. 3[...]* cant ex consuetudine non benedic[...] gulum, sed ego puto nunc contra[...] consuetudinem inolevisse. Puta[...] tem Navar. *in sum. cap. 25. n. 84.* Con[...] *quæst. 83. de Sacram. a. 3. dub. 3.* Hurt. [...] *de sacrif. Miss. diff. 11.* Suar. *d. 72.* [...] Fernand. *in exam. p. 3. c. 5. §. 13.* esse [...] tale celebrare sine aliquo ex dictis [...] mentis, excepto periculo mortis, [...] go. Laym. Filliuc. Diana & alij [...] docent posse Sacerdotẽ in necessit[...] lebrare sine aliquo ex minoribus, [...] stola vel manipulo. Vel ut dicũt Pa[...] *4. d. 13. q. 2.* March. *de sacr. Ord. tract.* [...] *cap. 14.* Armill. *v. benedicere.* Con[...] Suar. Fernand. & Navar. citati. S[...] plicare stolam pro manipulo, aut [...] pulum pro stola, aut stolã pro ci[...] vel ut monent Lamas *in meth. p. 3. c.* [...] Armil. & Coninch. *citati.* uti al[...] ipsorum quod non sit adhuc bened[...] An autem omnibus similiter non [...] dictis? Marchin. *in cap. 14. cit.* re[...] quos tenere licitum in necessitate.

Et debent ejusmodi ornamenta [...] materia nova, quæ profanis usibus [...] dum servierit, secundùm Gloss. *c.* [...] *tiarum. d. 1. de cons.* Sed Angel. *in* [...] *vestis.* Dissentit ab hac Glossa. Et [...] affirmat fuisse per consuetudinem [...] gatum canoni. Quin & Casar *v. or[...] ta. num. 6.* refert privilegium, quo [...] IV. concessit Minorib. facultatem [...] vertendi in usus Ecclesiæ vestes pro[...] à personis sæcularibus, sibi oblatas.

Et potest quidem Episcopus acc[...] vestes sacras de altari, seu seipsum [...] dicere

...ere in illo, sed non simplex sacerdos ut ...Cardin. Congreg. declaravit an 1608. ...7. Iul. & refert inter alios Barbos. *in ...ect. bull. v. Episcopus. 5.*

Requiritur *secundò* Altare saltem porta... *cap. sicut non alii. d. 1. de cons.* Quod de... esse lapideum, & consecratum. *c. al...ra, si non, & seq. eod.* Et tectum mappis, ...tobaleis, ex lino, vel canabe, non ve... ex serico, lana, aut alia materia textis ...*consulto. eod.* Quæ quidem vsq; ad 4. nu...erantur, in *c. si per negligentiam. eod. d. 2.* ...Armill. *v. missa.* Sylv. *v. corporalia.* ...*in theol. mor. lib. 5. tractat. 5. cap. 6.* ...*d. 81. sect. 6. S.* Antonin. Scort. ...riquez & Alij dicunt, duas sufficere. ...nand. vero *in exam. p. 3. cap. 5. §. 11.* Co...*a. 3. cit. dub. 2.* Rosell & alij pu...tant, sacerdotem posse esse contentum ...ica in duo plicata, cui corporale su...perternatur, Quin & Angel. *v missa. nu.* ...& Laym. *citatus.* affirmant satis esse si ...ica etiam sine plica habeatur, quando ...ssa necessitat, aut non potest omitti ...scandalo, licèt secus dicendum sit, ...quo sacerdos velit ex sola devotiõe ...lebrare.

An autem debeant benedici ejusmodi ...baleæ (ita satis apertè videtur signifi...in *c. cit. consulto.* in quo exigitur ut ...us, in quo conficitur Corpus Chri...sit consecratus. Sylv. tamen *v. benedi...* Filliuc. *to. 1. tract. 5. cap. 4.* Suar. & ...nand. *citati* affirmant, id non esse de ...cessitate, quia inquiunt, non inveni...ur in jure expressum. Ad *c.* verò *consulto.* ...spondent, illud intelligi de linteamine, ...immediatè tangit corpus Christi, ...Corporali, non de inferioribus. Sed certè cùm in pontificali habeatur ...stincta oratio pro benedicendis toba...leis & propria inde convincitur erroris ...hæc opinio. Bene autem in necessitate posset sacerdos sternere altari mappam non benedictam, & finito sacrificio illam restituere profanis usibus, secundùm Layman. *supracit.*

12 Requiritur *tertiò.* Imago Crucifixi altari superposita, ut habetur *in cærem. episcop* Et non posse omitti sine peccato veniali, quando potest commodè haberi Affirmat Hurtad *d. 4. de sacrif. miss. d. 9.* Non tamen obligare sub mortali docent. Homobon. *de exam. eccl. p. 1. tract. 4. c. 15.* Marchin. *de sacr. ord. p. 3. tract. 3. c. 12.* & quos *ibi* citat Suar. Diana, & Villalob. Sicut non refert, an sit in plano picta, vel ex metallo seu alia materia exsculpta. Unde ego puto scrupulosiorem fuisse Gavant. *in enchir. opisc. v altare.* Ubi dixit nõ

13 sufficere eam, quæ ordinarie pingitur in tabella Canonis Imò ex hoc quòd DD. dicunt esse veniale si omittitur ab eo qui posset commodè habere, hinc ego infero, nec esse veniale, si non adhibetur quando non ita facilè potest inveniri & afferri, sicut ego puto sufficere nudam crucem, etiam si imago ipsius Christi ex ea pendentis non adsit.

14 Requiritur *quartò* Ignis & hoc sub obligatione peccati mortalis secundùm Navarr. in *man. c. 25. num. 35.* Angel. *v. Missa. num. 35.* Fernand. *in exam. p. 4. cap. 5. §. 12.* Hurt. & alios per *cap. litteras. fin. de cel. miss.* Ubi reus huius delicti mandatur Officio, & beneficio privari. Fagund. tamẽ *tract. 1. lib. 3. cap. 21.* Villalob. *in sum. p. 1. tract.* 5. & alij apud Dian. *infracit.* tenent esse licitum celebrare sine igne, in magna & urgenti necessitate.

15 Regulariter autem ignis adhibendus in missa debet esse duarum candelarum de cera, pro simplici sacerdote, sed pro Episcopis 4. ut habetur *in eorum cærem.* septem verò quando põtificaliter celebrant de quo habetur figura *apoc 1.*

In

16 In necessitate autem, sacerdos potest esse contentus unica, secundùm Nugn. *3. p. quæst. 83. art 3.* Graph. *1. p. decis. lib. 2. cap. 42.* & Suar. *d. 81. sect 6.* Aut etiam
17 lampadem ex oleo potest adhibere, secùdum Filiuc. *tom. 1. tract. 5. cap. 4.* Dian. *de cel. miss. res. 57. 67. & 68.* Marchin. *de sacram. ord. tractat. 3 p. 3 cap. 12.* ubi pro hoc citat Suar. Fagundez, Laym. & alios. Lugo *d. 20. de euch. sect. 1.* ubi allegat Graph. Nugn. & alios Barbos. *de off. & pot par. cap. 11. num 44.* Et apud ipsum Asor. Zanard. Pitigian. & alii. Gasp. Hurt. *d. 4. de sacrif. miss. d. 9.* Fernand. §. 12. *cit.* Addit Laym. *in theolog. mor. lib. 5. tr 5. c. 6.* Auson.
18 *in sum. v. celeb. miss. num 19.* Pitigin. Asor. Graph. Diana Homobon. fas esse apponere candelam ex sævo. Quibus consentiunt Barbos. & Hurt. citati, etiam pro casu non magnæ adeò necessitatis. Addo
19 ego, quòd ubi neque cera, neque oleum, neque sævum habetur, posset accendi ignis ex simplicibus lignis, quia licèt usus ferat, ut accendantur candelæ, attamen *in c. sane. & c. litteras de celeb. miss.* non fit mentio nisi ignis absq; specificatione, vel determinatione. Ergo in necessitate sufficit qualiscunque Et facit ad hoc Gloss. *in c. cit. literas.* Ubi loquens de igne requisito in missa, probat ejus necessitatem, adducto exemplo, & figura ignis, qui semper ardebat in altari holocaustorum, qui non alebatur, nisi lignis assiduè subiectis.
20 *Quintò* Requiritur Calix, & Patena, quæ quidem olim erant lignea, deinde decreto Zephirini Papæ vitrea. Ac tandem succrescente in Ecclesia decore, cõstitutione Vrbani item Papæ facta sunt argentea, uti videre est *in c. vasa. d. 1. de consec.* Et cùm fortè hæc constitutio non fuisset universaliter adhuc recepta, aut tam cito ad praxim adducta, Iterum in Concil. Rhemensi sub Eugen. III. can. d sancitum fuit, ut calix & patena pro la rificio missæ, sint ex auro, argento, v stanno; non autem ex ære, ferro, au chalco, ligno, vel vitro *c. ut calix. d. 1 cons.* Non inquam ex vitro, propter fr gilitatem, non ex ligno, quia sangu imbibitur, & non potest plenè purifica non ex ære, aut aurichalco, quia pro cat vomitum, non ex ferro, vel plum quia procreat eruginem. Et sic relin tur, ut fiant ex purioribus metallis, q tamen intelligitur de sola cuppa calic in qua sanguis recipitur, nam quant ad pedem nihil prohibet ex alia mat fieri, ob rationem in oppositum, qua hil tangit. Et quidem Diana *tract. 14 59.* ait Calicem acquirere consecrati per contactum sacrarum specierum fortè non consecrato sacerdos utere negat verò Fagund. *de præc. eccl. p. 3. cap. 21.* Sed ego puto vtramque opi nem probabilem.

Requiritur *6.* Palla *c. altar. palla. d. 1. de* Quæ debet esse linea ex parte inferi qua tangit calicẽ, ut notant Suar. La Vasch. & Coninch. Sed quantùm ad tem superiorem, nihil prohibet fieri ornari serico, auro, lapidibus pretio secundùm opinionem & praxim, q Rodriq. & Hurt. dicunt, se non aud improbare.

Requiruntur *septimò* duo assistentes *hoc quoque. d. 1. de cons.* Quod intellig si missa fuerit publica, seu solemnis cundùm D. Tho. *qu. 83. a. 5. ad 12.* mill. *v. missa n. 5.* Angel. *eod. v. n. 38.* A autem usus induxit ut unus sufficia Possevin. *de offic. cur. c. 2.* Aus. *in sum celebr. miss.* Et quem *ibi* cit. Villalob cunt, sufficere unum, qui urceolos p rigat, licèt non sciat respondere.

Debetq; is minister esse sexus v cap.

cap. 1. de cohab. cler. & mul. Nugn. tamen *tit. in 3. p quæst. 83. a. 6* dicit posse admitti feminam, in magna necessitate v. g. in die festo, ut satisfiat præcepto Ecclesiæ, vel pro communicando infirmo. Sed hãc opinionem reijciunt Sot. *in 4. d. 13.* Suar. *d. 18. sect. 1.* Barb. *de off. & pot. par. c. 11. num. 42.* Armil. *v. mis. nu. 5.* Auson. *in sum. v. celeb. miss. n. 21.* Hurt. *d. 12.* Sylvest. Cunha. Fagund. Coninch. Fernand. Villalob. & alij per *c. vestimenta. d. 1. de consec.* Et jam ab damnata fuit primò à Sothere Papa, cuius decretum habetur in *c. sacratas. d.* 3. Ac secundò à Gelasio item Papa, ut videre est in *cap. 26.* inter ejus decreta. Quod tertio loco iñovavit Zachar. item Papa *in epist. ad Pipin. episc. abbates, & proceres francorum in resp. ad 5. dub.*

An verò liceat aliquando sine omni ministro celebrare? Nullo casu id concedunt Hurt. *d. 4. de sacrif. miss. d. 12.* & quos citat Vasch. & Bonac. Sed Graph. Sylvius Squillante. Homobon. Fagund. Ro. Asor Possevin. Suar. & Villalob. quos citat & sequitur Barbos. *de off. & pot. par. c. 11. num. 40.* & Marchin. *de sacr. ord. tract. 3. p. 3. cap. 15.* dicunt esse licitum Parocho in die festo, ut celebret missam suo populo, vel in magna aliqua necessitate v. g. pro communicando infirmo. Pro quo vtroq; casu, non tantùm Parocho, sed etiam cuilibet alteri sacerdoti, id permittit Filliuc. *to. 1. tract. 5. cap. 6.* Quin etiam Gloss. *cap hoc quoq. cit.* Sot. *in 4. d. 13.* Graph *lib. 2. decis. cap. 42.* Laym. & alij apud ipsos, tenent posse Eremitam celebrare sine ministro. Quod Filliuc. *citato* admittit pro solemnitatibus maiorib. Marchi. pro omnibus diebus festis, aut communicando socio.

Atq; hæc quantùm ad requisita ad sacrificium missæ ritè celebrandum, cæterum pro uberiori instructione placet hîc nonnulla addere in quibus ego interdum animaduerti peccari.

Et *primum* est, quòd dum missa celebratur potest adhiberi cantus, non solùm vocalis & humanus, sed etiam organorum, & instrumentorum Musicorum, modò tamen vitetur omnis lasciviæ species, ut monet Trident. *sess. 22. c. 9. de obser. in cel. Miss.* & nunquam cantetur seu ludatur solis instrumentis sed voce humana simul. Et præcipuè Symbolum, Gloria Patri. Primus & ultimus vestus Hymnorum aut ea, in quibus flectitur, ut disponit Cærem. Episc. (*) Et notat Navar. *de Hor. can. c. 16. n. 42. & 43.* Et Bonacina item *de hor. can. d. 1. quæst. 2. §. 1.* ubi ait moris esse, ut id alta voce ab aliquo recitetur in Choro, quod ab Organo luditur. 30 31

Quod in Missæ sacrificio potest adhiberi suffitus aromatum suaveolentium; verùm id semper venit observandum, ut de solo thure major quantitas cremetur, quàm de omnibus alijs simul, ut habetur *in cerem. Epis.* quia solum thus offertur, fit autem denominatio à maiore parte. 32

III. Quod in Missis Defunctorum vel quæ celebrantur à Regularibus speciale est, ut pax non detur secundùm Gloss. *c. pacem. d. 2. de cons.* & Nald. *v. Missa. n 16.* Consuetudo tamen variat. 33

Quartum. Quòd dum Horæ Canonicæ celebrantur in Choro, non debent dici Missæ privatæ in Altari maiori ex declaratione Congregat. Cardin. sub die 2. Maij Ann. 1620. quam inter alios refert Barbos. *in collect. Bull. v. Missa* primo. 34

Quintum. Quòd dum celebratur solemniter in Altari maiori S. Eucharistia, nõ debet in eo remanere exposita, sed asportari ad aliud, nè impediantur cæremoniæ, quia tunc non posset Prælatus sedere, neque uti mitra. Fallit tamen pro 35 36

(*) Cap. in Sancta d. 92. Syno. trullana can. 75.

Festo

Festo Corporis Christi, vel quando fiunt Orationes quadraginta horarum, aut in simili occasione, quia tunc non transfertur Eucharistia, & Prælatus non sedet, nec mitram ponit, ut habetur *in cer. Episc.*

37 *Sextum.* Dum Missa vel Officia divina peraguntur non debent admitti Laici in Choro vel Præsbyterio *c. Sacerdotum. d. 20. de consil. & c. 1. de vit. & hon. cler.* (a) Imò neque civitatis Præfectus seu Gubernator, seu in Præsbyterio ex declaratione S. Congreg. rituum sub die 10. Jun. Ann. 1602. seu in Choro ex alia eiusdē sub die 4. Jul. ann. 1615. sublata hac in parte omni contraria consuetudine. A fortiori autem idem dicas de fœminis uti statuitur *in cap. 1. de cohab. cler. & mul.*

38 *Septimum.* Quòd in Altari in quo Episcopus celebravit, non debet simplex Sacerdos eo die celebrare *cap. fin. d. 2. de cons.* (b) Verùm satis variant DD. in explicādo hoc canone. Nam Ugolin. *de off. & pot. ep. p. 1.* explicat de Altari, in quo Episcopus celebravit solemniter, fallit autem secundùm eundem, si privatim tantùm, & hoc videtur significare illud verbum: *cantavit.* quo canon utitur. Alij explicant de die consecrationis Altaris, in quo secundū Rubricas Pontificalis statim post post consecrationem Episcopus celebrat. Nald verò *v. Episcopus n. 31.* universaliter putat locum esse canoni, respectu cujuscunque Altaris, vel quomodocunq; Episcopus in eo celebraverit, & secundùm hunc sensum S. Carolus Episcopus Mediol. in suo Concil. 3. Provinciali ordinavit servari canonem.

(a) Concil. 2. Turon. canon. 4. Sexta Synod. in trullo can. 96.
(b) Concil. Antiiodor. can. 10.

DUB. XXVI.

An inducentes, vel admittentes puerum incapacem, in Monasterium alterius sexus incurrant, & incurrant censuras latas violantes clausuram?

Ad c. 18. n. 8. v. nota sect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Olim clausura non obligabat Regulares.*
2 *Sed successivè hæc obligatio fuit eis imp*
4 *Inducens puerum in Monasterium alteri non peccat secundùm aliquos, sed dùm alios. 5.*
10 *Magis aliquando subest periculum in quàm in adulto.*
12 *Non tantùm peccant, qui ingrediuntur sterium alterius sexus, sed etiam cunt, & admittunt.*

CErtum est, quòd in exordiis Regularium nulla erat obligeis clausuræ, licèt semper cum cautela conversarentur, & personternas in suis Monasteriis admitt Paulatim verò ob diversas causas consuetudine, tum statutis & tionibus Conciliorum ac summor tificum, absoluta clausura fuit dicta pro personis alterius sexus, ejusdem pro monialibus, nisi sub sis conditionibus, aut ex privilegio fieret secundùm dicta *in cap. 17. toque cùm rigore etiamnum id obs tur à Monachis Abyssinis, & B incolentibus montem Athos, ut m linas, oves, vaccas, aut ulla alia a sexus fœminei admittant in suis sterijs. In quem modum in Franc dam Episcopus prohibuit quib Monialibus habere gallum cum g

Nunc autem quod ad dubium positum attinet, non defuêre, qui

ter, non esse peccatum inducere aut admittere puerum doli incapacem in Monasterium alterius sexus. Ratio eorum quia puer non peccat, quia supponitur incapax doli. Ergo nec illi à quibus inducitur aut recipitur. Et probatur consequentia à pari, quia non peccant, qui in puero ministrant carnes comedendas die prohibito, quia ille non peccat comedendo, ergo à pari quia non peccat ingrediendo Monasteriũ alterius sexus, nec illi qui inducunt aut recipiunt.

Attamen ego contrarium teneo, cum Angelin. *de off. & pot. ep. p. 1.* & (†) aliis infra citandis. Et ita anno 1321. Reynald. Episcopus Ravennas, cùm authoritate sua 22 diversa statuta edidisset pro reformatione Ordinum Sancti Benedicti Augustin. in octavo prohibuit eadem auctoritate, ne quis mulierem, aut *puellam quamcunque foret ætate* induceret in claustrũ, dormitorium, aut officinas Monasterii. Tum Bonifac. Eugen. IV. in B. quæ incipit: *regularem vitam.* pro Monasteriis Cassinens. statuit, ne in ea inducantur fœminæ *cujuscunque ætatis*, conditionis, status gradus, vel authoritatis. Et ita universaliter ab omnibus Regularibus observandum, docet Barbos. *in collect. bull v. clausur. mon.* ubi refert, sic S. Cardin. Congregat. declarasse ann. 1585. die 12. Febr. Nald. *v. clausura* ubi affirmat Gregor. XIII. ita statuisse, ac præcepisse sua const. quæ incipit: *Decori, & honestati.* Et Comitol. *lib. 6. resp. mor. quæst. 22.* ubi testatur Clem. VIII. super hoc consultum, sic respondisse, & constitisse. Et ratio debet peti à fine prohibitionis, nam licèt non possit actualiter peccari cum puero, potest cogitatione, aut etiam aliis modis, quos & inimicus, & propria malitia satis suggerit. Deferrè ipsa innocentia, & simplicitas in puero, magis est aliquibus periculosa quàm in adulto ætas, & prudentia. Et ita videtur Trident. voluisse *sess. 25. de Regul. cap. 5.* ubi pro Monasteriis monialium prohibet ne *quis illa ingrediatur cujuscunque sit generis, conditionis, sexus, aut ætatis* à pari intellige de Monasteriis virorum.

Ad rationem verò initio allatam. 11

Respond. negando consequentiam, & paritatem exempli, nam verum quidem est, puerum non peccare, qui comedit carnes die prohibito, sicut nec qui illi ministrat comedendas: & similiter verum est, non peccare puerum ingredientem Monasterium alterius sexus, sed nego non peccare eum, qui inducit aut recipit. Ratio disparitatis est, quia ministrare carnes, est de se indifferens, & non prohibetur ab Ecclesia, sed tantùm comedere, unde is, qui (etiam adulto & peccanti) ministrat, non peccat (seclusis aliis circumstantiis) saltem contra præceptum abstinentiæ. At in casu nostro, non tantùm Ecclesia prohibet ingressum in 12
Monasterium alterius sexus, sed simul, & æquè principaliter, ne quis talem personam inducat aut admittat; unde quamvis possit fieri ut nõ peccet qui ingreditur, non tamen sequitur non peccare, qui inducit, aut recipit. Et patet quia adultus, amens, aut ebrius non peccat, ingrediendo monialium Monasterium, & tamen nemo dixerit, non peccaturas moniales, si admittant.

DUB. XXVII.

An Iustum & tolerandum, ut in quibusdam Monasteriis non recipiantur, nisi Nobiles?

Ad cap. 19. sect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Soli nobiles recipiendi in Monasterio fundato pro nobilibus.*

2 *Verùm illi tantùm, qui possint & velint, servare observantias talis Monasterii.*

(†) Bzov. tom. 14. Annal. Eccl.

3 Inter plures debet præferri Nobilis.
4 Quod aliqua Monasteria fuerint affectata Nobilibus probant aliqui.
5 Author improbat.
6 Et olim fuit improbatum in Germania.
7 Affectatio Monasteriorum pro solis Nobilibus, repugnat canonibus.
8 Cardinales & Pontif. assumpti ex vili stemmate.
9 Et Christus in suum Collegium pauperes adlegit.
10 Salomon cum Regina habuit concubinas inferioris sortis.
11 Et paterfamilias pauperes & Claudos jussit colligi, & vocari ad Nuptias. 12.
13 In singulis elementis cum maioribus animantibus minora habitant.
14 Monasteria similia cœlo & paradiso terrestri. 18
18 Nobiles ex Filiis suis non tradunt Monasteriis, nisi malè natos.
19 Monasteria non possunt gravari nova consuetudine.
20 Clerici & Monachi non possunt facere deteriorẽ conditionem suæ Ecclesiæ.
21 Affectatio Monasteriorum pro Nobilibus est contra textum Regulæ.
23 Quamdiu durat ratio propter quam lex fuit inducta, non debet mutari.
24 Statuta contra jus commune, & Regulam non tenent, aut certè semper debent restringi. 37
22 Et fundantur in præsumptione falsa. 27. & 28
25 In Monasteriis Nobilium olim indifferenter omnes recipiebantur.
16 In omni dispositione semper intelligitur, ut non mutetur rei status.
29 In provisione Canonicatus quidam dedit suffragium suo asino.
30 Apostoli reprobant inter fideles acceptionem Nobilitatis. 31.
32 Filius sequitur agnationem Patris, & ab eo solo trahitur Nobilitas.
35 Monachus comparatur servo, & in ingressu Monasterij amittit Nobilitatem secundùm aliquos, acquirit secundùm alios. 36.
37 Statuta de recipiendis solùm Nobilibus sunt nulla & illegitima consuetudo super hoc
38 Pro quo quis laboravit, ab eo venit cõpen
39 Nobiles petentes bona Ecclesiarum fr repulsi à Principibus,
43 Nullus textus invenitur in jure, qui pro lam Nobilitatem donandos esse No Ecclesiasticis.
45 Vera Nobilitas consistit in dotibus ani
49 In Monasteriis Nobilibus affectatis, p mitti non Nobiles.
50 Licitum semper redire ad jus commune.
51 Conditio delusoria legis habetur pro sita.
52 Quando lege cavetur, ut certæ condit sonæ præferantur, semper suppon sint idoneæ.

HUic dubio solvendo præmitto mùm, quòd si aliquod Monaste invenitur fundatum pro Nobilibus tum est, solos Nobiles in eo posse re quia secundùm *l. qui sub prætextu. C. crof. Eccl.* In Collegijs non sunt ad tendæ Personæ cujusvis conditi nisi illius, cujus gratiâ sunt insti Attamen (data etiam conditione) tacunque quis fulgeat Nobilitate, debet admitti, nisi possit & velit omnibus observantijs & exercitijs prijs tali Collegio, vel communibus dinis, cujus est. per *c. super inordinat Cler. ægrot. l. cit. qui sub prætextu & l. 2 de Collegiat. lib. 11.* (*)

(*) Talia Monasteria in Germania pro N bus fundat testantur diversa eorundem Chr Vid. P. Bucel. *in sua Aquil. Imper. Bened. Sp Specul. Jurid.* & Besold. *Thesaur. pract.* V. *Itemque de Nobil. Fundat.* Hermes. *in fasc. Publ. cap. 27. n. 5. 18. 38. & al.*

Quarum Fundationum rationes fuerunt veluti *primò*, quia certa obsequia ac servitia laria à Nobilibus acceperunt Fundatores. Se Quòd Eleemosyna in honestiores Pauperes ma, oris censeatur meriti cæteris paribus, ut S. Thom. *2. 2. q. 32. art. 3. ad 1.* Tertio nique digna observatu fuit imitatio Sapientis

simul

...ul ac Sanctissimi Psaltis Regij, qui Chorum ...tuit ex 24. non plebeis sed Nobilissimis Regni ...Familijs, de quo latè & eleganter Cornel. à Lap. ...*Paralip. c. 23. 24. 25. 26. & 27. nec non idem* ...*Apocal. cap. 4. v. 5.* Neque istiusmodi Fun... ...Sacro Ordini est oneri, cùm sit decori, & uti ...ariùs in auro fulget gem̃a, sic illustrior est in ...ribus virtus, *quod* si infrequentiùs *dicas* esse ...Virtutis cum Nobilitate connubium, rectè *in*... ...singularem quoque hanc quorundam tantùm ...asteriorum debere esse prærogativam, sola ...uetudine hic ab Authore improbata non exten... ...ad alia, ut illorum sint paucissima, aliorũ ...innumera, sicut *Salomoni Reginæ fuerunt tan*... ...*Adolescentularum verò non erat numerus.* ...in hanc rem bene allegat Author hic *n. 11.*

Præmitto *secundò*, quòd ex pluribus ...entibus locum in uno Monasterio, in ...non possunt omnes recipi videntur ...ceteris paribus) Nobiles præferendi ...ratione, qua Bald. *in l. nemini. C. de ad*... ...*diver. jud.* & Corset. in *c. grandi. de supl.* ...*Præl.* dicit Doctorem Nobilem esse ...ferendum non Nobili, quia in illo ...currunt duo tituli, in isto verò uni... ...duo autem vincula superant unum. ...*de treuga. & auth. itaque C. commun. de* ...*cess.* qua similiter ratione idem Bald. ...*& miles. ff. de excus. tut.* dicit Mar... ...nem & Comitem præferendum al... ...qui sit tantùm Marchio.

...que his hunc in modum præmissis, ...attinet ad dubium propositum, ...parte affirmativa allegantur *primò* ...suetudo, longa temporum serie ob... ...vata, quæ videtur jus istud præscrip... ...Nobilitati.

Secundò. Allegantur statuta communi ...sensu Abbatum, & Monachorũ ta... ...Monasteriorum super hac re edita, ...deinde privilegijs Romanorum Pon... ...& Principum temporalium confir... ...ata.

Tum *tertiò*, congruentiæ non contem... ...dæ, nempe Nobiles interdũ depau... ...pati, opes & vitam profundere pro Re-

publica, & in servitio sui Principis, unde viceversa videtur debitum, ut Princeps eis concedat aliquot Monasteria pinguiora, in quibus possint suas proles collocare, & hac ratione suæ inopiæ subvenire. Item hoc videntur suadere omnia jura, omnesque Doctores, qui unanimi consensu affirmant, rationem esse habendam Nobilitatis, in quibusvis provisionibus, electionibus ac dignitatibus capessendis, ut *in cap. de multa, de præbend. & c. grandi. de supl. negl. præl.*

Verùm in contrariam partem eo, & 5
moveor *primò* authoritate DD. qui contrarium tenent, & statuta, ac consuetudinem id permittentem damnant, ut Navar. *cap. inter verba. 11. quæst. 3.* Vbi dicit. *Hos qui volunt Nobiles tantùm sibi convivere, debere reformare suos cogitatus, quia per votum paupertatis renunciant omni honori, ut vult D. Thom. 2. 2. quæst. 186. a. 7. ad 4.*

Et Joan. Quint. Hædui in *cap. de multa. de præb.* Vbi postquàm allegatis diversis juribus disputavit, an per ingressum Religionis amittatur Nobilitas, sic loquitur: *Hac ratione iura improbant, consuetudines ac statuta eorum, qui non nisi Nobiles in suum Ecclesiasticum sodalitium recipiunt.* Additque ita etiam tenere Panor. in *c. venerabilis. de præb.* Cùmque jam olim hic abusus irrepsisset in Provincia Moguntina, Abbates memorabili hoc & cedro digno statuto obstitere in Capitulo celebrato Erfordiæ, in Monast. S. Petri An. 1456.

Præterea (inquiunt, stat 16.) *nonnulla* 6
feruntur esse Monasteria in nostra Provincia, utriusque sexus, in quibus militares duntaxat & Nobiles ad Professionem recipi consueverunt, unde provenit dissolutio & destitutio omnis observantiæ regularis ac totalis eorundem Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus ruina. Exquirant Visitatores huius consuetudinis rationẽ, & si privilegia allegantur diligenter ea exa-

minent, ut veritate compertâ, eiusmodi abusus illatus possit aboleri, & indifferenter personæ aliàs idoneæ absq; Nobilitatis respectu, deinceps ibidem profiteantur.

7 Moveor *secundò*, quia ejusmodi affectatio Monasteriorum pro solis Nobilibus, repugnat sacris canonibus, praxi Ecclesiæ & Sum. Pontif. decretis, ut inter alios notat Matth. Steph. *l. 1. de Nobil. c. 5. n. 68.* Nam ex usu universalis Ecclesiæ & juris dispositione, videmus quòd tam Nobiles, & quàm non Nobiles indifferenter semper admissi sint ad quævis beneficia, & quasvis dignitates Ecclesiasticas. (*) Vnde Corset. *in c. grandi de suppl. negl. Præl.* Præmonito, quòd in Provisionibus dignitatum sæcularium habetur ratio Nobilitatis, subjungit & quærit, an etiâ id observandum sit in Ecclesiasticis? Ac statim allegata authoritate Gloss. & Ioan. Andr. in *c. quoniam vetus 24. q. 1.* respondet absolutè quòd non. Et quòd in his *non attenditur dignitas sed virtutum Nobilitas.* Et rursus idem *ibid. Nulla ratione repelli debet plebeius qui aliàs sit idoneus.* Additque ita procedere Gloss. in *c. cit. quoniam.* Ac pro hoc esse bonum textum in *c. venerab. de præb.* Vbi dicitur, quòd *non generis, sed virtutis Nobilitas, vitæque honestas, gratum Deo faciunt & idoneum servitorem.* Facit ad hoc dictum Ioan. Ant. de Nigr. *in extrav. unic. de vit. & hon. cler.* Vbi hos, qui in Ecclesiasticis faciunt acceptionē Nobilitatis, appellat *Indignos & Persecutores Ecclesiæ.* Item & Host. *in c. cit. venerabilis.* Vbi ait, quòd *in Ecclesia non pluris habenda est sanguinis Nobilitas, quàm stercoris & fetoris.* Ad quæ conformiter Tiraquel. in *c. 20. de Nobil.* allegatis diversis juribus affirmat. *Non valere consuetudinem, quòd soli Nobiles recipiantur in Canonicos.* De qua Gloss. *in c. cit. venerabilis.* Hoc profert judicium, & dicit, *Hæc consuetudo, quantumcunq; se tenta & antiqua, non est observanda, quia nobilibus non est habenda Nobilitatis ratio, sed undecunque nati fuerint legitimè, dummodò bonæ vitæ fuerint, admittendi sunt.*

Et certè historia profert etiam ad summas Ecclesiæ dignitates Cardinalatus, Sum. Ponificatus indifferenter semper ut Nobiles, sic & ignobiles fuisse vocatos, ut Vrban. IV. Patre sutore vel ramentario, ut notat Bzov. *in annal. to. 13.* Greg. VII. Patre fabro, ut refert Baron. An. 1073. Sixt. IV. Patre nauta, Nicol. V. Matre gallinaria natus, Vide quitur Majol, *in suis genialib. &c.* Vide Gloss. in *cap. quoniam vetus 24. quæst.* fert, quòd cùm semel fuisset subor dissidium in electione Papæ (volen bus sine dubio electorum aliquibus bere rationem Nobilitatis) unus dix *Piscatori Petro, fabri filio, quæramus Sa rem, non Augusto Imperatori.* Quod dict notabiliter extollunt Hædu. *in c. de ta. de præb.* Corset. *cap grandi de supp. præl.* Et alij per hoc ostendentes, qu Ecclesia & Provisionibus Ecclesia nulla debet esse acceptio Nobili Quòd si non in his multò minùs in visionibus Monasteriorum & Mona rum receptione, in qua non debe quærere Successores Agamemnon Æneæ, non Scipionis, sed Sylvestri lumbani, Æmiliani, Anselmi humi Monachorum.

Ad quod scitè notat Petr. Bles *3.* Quòd *in domo Iacob Spurii, pariter a timi* (hoc est Ancillarum & liberar lij) *Funiculum hæreditatis æqualiter sunt, & communiter inter se, familia erud dæ, iudicium dictaverunt Gen. 49.* Ergo qualiter omnes admitti debent in Monasteriis omnibus, cùm etiam S. Bene sua Regula non infrequenter meminit

Patriar-

(*) Indubitatum est quoniam honores Ecclesiast. sanguinis non sunt, sed meriti. Concil. Roman. sub Innocent. II. can. 16.

Patriarchæ Jacob, & ejus discretionem imitandam proponat Abb.

Tertiò. Noñe ipse Christus regula omnis perfectionis, (& quem inter suos Abbatem egisse ait Tambur.) In sodalitiũ suum, (quod fuit typus Familiarum religiosarum) paucos aut fortè nullos Nobiles adlegit, omnes verò, aut saltem plures piscatores & pauperes? Certè inter omnes, qui sub antiqui testamenti figuris & umbris illum repræsentârunt, celebratur maximè Salomon, at quas ille in consortium Regij sui cubilis admisit fæminas? An solas Reginas? Audi ex ipsomet, & Mysterium agnosce.

Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ & adolescentularũ non est numerus. can. 6. Ergo si Ordines religiosi, si Monasteria sunt Regis æterni & Sponsi Christi thalamus, figuram compleat veritas, & si in illis admittuntur Nobiles, non excludantur ignobiles, quos formæ pulchritudo, hoc est animæ dotes, acceptos reddunt Domino. In lege verò nova, non rarò idem Christus Dominus assimilat se magno Patrifamilias. Sed in quo? In prudentia & studio componendæ suæ familiæ, pro qua complenda mittit in sepes, vicos, & plateas colligendis pauperibus, qui cœnam sæparatâ accipiant. At cujus sunt Monasteria, eorumve bona? nonne patrimonium Christi, & Crucifixi, non ergo solis Nobilibus debentur, sed simul pauperibus & plebeis.

Sed placet per elementa sigula discurrere, ut vel à mutis & irrationalibus creaturis, ut olim Propheta ab asina erudiamur. Quid in aquis primùm intuemur? Ecce in mari Balænæ ingentes, & cæte grandia, sed simul *reptilia quorũ non est num.* Quòd si ab hoc elemento emergamus ad terrã, videbimus illam pasci à molossis, leonibus, elephantis, camelis & æquo jure, à lepusculis, locustis, stellionibus.

An solis aquilis mater natura concessit aërem inhabitandum, nonne & passerculis & turdis spaciandum permisit. Ipse ignis, in quò salamandra dicitur vivere, fovet simul & alit pirautas, tenuissima animalcula. Quòd si tanto studio nobilia pariter & ignobilia in singulis elementis, natura sociavit, & convivere voluit, an non contra naturam peccat Nobilitas, quæ Monasteria nec sibi fundata nec dotata, quasi propria vendicat, & non Nobiles ex his extrudit. 16

Quintò. Et quomodo de talibus Monasterijs verificabitur nobile illud elogiũ SS. Patrum, qui tam communi consensu ædes religiosas assimilant cœlo & Paradiso terrestri? Nonne ut Soli & Planetis lucidioribus sic & Stellis nebulosis, locum suum in cælo dedit Deus? An Soli Gryphi, Pardi, Rinocerotes, Adamo convixêre in Paradiso terrestri? Num simul imbelles damæ, cuniculi, palumbes & cicadæ? 17

Sextò. Sed (quod Sanguineis foret deplorandum lacrymis) videmus, quòd in talibus Monasterijs Nobilitas committit peccatum, quod nec in Judæis tolerare voluit Deus. *Non offeret panes Deo suo, nec accedet ad Ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si scabiem, si impetiginem vel herniosus Levit. 21.* 18

En tibi quos à sacris Ministerijs olim arcebat Deus. Et quid nunc faciunt Nobiles? Si cui fuerit filius stolidus & stupidus, si claudus, luscus, balbus, uno verbo, si malè natus, & mundo minùs aptus, hunc ad Monasterium tradit; Aut si pluribus liberis abundat, horum partẽ, nullo interim habito Dei respectu, nullo vocationis facto examine, unde postea scandala

dala & mala emergunt, quæ satius est tacere, quàm revelare? (*)

19 *Septimò* doctrina communis, quam inter alios tradit Angel. *v Monasterium n. 7.*

20 Non posse aliquod Monasterium gravari nova consuetudine, servitio novo, aut onere per *c. scientes. de cens.* Et ut itē communiter tradunt DD. *in c. præterea, & cap. cùm Clerici eod. & c. nulli de reb. Eccl. nō alien.* Non posse Clericos aut Religiosos facere deteriorem conditionem suæ Ecclesiæ vel Monasterij. At quòd Monasteriorum conditio fiat deterior, quando affectantur pro solis Nobilibus, *patet ex decreto supra memorato Abbatū Provinciæ Moguntinæ, in quo dicitur, quod inde provenit dissolutio, & destitutio omnis observantiæ Regul.* Ac totalis eorundem Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus, ruina, unde convincuntur Abbates & Monachi non potuisse hæc statuta facere, aut recipere vel consuetudines inducere, de non recipiendis nisi Nobilibus.

21 *Octavò.* Ejusmodi statuta, privilegia, vel consuetudines sunt contra textum Regulæ, & *c. ipsius.* 59 At in omni dispositione, statuto vel privilegio semper intelligitur excepta Mater Regula, nisi expressè illi derogetur. Ergo vel illa statuta sunt de se nulla, vel debent intelligi, sic ut Regulæ non derogent, hoc est, quòd recipiantur quidem Nobiles, aut etiam præferantur cæteris paribus. Ita tamen ut porta non claudatur alijs, qui sint ingenui & apti. Quia etiam si ad-

22 mitteremus valere dicta statuta & privilegia, debent tanquam summè odiosa restringi, & sic explicari, ut quàm potest minùs fieri derogent juri communi Regulæ juxta dicta *sect. 1. c. 5. Reg. 2.* Aut certè si agitur de privilegijs Pontificijs, [...] minandus est ille Pontifex, qui ex Re[...] gula S. Bened. cancellavit caput 59. [...] si de cæsareis vel Regijs, qui sit ille [...] vel Imperator. Qui in eandem Regu[...] jus se habere putavit facit quia ut no[...] Archid. *in sum. d. 12.* Quamdiu dura[...] tio propter quam lex cōmunis fuit [...] ducta, & erat utilis, non potest neque [...] aliam abrogari, neque per contra[...] consuetudinem vinci, sed potiùs vi[...] tur ab ea consuetudo: Atqui ratio q[...] Regula, & S. Bened. jubet, ut indi[...] ter omnes recipiantur, semper dura[...] semper durabit, nempe ob salutem [...] marum, bonum Ordinis & Monast[...] rum multiplicationem servorum [...] auxilium universalis Ecclesiæ & [...] lium &c. Ergo per nullam legem [...] contrariam consuetudinem potuit [...] dispositio Regulæ de recipiendis in[...] ferenter omnibus abrogari in ullo [...] dinis Monasterio. Facit item quia ut [...] cent Ancar. *in cap. canonū. de const.* & c[...] muniter DD. *in rub. eod. & in ff. ad mu[...]* Statuta facta contra jus commune [...] tenent, atqui Regula in quovis O[...] tenet locum juris communis, ut d[...] Joan à Neapoli. *quodl. 14. quæst. 16.* G[...] *in jud. Regul. cap. 13.* Aversa. *in modo p[...] in caus. Regul. c. 7.* Ergo prædicta [...] non valent per ea, quæ tractant N[...] *l. 3. cons. 5. de Regul. n. 10.* Mirand. *in [...] to. 2. quæst. 29. art. 5.* Barb. *de off. & po[...] 2. all. 33. & p. 3. all. 93* Et Canon. *in c. [...] super his. de ma. & ob. & c. dilectus de temp.*

Nonò. Illa ipsa Monasteria, quæ N[...] litas sibi vendicat, nō sunt pro illa [...] data. Et olim indifferenter omnes [...] lis admittebantur, quo tempore [...] magis floruerunt. At in omni dis[...] tione semper intelligitur, ut non m[...] tur status rei, & ejus fundatio. *l. non a[...]*

(*) Si quandoq; Nobiles sunt Parentes, qui ex filijs suis stolidos duntaxat, & stupidos, aut malè natos Monasterio solent offerre, hi tales certè nō tam malè agunt & insipiunt, quàm ij, qui hujusmodi filios & Mundo & Monasterio minùs aptos recipiunt, & ad Professionem admittunt.

de legat. 3. Ancar. *c. nos. quidem. de testa.* mol. *eod. Et in clem. quia contingit de rel.* Cardin. *eod. Et Capit. nos quidē cit.* Abb. *tua nobis. eod.* Roch. *in rubr. de jur. patr. honorificum. & §. pro eo.* Barbat. *consil. 23.* Et Panor *cons. 99. volum. 2.* Ergo ...ta & privilegia, quæ tam enormi... ...dunt fundationem Monasteriorum ...fundatorum intentionem, attribuen... ...Nobilitati, sunt de se nulla, à qua... ...que potestate emanaverint, sive à ...sive ab Imperatore, aut quovis Prin... ...quia hoc ipso quòd expressè nōdero... ...fundationibus reputātur subreptitia.

Decimò. Hæc ipsa eadem statuta, seu ...legia (si quæ tamen extant, cùm non ...dantur) non fundantur, nisi in præ... ...ptione, quòd Nobiles sint semper in... ...di pro replendis prædictis Mona... ...ijs. Ad Religionem apti, & ad eam vo... ...alias manifestæ iniquitatis convin... ...tur, qui vellet ineptos, & non voca... ...esse intrudendos.) At quod ista præ... ...ptio sit non modò dubia, sed etiam ...& consequenter insufficiens ad ju... ...canda privilegia, vel consuetudines, ...quibus agimus, experientia docet ve... ...quidem est, quòd adolescens sangui... ...Nobilis, deberet item animo & mori... ...esse Nobilis, sed ad hanc præsumptio... ...dudum respondit Aristot. *1. poli...* ...*Natura vult, plerumque non potest.* Ordi... ...quidā ad virtutem Nobiles à ma... ...natura. *Et magnum virtutis adiumentum ...claros ortum esse parentibus*, inquit Man... ...verùm non rarò ingemiscentes ...contrarium experimur, ac plurimos No... ...linguine, ingenio vilissimos, mo... ...corruptos, & quod horret ani... ...vel cogitare, Monachorum osores, ...Monasteriorum prædones, ut vel pro... ...iniurias quas à Nobilitate patiuntur ...Monaster. his prętensis veniat spolianda.

Refert Ioan Andr. *in cap. grave. de præb.* 29
& Ioan. Ant de Nigr. *in extrav. unic. de vit. & hon. cler.* Quòd cùm quidam Canonici in varia vota scinderentur, circa cooptandos sibi Concanonicos alios. Et tandem maior pars in hoc convenisset, ut quisque ad præbendæ participationem sibi cooptaret unum nepotem, vel consanguineum, (modò nobilem.) Quidam nomine Romanus, statim ad præbendæ suæ participationem, nominavit suum asinum, dicens illum esse præferendum omni nobili, *semper servit Ecclesiæ* (inquiebat) *& damnū ei nunquam intulit, quod de nobilibus non potest dici.* Utinam autem & nos hoc asinino concilio moti, eos ad monasteria tantùm inducamus, qui possint, & velint in eis jugum observantiæ portare, non bona abligurire.

Vndecimò. Post tot jura, authoritates & 30
Doctores. En ego produco sententiam duorum Apostolorum Pauli scilicet & Iacobi, quorum primus stultitiæ & vanitatis insimulat, vel solos Christianos, qui nobilitatis rationem ullo in negotio habeant. *Stultas* (inquit) *quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita. ad tit. cap. 3.* Alter verò hos eosdem, qui nobilitatis acceptionem faciunt, appellat *Iniquarum cogitationum judices. in epist. can. cap. 2.* Quòd si vel in solis Chri 31
stianis crimen est nobilitatem accipere, si inquam inter Christianos, (quos omnes fratres facit Christus) criminalis est illa distinctio nobilium & ignobilium, quare erit sacrilegium illam inter Religiosos obtrudere? Si stultum est genealogias, & lineas nobilitatis exquirere, allegare, probare, in negotiis temporalibus, quanta erit frenesis, & dementia pro occupandis Monasteriis illas proponere! Per multas autem rimas se prodit hæc stultitia. Nam,

Primò.

32 Primò cùm filius ſequatur familiam, & agnationem patris, *cap. 2. de conu. infid. l. cum legitimè. ff. de ſtat. hom. & l. familiæ eod. de verb. ſignific.* Tum quoad nomen *cap. Raynaldus de teſta.* Tum quoad conditionem. *cap. dicet aliquis 34. quæſt. 4. l. emancipatum. l. filium. l. liberos. ff. de ſenat. & l. nullus. prima Codice de decur. lib.* 10. Non ſine fundamento poſſet dici, ſtultum eſſe exa-
33 minare nobilitatem lineæ maternæ, cùm ſecundùm dicta non debeat haberi ratio matris in computanda nobilitate, uti & expreſſè docet Cæſ. de graſſ. *deciſ. 172* & Bald. *l. cit. liberas*, vbi ait reprehenſibiles eſſe eos, qui ſe matre nobili natos dicunt. Et Gloſſ. pragmat *titul. de collat. §. inſuper. v. utroque*, ubi notat, quòd impropriè quis dicitur, utroque parente Nobilis. Et ſequitur Alciat. *l pronuntiatio. ff. de verb. ſignific.* Et Tiraq. cap. 18. *de nobilit.* dicentes abſolutè eum Nobilem, qui patre nobili ſit natus, cuiuſcunque interim conditionis fuerit mater.

34 Quòd ſi fortè quis inſtiterit, & matris rationem eſſe habendam in computanda Nobilitate. En per aliam rimam ſe prodit ejus ſtultitia. Nam cùm jure matrimonii, nobilitas viri comunicetur vxori. *l. fin. Codice de incol. lib. 10. & l. mulieres eod. de dignit. lib* 12 Certè vtroq; parente Nobilis dicetur, qui á patre Nobili procreatus fuerit, quamvis fortè à matre ante nuptias plebeia.

35 Quidquid autem ſit de hac difficultate. Certè plurimi DD. aſſimilant Monachatũ ſervituti, capitis diminutioni, imò & morti. ut Gloſſ. *cap. multos. d. 54.* Niconit. *cap. quoniam. de probat. p. 2. num. 234.* Innocent. *cap. cum olim. de privil.* Bald. *l. 1. ff. de ſtip. ſerv & l. cum hæredes. eod. de acquir. poſſ.* Accur. & plures alii. At morte omnia ſolvuntur *l. 1. Codice ſi reu. vel accuſ. mort. fuer.* Et valet argumentum à morte civili ad naturalem. *cap. 1 & 2 de [illegible] l. Deo nobis Codice de ep. & cler. & Auth. [illegible] mulier eod.* Et Nobilitas amittitur per [illegible] vitutem, & capitis minutionem. Ergo per ingreſſum Monaſterii, ut expre tenet Gloſſ. *in cap. ſcripſit 27. qu. 2. ca quæ de ſtat. mon. & cap. 1 de purg. can.* Q ſtultum eſt igitur diſputare de Nobili te, & Nobilitatem exquirere in eo q turus eſt Monachus, quam omnem ſo monaſterii ingreſſu amiſſurus e quam ſervus, tanquam capite dimin tanquam mortuus.

Sed eſtò quòd Nobilitas non amit per Monachatum, ut affirmant C *in cap. grandi de ſuppl. negl prał.* In *ſcriptione Codice ſi cont. jus vel util. pub boſ. in collect. ad l. cit deo nobis.* Tira *26. de nobil.* Læſana *in ſum. qq reg. in pir. 3.* Imò quòd econtra acquiratur ſo ingreſſu Monaſterii, (vt ego di expreſſè inter alios docent Felin. *deputati. de judic.* & Rebuff. *cap. de cler. exc.*) Attamen hîc ſe alia ap ma, per quam apparet ſtultitia qui in futuro Monacho deſidera exiſtentem Nobilitatem quam ſt ipſo Monaſterii ingreſſu conſe eſt. Ut quid ergo de Nobilitate diſputatio, quam vel in ingreſſu M ſterii amittimus, ſi priùs habuimu dùm priorũ opinionem, aut acquir ſi non habemus, ſecundùm poſter

II. Ad ea verò, quæ in initio Nobilitatis ſunt allegata.

Reſpond. *primò*, quantùm ad ſtat non recipiendis niſi nobilibus e jure nulla, ut conſtat ex dictis. P gia verò horum confirmatoria, habentur) eſſe ſub & obreptitia patet ex dictis. De conſuetudine idem dico, & eſſe illegitimam. Et cet expendere ea, quæ communiter

dicunt esse necessaria ad consuetudinem statim apparebit, hæc, isti deesse, nisi placeat abusus nostros, nostrasque corruptelas specioso consuetudinis titulo cohonestare. Ut interim non taceam, quòd consuetudo quæ inducit, & fovet abusum (ut ista) nunquam præscribit cõtra legem. *Codice quæ sit longa consu.* Quia nisi adinventa, malique mores, nullo tempore confirmantur *cap. 1. & cap. flagitia. 22. quæst. 7. & auth. ut nulli jud. coll. 9.* Quin potiùs, tantò graviora sunt crimina, quantò per longius tempus vsurpata. *c. in. de eo qui in matr du. quam per ad poll.*

Ad primam Congruentiam

Respond. justum esse, ut pro quo quis laboravit, ab eo recompensetur, qui pro Republica, à Repub. qui pro Rege à Rege. Sed falsum est, posse Regem officia sibi impensa recompensare de bonis Ecclesię, & Monasteriorum. Qui servit altari (inquit Apostolus) debet de altari vivere. Ergo à pari qui servit suo Regi aut Reipub. de bonis Regis, aut publicis. Unde refert Bzou. *in annal. Eccl. tom. 15. (a)* Quod anno 1404. In Anglia tempore Henrici IV. Regis, cùm post longum & periculosum bellum, milites, & Nobiles agente quodam Ioanne Cheyne, petebant à Rege recompensationem super bonis Ecclesiasticis, & allegarent se Henrico coronam asseruisse, pro ejus & regni salute, facultates suas, & vitam exposuisse, otiosis interim domi Clericis, & Monachis, petitione in deliberationem proposita Thomas Arundel. Archiepisc. Cantuar. viriliter Nobilibus restitit, & contra eorum accusationem ac rationẽ opposuit, quòd quin imò suo modo Clerici, & Monachi serviunt suis Regibus peroptimè, non tantùm pendendo eis decimas, & ferquentia donaria, sed etiam commendando apud Deum assiduis precibus, & sacrificiis, quæ sunt arma spiritualia, & potiora, quibus non rarò parant illis illustres, & insperatas victorias; cachinum excitavit Cheynio & suis Nobilibus responsum, & mentio armorum spiritualium, sed Rex ut erat verè Christianus, verba Arundelii pro suo momẽto ponderavit, in secretiori suæ consciẽtiæ foro, & Nobiles sua petitione exclusit. (b) Et similiter S. Ildegard. & Sur. *in vit. S. Disibodi*, & post ipsos Baron. *to. 9. an 789. num. 1.* narrat, quòd cùm tempore Caroli Magni similis seditio fuisset excitata à Nobilibus & militibus, affirmantibus se in sumptus belli indigere pecũiis quas Monachi superfluas possidebant, & ad pompam. Compescuit eos Carolus dicens, bona Monasteriorum esse oblata Deo, de quibus si monachi abuterentur, sine dubio essent eidem Deo rationem reddituri, interim verò se non audere in ea manum extendere. Et bene certè. Nã quàm sit periculosum Principibus emungere bona Ecclesiarum, quamvis in sumptus legitimos, & bella justa expendenda demonstrat damnatio Caroli Martel. prædicti Magni avus, de quo Sur. *in vita S. Rigob. 4 Ian & S. Eucherii 20. Febr.* Et Episcopi Galliæ *in epist. Synodi apud Carisiac. celebratæ an. 858. directa ad Ludov. Regem German c. 7.* quod vtinã alii seriò cogitarent.

Sed amabò, quis nunc Nobilis, quis miles, servit suo Regi aut Reipub. *Omnes.* (ait Apost.) *quæ sua sunt quærunt.* Si quis Nobilis arma capescit, quid ambit, quid quærit? prædam, famam, promotionem de Rege, vel bono publico, ne cogitat quidem, nisi ut hoc specioso prætextu, fas & nefas omni modo & libidine impunè tentare, & perpetrare queat. Certè sic hodie plurimi suis Principibus serviunt

(a) Vide Concil. 2. Vernense can. 12. Rayn. in Apost. tract. 2. sec. 4. fol. 72. ex Valsing. hipodidag. Neustriæ.

(b) Vide aliud simile exemplum Religiosi Princip. nempe Othonis 1. Imper. apud Bar. t. 10 an. 939 n. 2.

in bello ut eorum opera graviſſimis veniant compenſanda ſupplicijs. Hoccine amabò, eſt ſervitium Regi acceptum, populari alios ejus ſubditos, templa violare, ſacras moniales ſtuprare? Sacerdotes jugulare, Monaſteria flammis abſumere? &c. Et tamen horum exempla ſuppetunt, & patent omnibus, per quæ ira Dei ſuper caput Regis evocatur, & hoc eſt in quo multi ei ſerviunt.

48 Ad ſecundum Congr. R. Quòd quidquid ſit de dignitatibus, & officijs temporalibus, (de quibus nobis nullus hîc ſermo) nullus textus poteſt allegari, qui apertè convincat in favorem Nobilium, & eos ratione ſolius nobilitatis eſſe privilegiandos in Eccleſiaſticis. Nam quantùm ad *cap. de multa.* ubi dicitur *ſublimes perſonas*, eſſe maioribus beneficijs honorandas. Scribit *ibi.* Hoſt. *ſublimes* dici potiſſimùm *ex moribus*. Et ſic non habet Nobilitas, quòd hunc canonem detorqueat in ſuum favorem. Quòd ſi cui minùs arrideat expoſitio Hoſt. debet attendere, quòd textus non dicit, ſolas ſublimes perſonas eſſe maioribus beneficijs honorandas, ſed *ſublimes, & litteratas*. Ex quo ſaltem evincitur, non ſolos Nobiles eſſe recipiendos in noſtris Monaſteriis, ſed de pari, & æquo jure litteratos, & eſſe contra mentem canonis, quòd ſoli Nobiles recipiantur. Per litteratos verò non fortè erraverit, qui dixerit, intelligendos tam de potentia, quàm de actu, hoc eſt adoleſcentes, boni ingenij, de quibus ſpes adſit, poſſe in ſtudijs proficere.

44 Solet ab alijs allegari *c. conſtitutis. 49. de apell.* Ubi videtur textus habere rationē Nobilitatis in proviſionibus Eccleſiaſticis. Sed remitto Lectorem ad Gloſſ. quæ ubi allegatis diverſis juribus intulit, præferendos eſſe Nobiles, ſtatim ſubdit, & ſolvendo concludit, verum eſſe, *cæteris paribus*. Hoc eſt quòd, quando duo [illegible] currunt, & Nobilis invenitur æquè [illegible] dotibus inſtructus, debet præferri. [illegible] falſum eſt, quòd ratione ſolius Nobilitatis, ſi plebejus, potioribus animi [illegible] bus polleat. Eademque proportione ſpondeo ad *cap grandi.* in initio allegg. Nam & *Bald. l. in dando. ff. de tut. &* [illegible] cit, quòd in promovendis Clericis Nobilitas non ſupplet litteraturam.

Quin etiam in omnibus alijs negotijs & reb. *Cign. l. providendum. C. de* [illegible] Barbat. *in extrau. volentes.* Generaliter cunt, Nobilem *moribus præferendum* [illegible] *bili ſanguine. Vnde Orator romanus*, [illegible] Saluſt. Sanctius eſt me meis fulgere ribus, quàm maiorum opinione nit hæc fuit ſententia Stoicorum, quam ſtea profeſſus eſt Ariſtot. *in 3. poli* tradit Pegius in *tract. de Nobil.* veram bilitatem in ſola virtute & animi bus conſiſtere, & omni alteri eſſe pe rendam, quia fundatur in dignio cipio. Unde.

Iuvenal.

Totalicèt veteres exornent undique cer Atria, Nobilitas ſola eſt, atque unica

Et Ovidio.

Non cenſus nec clarum nomen Avorum, Sed probitas magnos, ingeniumque

Conducit ad hoc, quod ait Barth *1. C. de dignit. lib. 12.* Nobilitatem nos inventam eſſe per proportio ejus, quæ eſt ad Deum, quam per virtutem & probos mores conſequi ut docet S Hieron. *in epiſt. ad Celan.* de & Demoſt. *1. Olinth. Bonus vir* mihi *Nobilis, qui verò non iuſtus eſt, licèt genus ducat ignobilem cenſeo* Et hoc eſt voluit Ariſtot. *5. polit* Cùm dixit, virtus & malitia determinant Nobiles ignobiles, plus ait Gloſſ. *in cap. nam* [illegible] *d. 56. per l. ſocietates. ff. pro ſoc.* vult enim homi-

hominem natum parentibus rusticis, qui sit probus & virtuosus, meliorem esse, & maiori comendatione dignum præ alio Nobili, & æquè bono, seu virtuoso, quia inquit natus parentibus vilibus, declinat naturaliter in deterius *l. quid si nolit. ff. de ed. edict. §. mancipium.* quod secus est in Nobili, quia habet exemplum & stimulum Avorum, unde non mirum si virtutem sequatur, magnum verò in rustico, quia naturam vincit.

Atque ex his omnibus concludo & dico, Abbates Monasteriorum, quæ sibi hactenus vendicavit Nobilitas posse in illis recipere non Nobiles, absq; ulla alia liberatia, & non obstantibus quibuscunque statutis consuetudine, vel privilegijs in contrarium facientib. Tum 1. quia licet renuntiare statuto, etiam confirmato à Superiore, & sine illius consensu, quando reditur ad jus commune, ut docent Niconit. *cap. quoniam. de prob. p. 1. num. 212.* Crot. *c. conquestus. de usur. nu. 12.* Et Barth. *l. omnium. C. de testa. & l. omnes populi ff de just. & jur.* Adeò ut etiam in correctorijs, & derogatoriis fiat extensio propter ejusmodi reditum, ut multis probant præfati Authores, quia censetur favorabilis. Et cessat inconveniens, quod aliàs oponi posset, ut tradit Oldrad. *cons. 83.* Et hoc ipso aliqua reputantur probabilia, quo nos reducunt ad antiquum statum. *l. filio quem pater. ff. de lib. & posth.* Ubi Jason, & Socin. *cons. 145. vol. 1.* Recipere autem indifferenter Nobiles & non Nobiles in Monasterijs, de quibus agimus, est redire ad antiquum eorum statum, & ad jus commune Ordinis & Regulæ legũ & canonum, ergo *&c.*

Tum *secundò*, quia conditiones appositæ ad aliquem actum contra leges, vel editum Imperatoris, vel illorum delusoriæ habẽtur pro non appositis, & non obligant, *l. 14. ff. de cond. inst.* At conditio Nobilitatis in Novitijs recipiendis, est contra legem seu Regulam Ordinis, & mentem supremi in eo Legislatoris Sancti Bened. Ergo similiter non obligat, sed illa postposita possunt per omnia Monasteria indifferenter omnes recipi.

Tum *terriò*, quia ut ait Iurisconsult. *in 52 l. ut gradatim. ff. de mun. & honor. Etsi lege municipali caveatur, ut præferantur in honoribus, certæ conditionis personæ, attamen sciendum est, hoc esse observandum, si idoneæ sint.* Atqui cùm experientia doceat, paucos inveniri Nobiles idoneos voluntate, hoc est qui velint secundùm suam Regulam & Professionem vivere, ideo absq; ullo respectu Nobilitatis debent alij recipi.

DUB. XXVIII.

An Monasterium succedat Novitio morienti & ante tempus ordinarium Professo?

Ad c. idem 19. v. Pius n. 5.

SUMMARIUM.

1 *Monasteriũ succedit secundùm leges suo Professo.*
2 *Quæ tamen leges in aliquibus locis nõ recipiũtur.*
3 *Professio facta ante annum Novitiat. tenet, ubi Trid. non servatur.*
4 *De jure succedendi Monasterii variæ opiniones.*
8 *Quæ discernuntur.*
5 *Pius V fecit licentiam morituris profitendi ad effectum solum indulgentiarum.*
6 *Professus tempore sibi à jure vel privil. concesso, non potest dici ante tempus professus.*

DUbium hoc oritur ex privilegio Pii V. De quo ibi fit mentio; Solvendo autem huic dubio, ego præmitto primò. Quòd sicut ego alibi notavi Religiosas succedere suis agnatis ita & Religioso intestato ante Professionem statim eâ factâ succedere Monasterium in ejus bona, *Auth. ingressi & Auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccl. Auth. nunc autem. de ep. & cler. & l. fin. eod* Quæ sunt canonizatæ in *c. quia ingredientibus & seq. 19. quæst. 3.* In quibus

locis ita passim tenent Juristæ, quos sequuntur Navarr. *com. 2. de regul. & in c. nõ dicatis. 12. q. 1.* Clar. *§. testamentum. quæst. 28.* Tusch. *v. testari concl. 104.* Angel. *v. Religiosus. nu. 51.* Sanch. *in decal. lib. 7. cap. 13.* Molin. *to. 1. de just. d. 140.* & Lugo. *to. 2. item de iust. d. 3. sect. 9.* Verùm, quemadmodum item ego dixi suo loco, Regulares in multis locis per privatas Principũ leges excludi à Successione suorum, sic & nunc dico de Monasteriis, & ea per easdem leges prohiberi succedere Monachis v. g. in Gallia, ut refert Mansuer. *in rubr. de success. §. item pro consuetudine.* Guilel. Bened. *in repet. c. Raynutius. de testa. v. & uxorem. p. 1. num. 224.* Et Rebuff. *in proem. const. Reg. in* Gloss. *num. 21. & 24.* Et sic dubium propositum procedit respectu eorum locorum tantùm, in quibus non fuit derogatum juri communi per privatas leges.

3 Præmitto *secundò*, quòd licèt ex dispositione Trident. irritæ sint Professiones factæ ante evolutum annum integrum Novitiatus, jure tamen antiquo secus est, quia ex consensu partium, & maximè Novitij licebat olim in Ordinibus non Mendicantibus ad arbitrium breviare tẽpus. *c. ad apostolicam. de Regul. & cap constitutionem. eod. in 6.* Quam dispositionem etiam nunc valere in Provinciis, in quibus Trident. non fuit receptum, affirmãt Navarr. *lib. 3. cons. 28. de Regul.* Less. *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 7.* & alii. Unde consequenter dubium propositum non venit intelligendum, nisi de Provinciis, in quibus Trid. fuit receptum. Atque his præmissis, quod jam attinet ad ejus solutionem.

4 Læsana *to. 1. qq. Reg. cap. 25.* respondet, cautè in hoc esse procedendum, quia (inquit) fertur (licèt nõ authenticè) contrarium esse decisu à S. Card. Congreg Barb. autem *in collect. bull. v. monialis 1. & v. Pro-fessio 2.* ipsam authenticam decisionẽ re[...] quam emanatam affirmat an. 1627. [...] Nov. Addit Roder. *to. 3. qq Reg. 15 a. 6.* [...] V. concessisse morituris Professionem [...] effectum consequendi indulgentias [...] fessorum solùm, non verò ut Mon[...] rium ipsis succedat. Imò nec potu[...] sum hoc concedere, vel intendere [...] tandem quidquid sit de intentione [...] cessione Pii V. Eman. Sà. *v. Religio[...]* affirmat hoc privilegium non pos[...] locum habere, eò quòd sit à Gregor [...] revocatum una cum omnibus alis [...] V. concessis.

Sed his non obstantibus, contra [...] partem tuentur Sanch. *in op. mor. [...] 5. cap. 4* Zanard. *p. 2. cap. 17.* Con[...] *sum. mar magni tit. 23 cap 14.* Auson [...] *Dian v. professio. nu. 8.* Et alii, quorum [...] nionẽ probabilem putat Læsana [...] tio est, quia licèt supponatur Profes[...] hoc ut Monasterium succedat Pro[...] non tamen supponitur, quo tempo[...] sa Professio debuit esse facta. Qui[...] cessio est quid consequens ad Pro[...] nem, adeò ut posito tali antecedente [...] quatur necessariò tale consequens.

Et quidem verùm est Pium V. co[...] sisse morituris Professionem ante [...] pus ad effectum solùm indulgentia[...] attamen, quia jura volunt ut Mon[...] rium succedat Professo, ideo quoc[...] tempore, vel quomodocunq; alio [...] professus, dummodo verè & valid[...] cedit Monasterium, non virtute p[...] gii, sed juris communis volentis [...] nasterium succedat suo Professo, [...] hil spectat ad leges de tempore, in [...] ceat facere professionem, ut inter[...] taceam Professum in articulo mort[...] posse dici per anticipationem [...] sum. Quia sicut jus commune [...]

sanis annum integrum, seu terminum anni ad Professionem, ita Pius V. assignavit infirmis articulum mortis, unde cum is articulus venerit, dicendus est Novitius professus suo & legitimo tempore, hoc est sibi præfixo, & consequenter admitti debet Monasterium ad successionem. Quin etiam Cign. *in Auth. si qua mulier C. de sacros. Eccl.* Jul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum. quæst. 28.* & alij absolutè volunt, ut Novitio, morte prævento, & qui non fecit Professionem, succedat similiter Monasterium.

In hac autem opinionum varietate ego puto primò de ea, quam tenet Sà, esse simpliciter falsam, falsum est enim Gregor. XIII. revocâsse omnia concessa à Pio V pro quo vide dicta *dub. 7.* Quantum verò ad opinionem Rod. vera est, sed falsum, quòd infert ex illa, ut constat ex dictis. Quantùm ad opinionem Cigni est plausibilis, & non caret sua probabilitate (*) quamvis oppositum mihi videatur verius, stando in puncto juris. Et illam reiciunt Gloss. *cap. in præsentia. de prob. Panor. eod.* Navar. *c. non dicatis. 12 quæst. 1. & com. 2. de Regul nu. 49.* Et Molin. *to. 1. de iust. tract. 2. d. 140.* Unde mediam viam ego sequens amplector opinionem Gonard. Sanch. Confett. & aliorum, de quo superius.

(*) Vide ubi de privil. causæ piæ pag. 70.

DUB. XXIX.

An Abbas Cassinensis debeat præcedere omnes Abbates Ordinis S. Benedicti?

Ad c. 21. v. ubi nota sect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Proponuntur aliqua temerè effutita de S. Bened.*
2 *Abbas Cassin. præcellit omnibus.*
3 *Est quasi Primogenitus inter alios.*
5 *Imò omnium Pater & Caput.*
7 *Vbi varij tituli dati Mon. Cassin.*
Sanctus Benedictus fuit Caput sui Ordinis.
8 *Et Abbas Cassin. est eius Successor ibid. ob id eodem honore dignus.*
9 *Antiquitas est iustus titulus præcedentiæ.*
11 *Omnes prærogativæ quorumcunque Monaste. sunt in Cassin.*
12 *S. Bened. revelatione divina venit Cassin. comitatus corvis, & Angelis, & rupes ei cessit & 16.*
30 *Fuit Apostolus.*
13 *Monasterium Cassin. commendatur à loco.*
18 *A Feudis.*
20 *A Dominio temporali.*
29 *Habet Sedem Episcopalem.*
34 *Floruit, & floret viris eruditis.*
19 *Abbas Cassin investiebatur olim per sceptrum.*
26 *Et erat Vice-Imperator.*
19 *Sedebat ad dexteram Imperatoris, & signis regalibus utebatur.*
33 *Rei Maiestatis non obtinebant veniam, nisi de eius consensu.*
42 *Habebat titulos varios honorificos.*
44 *Est Caput Ordinis S. Benedicti.*
50 *Abbas Abbatum.*
43 *Et omnes ei cedunt.*
53 *Eius prærogativæ fundantur in iure patriæ potestatis.*
54 *Habet privilegia omnium Abbatum.*
57 *Potest intervenire in omnibus causis Monasteriorum.*
58 *Potest salutari titulo Principis & Altezzæ.*
60 *Monachis Cassin. competit præcedentia per totum Ordinem.*
63. *Monasterium Cassin. non venit in odiosis nomine Ordinis.*
70 *Sicut nec alia Monasteria, quæ sunt capita suorum Ordinum, eorum nomine veniunt.*
64 *Roma non venit nomine Italiæ.*
66 *Nec civitas Episcopalis nomine Diœcesis, aut Regulis nomine regni.*

1 Nega-

1 NEgabat mihi aliquando non nemo, quia (inquiebat) nō est nisi privatus Abbas instar aliorum, cujus Monasterio nihil prærogativæ contulit S. Bened. cùm is illud fundaverit, & Regulam in eo scripserit solummodo ut privatus homo, nec unquam ab ullo habuerit potestatem scribendi dictam Regulam per modum legis obligantis subditos, adeò ut nulla ejus pars obliget in ullo Monasterio, nisi prout à privato cujusque Abbate præcipitur, & secundùm quod est à S. Bened. non sit præcepta, sed præceptibilis. Ita ille, sed certè satis imperitè (ut in non paucis alijs.) Ejus autem errorem, (quantū ad dubium propositum) hac una ratione (fusiùs insequētibus deducēda) confuto.

2 Abbas Cassinensis præcellit omnibus Abbatib. ergo omnes præcedit, & hoc in omnibus honorib⁹, salutationib. sessionib⁹ ac quibusvis alijs actibus cujuscūq; sint ordinis aut qualitatis. Consequens de se patet, & probari potest per *l. 1. & 2. C. ut dignit. Ord. serv. l. 3. eod. ubi Senat. vel clariss. l. ad subeunda eod. decur. l. ad honores. ff. eod. l. 2. & 3. eod. de off. div. jud.* quæ jura sufficit tetigisse, ut ad antecedens veniamus, de quo solùm potest esse difficultas, igitur quòd Abbas Cassin. præcellat omnibus Abbatibus, ratio & probatio sumi debet à præcellentia sui Monasterij ad omnia alia, quam ego deduco ex multis capit.

Nam etiamsi daremus Monasterium
2 Cassin. esse simplex Monasterium sine ullo respectu ad alia, & Abbatem illius esse simplicem Abbatem, attamen negare nō possumus, quin sit inter alios ut primogenitus in multis fratribus, & consequē-
3 ter si alij non vellent ipsum respicere, nisi ut fratrem certè debent considerare ut primogenitum suum, Primogenitura verò est dignitas, & primogenitus collatus ad suos fratres, est dignior, ut dicunt Gloss. *cap. quam periculosum. 7. q. 1.* Gu[illegible] Bened. *in repet. c.* Raynut. *de test. v.* [illegible] *testamento, l. 1. n. 165.* Bald. *l. ex hoc* [illegible] *de inst. & iur.* & communiter alij. Un[illegible] olim Primogenitus familiæ erat cap[illegible] Princeps, & in omnibus præfere[illegible] suis fratribus, & præcipuè in honor[illegible] nam sedebat ad dexteram Patris, [illegible] cium offerebat, duplicatos cibos in [illegible] sa percipiebat, & duas partes in ha[illegible] tate, de quibus Joan de Cirier, *in* [illegible] *primog.* Ergo vel hoc titulo Abbas Ca[illegible] tanquam major natu & primogenit[illegible] bet quoscunq; alios Ordinis præce[illegible]

Verùm ego satis dubito, an possi[illegible] quis Abbas intra Ordinē se fratrem [illegible] dicere sine verecundia, cùm potius [illegible] se omnes agnoscere debeant? Nam [illegible] nia Monasteria, omnesq; Congreg. [illegible] dinis à Cassinensi profluxerunt, & [illegible] originem trahunt, ut rami à suo tru[illegible] ut rivi à suo fonte, ut radij à suo sole [illegible] de (ut in sequentibus dicam plenius [illegible] catum fuit à Zachar. Papa. *Caput* [illegible] *Ordinis.* (*) A Calixto II. *omnibus* [illegible] assertum *Præfectum* Ab Innoc. III. [illegible] *antecellens.* A Jul. II. *Caput Monasteri*[illegible] Et in Concilio Romano sub Pascha[illegible] Abbas ejus, *Abbas Abbatum* appellat[illegible] agente Joañe Cancellario dicti Pasch[illegible] is titulus ei contradictoriè assertus [illegible] tra Pontium Cluniacensē. Et Steph[illegible] In apostrophe Encomiastica, quam [illegible] Bened. habuit in eodem Monasterio [illegible] sente Pipino Rege, Carolomanno, [illegible] ceribus ac Patritijs Romanis voca[illegible] sum *Archimandritam œcumenicum.* In[illegible] ait Urban. II. *Illud donum, quod Omni*[illegible] *Deus Beatissimo Bened. & per eum, suo* [illegible] *concessit cœnobio, nulla ratione potest* [illegible] *nulla violentia permutari, quin ipse omni*[illegible]

(†) Leo Hostiens. in Chronic. Cassin. [illegible] Anastas. Bibliot. & ex ipso Const. Cajet. in [illegible] colleg. greg. Leo Host. in Chronic. Cassin. lib. [illegible]

nacho.

Anachorum Pater, ac ipsum jam dictum Cassin. Monasterium caput omnium Monast. perpetuò habeatur & meritò. Audis nomē capitis? Audis titulum Patris? non ab uno sed usque ad sex Pontificibus attributū Abbati Cassinensi, ut intelligamus tantùm eum prę-cellere cæteris, quantùm in corpore humano caput inferioribus membris, nec minorem ab ijsdem reverentiam, cultū, honorem, observantiam ei deberi, quàm filiis Patri, ipsum Patrem esse, cæteros omnes filios, *liberto* (autem) *& filio semper honesta & sancta persona Patris ac patroni videtur. l. liberto. ff. de obser. à lib. & libert.*

Deinde (*a*) nemo negaverit S. Bened. fuisse caput sui Ordinis, & illi omnes Monachos, quos in magno numero in diversis Provinciis habuit, imò usque ad plura illius primas cessisse, reveritos fuisse, observasse. Atqui Abbas Cassin. est ejus successor immediatus, & per rectam lineam in sede, & in Monasterio. Ergo similiter omnes eū revereri tenentur, observare, & primas ei cedere, tanquā magni Patris locum tenenti pro ejus reverentia & memoria, absq; ullo respectu ad personam, aut ejus merita. Nam loco conjuncti unus habentur. *l. si verò quidam C. de Cant. toll.* Et una est persona hæredis & ejus, qui in eum transmittit hæreditatē. *Auth. de iure iur. & c. coll. 5. tit. 3.* Et Successoris cum Prædecessore Alexand. *cons. 121. Fend.* & qui succedit in locū alterius, eodem jure censetur *cap. Eccles. ut lit. pend. ab Gloss. & l. cùm quidā ff. de usur.* (*b*) Qua ratione utuntur Romani Pontif. cùm se commendant fidelibus, nempe quia sunt Successores Petri, & ejus sedem ac locum tenēt. Quòd si Rom. Pontif. debetur reverentia ab omnibus fidelibus, quia Successor est Petri, cur nō debebitur Abbati Cassin. ab omnibus Monachis, cùm Successor sit Benedicti? Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi (inquit Christus) Pharisæos vita reddebat contemptibiles, sed Sedes Moysi, in qua erant venerabiles, eodem igitur jure quisquis sit Abbas Cassin. sufficit tenere locum S. Bened. ut teneātur omnes eū venerari, & ei cedere.

Rursum agnoscunt omnes DD. antiquitatem esse titulum Nobilitatis. Et ita in specie docent Tiraq. *Cap. t. 19. de Nobil.* Salicet. & Barbos. *l. providendum C. de post.* Alex. Bald. Cardin. & alij, quos citat, & sequitur Riminal. in rubr. de const. Adeò ut inter cæteros is præferatur, qui est antiquior, quasi antiquitas reddat illum præ ipsis Nobilem, ac digniorē. Et inter Nobiles similiter præcellat, & præferatur antiquior, quia priora sunt potiora. *l. Claud. ff. qui pot. in pign.* Atqui Monasteriū Cassin. est primum Ordinis S. Bened. & in eo antiquissimum, ergo & omnibus nobilius & illustrius, & Abbas illius aliis Abbatibus præferendus, tanquā ratione antiquitatis nobilior. Nec refert, quòd aliqua Monasteria, ut Lerinense, Turonense, Farfense, Furense, &c. sint antiquiora S. Benedicto, & ab alijs Sanctis longè ante ipsum fundata. Nā etiam ante S. Benedicti Adventum in Montem Cassinum locus fuit cultus ab Anachoretis. Verùm sicut Monasteria jam existentia, erant absorbenda in Ordine à S. Benedicto fundando, sicut minora flumina in vasto oceano, & eorum instituta intermittenda ad promulgationē ejus Regul. ut minora astra cessant ad ortum Solis apparere; sic in figuram, & pro hujus futurę mutationis felici omine, voluit Deus Eremitam, Cassinum incolentem (quem (*c*) aliqui Martinum vocatum dicunt) venienti S. Benedicto locum cedere, quod

(*a*) Faustus in vita S. Mauri.
(*b*) Leo 1. ser. 2. in anniversf. suæ Assumpt. Hadr. 2. Epist. ad Carol. Regem Franc. Symmac. c. non nos. d. 40. Nicol. 1. ep. 52. ad eundem Carol. calvum.

(*c*) Yepez in Chron. cent. 1. an. S. Bened. 48. in fine.

hoc

hoc eleganti carmine Marcus Poëta, eiusdem S. Bened. discipulus expressit. *His tu parce locis, alter amicus adest.* Et cùm vita anachoretica sit perfectior cœnobitica, patet Monasterium Cassinense nulli alteri, seu antiquitate, seu perfectione instituti Monastici cedere, & consequenter manet firma mea propositio, quòd ratione suæ antiquitatis debet omnibus alijs præferri.

11 Sed & dum conditionem ac dignitatē dicti Monasterij ego considero, adverto, quòd sicut S. Benedictus fuit omnium justorum spiritu plenus; sic singulari providentia, quidquid gloriæ sparsim, & per partes concessit alijs Deus, hoc totum in hoc uno collectum, longè perfectiori, & nobiliori modo nobis demonstravit. Ac sic præ omnibus venerabile reddidit. Nā sicut ajunt Philosophi, unamquamq; rem semper esse eò nobiliorem, quò vel plures gradus entis participat, vel perfectiori modo continet: ita Cassinnense Monasterium omnibus est nobiliùs, cùm nulla prærogativa queat in ullo notari, quæ in ipso non reperiatur, quod probo inductione.

2 Nam commendantur aliqua à loco, eô quòd extructa sint in loco celebri, & tempore gentilium famoso, ob præclara gesta, vel præclaras artes, quæ ibi exercebantur, ut *Athanatense*, apud Lugdunū in Gallia, vulgò *Ainay* famosum, quòd is locus esset dicatus Minervæ, & Rhetores suæ eloquentiæ primum specimen in eo exhiberent: coronandi si probarentur, mergendi in Rhodanum, si repudiarentur, unde proverbiale carmen, de re dubia, *ut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.* At si gloriari oportet in superstitionibus
13 gentilium, non expedit quidem, verum tamē, qualiscunq; prærogativa possit inde colligi, nec ea caret, imò præcellit Monasterium Cassin. quia constructum monte Apollini sacro (*) & à Roma Philosophicis studijs deputato, ut ... tur Petr. Diacon. *in M. S. Cassin.* his ve... *Erat is locus illustris ab arte & fama cel... cuius tantò olim sublimitas culmine vig... Romani celsitudo imperii Philosophicis ... lum in ævum dicârit.* Et certè vestigia ... tij Marci Varronis, & Collisæi, qu... huc infra montem visuntur, ut & ... castri, quo ab antiquis locus ille ap... tur, indicia sunt evidētia artium ... quæ in eo exercebantur, & non sol... ut modò, sed valde populosum fuis...

Commendantur alia Monasteri... quòd ex revelatione divina sint fun... & miraculis illustrata, ut Evisham... Anglia. At neque hac prærogativa ... Cassinense; sed præcellit. Audi ex... diano, *in vit. S. Placidi cap.* 5. causam ... velationem seu divinam jussionem ... lo erigendo. Agebat S. Benedictus ... solitudine sublacensi, livore aute... gens Florentius Præsbyter, cùm ... tentâsset eum intoxicare ad per... discipulorum ejus animas, novo & ... rendo scelere machinamēta sua c... tit, de quo S. Greg. in vita ejusdē ... Hæc autem dum secum Beatissimu... nimis anxiè recogitaret semel ... vox ad eum de cœlo defertur, & ... accipit in hæc verba: *Vt quid dul... dilectissime Benedicte tristaris? Nun... reminisceris illud, quod ego discipulis ... sum dicens, si me persecuti sunt, & vos p... tur. Tibi alia eligenda est via, aliud ... dum. Te namque elegi ex omnibus ... orbem. Tu Evangelii mei tuba cæles... Spiritu meo plenus. Surge iam, & vade ... rum Cassin. & populum eiusdem Prov... adhuc idolorum nefandis cultibus serv...*

(*) Vide Chronic. Yepetij cent. 1. an. ... S. Bened. 49. c. 2. Nymphis habitata Cassin. ... Sil. Stalic.

præcordiis sathanæ versutia regnat. Qui nihil sciunt aut dicunt, nisi quod in cordibus eorum venenosi serpentis astutia scripsit sermone verificare edicans, meum ad cultum convertere studium. Quæ tecum ego ero, & non te deseram. Et confundam omnes Adversarios tuos. Proficiscere Valerum ad pugnam, confortare, & esto robustus. Quia castrum tibi tradam, & illic sedes nominis tui in perpetuum erit. Oraculo igitur recreatus Benedictus, & promissis divinis animatus pergit, quasi alter Moyses, & novus Josue ad profligand os caninos idololatras, & eorũ terram occupandam; aut potiùs quasi redivivus Paulus, & novum vas electionis ad portandum nomen Christi coram gentibus. Aut olim Alexand. Magno, ad templum Jovis Ammonis pergenti, viam monstrârunt corvi. Ac navigganti in Italiam Æneæ, diva Mater venus dicitur adfuisse, & navigationis tramitem direxisse, sic longè feliciori, ac veriori omine Cassinum petenti Benedicto, (ut refert Paul. Diacon. *in hist. Longob. c. 26. Petr. Damiani dial. in vigil. S. Benedicti.* Gordian. in vita S. Placidi. Et Leo Hostiens. *in Chron. c.* 8.) tres corvi viæ comites, & duo Angeli eosdem Directores se adjunxerunt, ac eosdem (ut notat Baron. *in annal.* anno 529. quo Justinianus Imperator (in universo leges ponebat) Cassinum pervenit, inde per universam Ecclesiam legesque suas asceticas promulgaturus; Cũque ut Sanctus, quasi possessionem loci accipiens, vertici montis propinquus adstitisset, ac genua flexisset, rupes ipsa (ut refert traditio (feritatis idololatrarum ab eo molliendæ, certum omen (cæris ejus membris cedens mollem se præbuit; visiturque etiamnum) alterius ejus genu vestigium à rupe retentum, vel ut plenius quod sentio dicam. Non tam montem vestigio pressit Benedict. quàm mons ipse, ejus adventu exultans, ac concupita præsentia inamoratus, genu ejus osculatus est, & perpetuæ subjectiõis signũ osculi vestigiũ servare voluit (a)

Commendantur etiam aliqua Monasteria à Feudis Imperij eis concessis Aut etiam supremo dominio, eò quòd eorũ Abbates Superiorem in temporalibus Principem nõ recognoscant, ut olim Luxovienses, Murbacenses, Lutrenses, S. Galli &c. Et neque hæc gloria Cassin. defuit. Nam etiam statim in suis exordijs Justinianus Imperator, Anno sui Imperij XII. *ab omnium Mortalium iure ac dominio liberum perpetuò mansurum*, sancivit, ut habetur *in una eius divali.* Tum deinde Carol Magnus iterum idem constituit, (ut refert Petrus Diac. in M. S. quod habetur in Biblioth. Lerinensi. Ob id inquit, *quia per cives Romanos fundatum B. B. scilicet Maurum & Placidum, & in proastio Romani Imperii* ditatum per Tertullum Patritium, & Equitium ac Gordianum Senatores Rom. Unde & ejus Abbas investiebatur olim non per baculum pastoralem, ut solent communiter alij Abbates, sed per sceptrum Imperij, quod de manu Imperatoris accipiebat, & idem Carolus Mag. (b) dedit ei privilegiũ bibendi ex auro, lectum suum operiendi purpura, utendi cruce aurea, gemmis & lapidibus pretiosis ornata, & cum aliquo pergeret habendi ante se labarum seu vexillum, ac demum cùm esset præsens Imperator assidendi præ quibusvis alijs ad dexteram, quæ omnia sunt regalia, & nulli alteri inveniuntur concessa. 17 18 19

Commendantur item aliqua Monasteria ab amplitudine dominij temporalis, ut Cluniacense, cujus opes & potentiam, 20

(a) Montes exultaverunt ut arietes & colles, sicut agni ovium Ps. 113.
(b) Libr. 4. Chronic. 25. M. S. cit.

qua pollebat sub Jacob de Ambasia Abbate, quidam Author illius temporis considerans, non dubitavit asserere, opulentiorem fuisse dictũ Jacobum Rege Scotiæ, & data optione se prælectorum esse Abbatem, ut erat Jacobus, quàm esse Regem Scotiæ, certè memini ego me legere inter statuta antiqua, illustris illius
21 Monasterij, consueviſſe Abbates, quocunque pergerent cum tanta pompa & apparatu comitivam secum ducere, ut admirationi omnibus, cùm essent quasi per modum reformationis decreto Capitulari sancitum fuerit, ne in futurũ Ab-
22 bates, plusquàm 50. Equitaturas secum in via haberent, adeò ut quòd nunc scandalo foret, magnæ reformationis sit tunc judicatum. Unde opulentiam & potentiam temporalem dicti Monasterij colligas. Sed illud suo tempore superavit Cassinense, cui ut testatur Uuion. *in ligno vitæ lib. 1. c. 2.* & ex ipso refert Tambur. *to. 1.*
23 *de iur. Abb. d. 2. qu. 4.* Subijciebantur olim IV. Episcopatus, II. Principatus, II. Ducatus, XX. Comitatus, XXXVI. Civitates, 250. Castella, 440. Villæ, 136. Curtes, XXIII. Portus Maritimi. 33. Insulæ 200. Molendina. 300. Territoria, & 1662 Ecclesiæ. Quæ omnia (ne fabulosa putentur) Petr. Diacon. in M. S. *cit.* seriatim, & distinctè per sua nomina recensèt, & enumerat, adeò ut vix fuerit sub Romani Imperij amplitudine ulla Provincia, in qua Monasterium Cassinense suam portionem non possideret in Africa, Asia, Provincia, Bisancena, Thracia, Ægypto, Epiro, Macedonia, Lucania, Mauritania, Cæsarienſi, Sardinia, Corsica, Sicilia, Canusia, Insula Tremitana, Mari Adriatico &c. Ut non immeritò Baron. *in Annalibus. to.* 11. Scripserit, quòd cùm novus Abbas erat Cassini instituendus, non tã agebatur de Abbate eligendo, quàm de magno Principe creando, *erat planè manifestum ponderis opus Abbatem constituere Cassinensem, utpote non tam Monasterii Abbatem, quàm Principem, qui complura Castra & Opida possideret.* Quod est causa ut legamus non raro Romanos Pontifices, ejusmodi electionibus se immiscuisse, quòd tam potentem virum vererentur scilicet, & de consilent esse securi.

Est & aliud caput, unde gloriam creviſſe quibusdam Monasterijs sumus, nempe ab officijs publicis & administrationibus concessis eorum Abbatibus, ut Sandionisiano in agro Parisiensi enim, Abbates celebris illius Monasfuisse olim creatos Regentes, & Administratores Regni Franciæ, & de facto fert Claud. Robert. in Gallia Christi Suggerum Abbatem sic fuisse aliqua Regentem summaq; prudentia & gl sub Ludovic Juniore, seu 7. filio L Crasi Regnum administrásse. Sed hac in parte Sandionisianos Abbates cellunt Cassin. quantùm Reges Imp tor. Nam Carolus Magnus creav Archicancellarios Imperij univers dovicus verò Pius, ejusdem Caroli voluit eos advigilare super omnes ejusdem Imperii, & dum contingeret peratorem venire ad inferiorem I nunquam ab ejus latere abesse. M. S. Et sic Abbates Cassin assumpti era partem sollicitudinis Imperialis, tã primarij Cæsaris Consiliarij & Imp universo advigilantes. Unde Uuion *1. ligni vitæ cap. 2. not at.* Vice-Imperatores fuisse appellatos. Item commemtur aliqua Monasteria à jurisdictione clesiastica, nonnulla enim sunt exempta ab Episcopis non modò, sed etiam proprium territorium, & in eo jurisdictionem quasi Episcopalem privativ quoscunq; Episcopos, ut Monserratense

Media-

Mediānum, Einsidlense, & non pauca alia, quorum Abbatibus concessū à Sede Apost. habere Vicarium generalem, Synodum celebrare, causas matrimoniales iudicare, rescripta Pontificia examinare &c. Hæc autem habet Monasterium Casin. sed longè nobiliori modo stupendo, inaudito, & à nullo alio usurpato, alij enim Abbates acquisierunt hæc ita ex gratia & privilegio Sedis Apost. Casinenses autē sine privilegio proprio marte & labore, imò dispositione divina. Unde jurisdictio illa Episcopalis, qua pollent in sua Diœcesi, debet dici jus, & non privilegium, nam Sedes Episcopalis erat erecta in Castro Casino ante advenţum S. Benedicti in ejus montem, verùm ut verbis utar Baro. (a) *Nescio qua dormitātium Episcoporum incuria, quæ longè, latèq; in Christiano orbe extincta erat idololatria, in monte Casino altioribus fixa radicibus adhuc vigebat.* Cùm verò, ut ait D. Tho. *opusc. 19. c. 4. divino judicio reputatus fuisset Benedictus idoneus, cui immediatè à Deo committeretur prædicationis officium,* fructuum is à Deo expetitum exhibuit, conversionē scilicet ad fidem circumjacentis populi, & idololatriæ profligationem; Vnde quo judicio Benedictus fuit illi Provinciæ missus à Deo Apostolus, eodem Sedes Episcopalis, ibi inutilis novo & inusitato modo fuit mutata in Abbatialem, & Benedicto tradita, sicque jurisdictio, quam Abbates Casin. exercent in eadem Provincia, fundatur non in simplici gratia vel privilegio, sed in Apostolatu S. Benedicti; Quid enim æquius, quàm ut is populus relinquatur jurisdictioni eorū, qui suo labore & sua prædicatione juris Civili, & Ecclesiæ esse fecerunt? Et hoc dormientibus interim Dominis nostris Episcopis, & hoc somno incuriæ, & ut magis notemus divinam dispositionem divinaq; judicia appareant melius circa hanc jurisdictionem, acquisitam meritis S. Bened. & Monachis eius conservandā. Joannes 22. an. 1322. speciali Religione tactus erga locum, & eundē S. Bened. Sedem Episcopalem restituit, & Episcopum Monachis præesse voluit, non simplicem Abbatem. Deinde an. 1343. Clemens VI. constituit, ne Episcopus ibi ordinandus, aliunde assumeretur, quàm ex Ordine S. Bened. sed hoc non placuit Deo, neque S. Benedicto, nam an. 1366. Urb. V. Pontificum Romanorū Canonizatus ultimus (& ex Ordine S. Bened. assumptis ultimus) iteratò Sedē Episcopalem suppressit, ac simplicem Abbatē loco præesse, jurisdictionemq; Episcopalem exercere voluit, quod usq; in hodiernum diem duravit,

Ut à jurisdictione spirituali & Ecclesiastica nonnulla Monasteria cōmendantur, sic etiā à temporali ut Campidonēse in Germania, & Rivipolense in Catalonia, nam eorum Abbates habent jus gladij non modò, sed etiam possunt ipsi per se ipsos exercerce judicium sanguinis, aut ei interesse absque periculo & præjudicio irregularitatis. Quamvis autem non inveniam id concessum Abbati Casinensi, aliquid plùs tamen olim potuit in eodem genere circa reos & facinorosos, & eo magis æstimandum, quo vitā præ morte æstimamus, & salutem præ hominum perditione, nam si quis intra fines imperij perduellis crimen incurrisset, si quis gratia Cæsaris excidisset, aut capite damnatus esset, non poterat Feudum amissum recuperare, veniam obtinere, & in gratiam eiusdem Cæsaris redire, nisi agente & consentiente Abbate Casin. unde ab hoc Caducæatoris munere inter cœteros titulos vocabatur

(a) to. 7. pag. 148. in Annalibus.
(b) Bzou in Annal. Eccles. t. 14. fol. 396. & 1323.

Princeps pacis, ut notāt Petr. Diac. Uuion. & Tambur. in superioribus citati. (a)

34 Ab Eruditione etiam commendantur non pauca Monasteria, ut Hirsfeldense, Corbeiense, Visemburgense, Foldense, Floriacēse, Tuitiense, Hirsaugiense &c. eò quòd studia in eis floruerint, & Academiæ in eis erectæ Monachos omnibus scientiis illustres pepererint, in quo laudis genere nulli cedit Cassinense, ut pro-
35 bat liber de eius Scriptoribus à Petro Diacono editus, quem non dudum Bibliotheca Barberiana typis excusum publico concessit, sufficeretq; in huius veritatis confirmationem, vel unū solum D. Thomam allegare, quem usque adeò colunt Theologi, suspicit Ordo Prædicatorum, & qui in hoc sacro, & nunquā satis laudando Monasterio, ut pietatis, sic & studiorum prima principia accepit. Quid autem memorem Paulum ligurē,
36 qui quasi alter Dydimus in cæcitate artes & scientias didicit, & de omnibus etiam quasi Dydimus redivivus tractavit. Quid inquam memorē Albericum controversiis clarū, qui in Concilio Romano Berengarium convicit. Marcum, Alphanum, Amatum &c. Poetas, Constantin. Africanum, & eius discipulos, Adlonem & Joannem Medicos, Brunonem in Positiva.

Petrum Diac. Roboasum in Oratoria, Landulphum in Matthesi. In Historia Amatum & utrumque Leonem. In prudentia juris Canophil. In moral. Say-
37 rum, &c. Quorum Laureatum agmen gloriosè illustrat Reverendissimus Angelus à Neapoli eiusdem Monasterii filius, & annis proximè elapsis Abbas, nunc S. Spiritus Papiæ; de quo mihi aliquando referebatur, quemdam inter Scriptores huius temporis non ultimum asseruisse, eum unum doctum se Romæ vidi[...] possemque alios eiusdem Monasteri[...] lios & Lectores hic non paucos co[...] morare; unde sanè sperandū (atten[...] optimis subiectis, quibus sacrum [...] Asceteriū instar fœcundæ matricis [...] per exuberat) nunquam in eo defut[...] qui Prædecessorum suorum merit[...] eruditionem exæquent.

Potest etiam aliquod Monasteriū co[...] mendari à Personis illustribus, quæ e[...] lo processerunt regendis Ecclesijs, in [...] videtur Cluniacense primas tenere, [...] ex eo tres Sum. Pontifices sciam[...] sumptos Greg. VII. Vrban. & Pas[...] II. Sed etiā ex hoc capite præcellit [...] sinense, à quo Successores longè p[...] in sua Sede habuit S. Petrus Greg[...] Leo III. Steph III. & IX. Victorem [...] & Gelas. II. Præter Cardinales ad [...] mero & plurimos Episcopos, qui [...] prodiere. Unde Baron. *to. 9. an. 7[...] 8. Illud securè & absque ulla trepidatione [...] dacii asseri jure potest, nullū unquam Chr[...] orbe extitisse Monasterium, ex quo tot [...] ctitate conspicui atq; doctrina tanta [...] tate, ad regimen sanctæ & Apost. Sedis [...] fuerint, ut planè dici possit fuisse idem [...] rium sanctorum Antistitum.*

Commendantur etiam Monaster[...] sacris & regijs depositis, ut S. Rem[...] Remensis, in quo servatur ampulla [...] olei Cœlo allati ungendis Regib. F[...] ciæ. Quamdiu autem Imperatores [...] Italia tulit Monasterium Cassin. & [...] rum & Sum. Pontificum voluntate [...] cra in deposito habuit, inaugura[...] & coronandis ipsis Imperatoribus [...] hiberi solita.

Etiam quibusdā Monasteriis accre[...] gloria ex honorificis & illustribus [...] lis, quibus eorum Abbates alij pro[...] sunt aliquando, ut Fuldense, cujus Abb[...] appella-

(a) Tepez in Chron. Ordin. S. Bened. An. 73.

appellatur Princeps, Archicancellarius Imperatricis. Ac Primas per Germaniã & Galliam. Sed longè altioribus & pluribus donatus fuit Cassin: quem vocâ-[illegible] Archicancellarium Romani Imperij, Cancellarium Regnorum utriusq; Siciliæ, Hierusalem & Hungariæ, Comitẽ & Rectorem Campaniæ, & terræ laboris, maritimæque Provinciæ, Abbatem Abbatum, Magistrum Capellæ Imperatoris, Vice-Imperatorem, & Principem pacis. Ex quibus omnibus patet, quàm meritò ego asseru rim, debitam ei esse præcedentiam per universum Ordinem, quod tandẽ probatur ex ipsis diplomatibus Imperatorum ac Sum. Pontificum. Nam etiam ipso S. Benedicto adhuc vivente ita sancivit Justinian. in una divalij Anno sui Imperij 12. In qua sic loquitur: *Sancientes edictum, ut idem venerabilis locus sit clarissimus, & venerabilis non solùm [illegible] occiduis, verùm etiam & Eois propter incomparabile Sanctitatis meritum, quod viget in venerabili Patre Benedicto.*

Deinde cùm Carolus Magnus ordinarius fuisset Imperator inter cætera privilegia & jura, quæ concessit Monasterio Cassin. indulsit, ut ijsdem privilegijs uterentur, quibus aula Imperialis Monachis [illegible], ut infrà Romanum Imperium Capellani Imperatoris essent. Abbati verò [illegible] in omni Conventu superiorem omnibus sui Ordinis Sedem habeat, primus sententiam proferat, & celsior omnibus Abbatibus in perpetuum existat, ut refert Petr. Diac. *in M. S.*

Quòd si placet Pontificia indulta revolvere, inveniemus longè loculentiora huius veritatis testimonia, ut Zachar. Papæ in B. quæ incipit: *Omnipotenti.* expedita an. 741. die 18. Febr. in qua ille sic loquitur: *Omnipotenti Deo, cujus melior est misericordia super vitas, gratias agimus.*

Ipse quippe dignationis suæ potentia B. Benedictum Patrem omnium constituit Monachorũ. Ipse eum Monasticæ Legislatorem & Operatorem esse disposuit. Ipse illius meritis Cassinense Monasterium, in quo & sanctissimè vixit, & gloriosissime obijt omnibus per totum orbem Monasteriis clementi bonitate præfecit.

Et post nonnulla: *Corroboramus, & in perpetuum confirmamus eidem dilecto filio, Abbati scilicet Cass. eiusque Successoribus in omni Conventu, Episcoporum & Principum superiorẽ omnibus Abbatibus Sedem, & in Conciliis & Iudiciis Priorem sui Ordinis omnibus proferre sententiam pro reverentia tanti loci.*

Et post pauca: *Cassinense Cœnobium exaltantes decernimus, & in perpetuũ confirmamus, ut supradictus locus dignitate, vigore ac honorificentia præcellat omnia Monasteria, quæ constituta vel constituenda sunt in toto orbe terrarum. Abbasque eius loci celsior & celebrior existat omnibus Abbatibus, eandem Regulam tenentibus, illicq; lex Monastici ordinis caput teneat, & Principatum, ubi eiusdem Legis descriptor Benedictus, Pater sanctissimus, eandem describens promulgavit Regulam. Ibique Abbates & Monachi honorem deferant, & ibi usque ad diem Iudicii Rectorem quærant, ubi Monachorum universalis Magister & Doctor Benedictus Pater almificus, corporaliter una cum sorore sua quiescens, gloriosæ Resurrectionis diem expectat, &c.*

Audiamus & Calixt. II. in B. quæ eodem modo incipit sub dat. an. 1123. die 16. Sept. sic loquentem: *Ipse illius meritis Cassin. Monasterium, in quo & sanctissimè vixit, & gloriosissimè obiit, omnibus per occidentẽ Monasteriis clementi bonitate præfecit,* & post aliqua: *Patrum nostrorum vestigia sequentes vestrum Cœnobium, cæteris per occidentem Cœnobiis præferendũ asserimus, & tam te, quàm Successores tuos in omni Conventu Episcoporum & Principum Superiorem omnibus Abbatibus consedere, atque in Iudiciis Priorẽ cæteris tui Ordinis viris sententiam proferre sancimus &c.* 46

Et

47 Et Innoc. III. B. quæ item incipit eodem modo, directa ad Rossrid. Abbatem, anno 1208. die 25. Iul. *Ipse quippe dignationis suæ potentia Be. Bened. Patrem cõstituit Monachorum. Ipsum Monasticæ Legislatorem & operatorem disponens, ut meritò Cassinense Monasterium, in quo & sanctissimè vixit, & gloriosissimè obiit, omnibus per occidentem Monasteriis dignitatis privilegio antecellat.* Et post nonnulla: *Petrum nostrorum beatæ memoriæ, Vrbani Calixti & Clementis Romanorum Pontificum vestigia sequentes, venerabiles cœnobium, cæteris per occidentem cœnobiis, præferendum asserimus, & tam te, quàm Successores tuos, in omni conventu Episcoporum, seu Principum, superiorem omnibus Abbatibus consedere, acq. in judiciis, priorem cæteris vestri Ordinis, juris sententiam proferre sancimus. &c.* Similiterque idem constituit Victor. II. ut refert Leo Host. *in Chron. lib. 2. cap. 97.* & item Iul. II. in B. quæ incipit: *Super cathedram.* Appellat idem Monasterium Cassin. *Caput Monasteriorum ordinis Sancti Bened.* Ad quæ omnia conformiter, quando fuit unitum Congregationi Sanctæ Iustinæ, cessavit Congregatio à Sancta
48 Iustina denominari, & ab ipso Cassinensi Monasterio nomen sortita est authoritate ejusdem Iulij. Tum deinde Abbates in suis constitutionibus sanxerunt, & ordinaverunt, ut Cassinensis intra regnum Neapolitanum præcedat omnes alios, etiam visitatores extra actũ visitationis.

Post rationes autem & jura allegata, vendicandæ præcellentiæ Abbatis & Mo-
49 nasterij Cassinensis, præ omnibus alijs, etiam ex facto probari, & astrui potest, nam si sit aliquod Monasterium, pro quo disputari queat hæc præcedentia, erit Cluniacense, quo non est celebrius in Ordine, cujus tamen Abbates semper cesserunt Cassinensibus, unde refert Leo Host. *in Chron. lib. 2. c. 52.* quòd cùm semel sub Theobaldo Abbate, S. Odilo Cluniacensis venisset Cassinum. *Ipse ... stivitatis beatissimi Patris N. Bened. ... Abbate Theobaldo, gratia præcipuæ ... multis precibus invitatus Missarum solemnia ... lebrare nullo modo eogi potuit eo præsente ... publicas agere, Cumq; tam paratu ad ... rer procedendum fratribus, pastor alem ... idem Abbas Theobald. reverenter eius ... tulisset, longè humiliter refugit ille dicens ... quaquam dignum esse, se in eius præsentia ... modi virgam gestare, nimis profecto ... & contra ius omne esse percensens, ... Abbatum, manu pastorali virgam ... ubicunque Benedicti vicarium, continuo ... licet Abbatis Abbatum, præsente ... ret.* Tum deinde cùm secundus ab ... ne, Abbas Cluniac. Pontius, voca ... Abbatem Abbatum hunc titulum ... cavit in Concilio Romano, ac cel ... sinensi (ut in superioribus retu ... agnovit se inferiorem, quòd à for ... quibuslvis alijs ego dico, & inferior ... & non solùm hos, qui communi ... vocantur, sed quoscunq; alios ... que sint Congregationis vel Mo ... & hoc clarè innuunt illi tituli, qu ... natus est à Sum. Pontificibus, ... ipse Seu S. Bened. (cuius est Su ... vocatus est *Abbas æcumenicus, Abbat ... caput monastici Ordinis, Monachorum ... salis Magister omnibus Monasteriis Pr ...*

Imò plùs dico, & ex dictis in ... mò Abbatem Cassinensem (quòd ... de facto) at de jure habere præ ... tiam supra alios Abbates Ordini ... per modum simplicis prioritatis, ... sterioritatis, sed per realem & nat ... dependentiam à se & suo Monaste ... imitationem patriæ potestatis, ... tractant Iuristæ, nam sicut jura ... rant matrimonium spirituale ... & generatio spiritualis, debet aequ ...

cum

S. Odilo Cl
um. Ipſe
Bened.
cipue
rum ſecun
o præſen
ratis ad
or alem
er eius
it ille dicen
s præſens
roſectu
ſens, qu
irgam
centum
temeſſe
ndus ab
us, voc
titulum
o, ac cel
us retul
ò à fo
inferior
mmuna
alios e
el Mo
tuli, qu
ibus,
eſt Su
s, Abba
nacher
ritis Pr
ctis in
(quid
re præ
Ordin
ritatis,
mi&cna
Monaſte
ſtatis,
t jura a
nale
bet a
cu

Camali, unde ſicut jus patriæ poteſtatis acquiritur, non ſolùm patri, qui liberos genuit, ſed etiam patris patri, hoc eſt avo, qui & filios & patrem filiorum, ob eamque ſub ſua patria poteſtate, ita & in generatione ſpirituali intelligenda ſunt Monaſteria, & Monachi ſubeſſe non ſolo ſuo immediato Abbati, ſed etiam ſui Abbatis Abbati, puta Caſſinenſi. Qui in-Camaldulenſes v. g. cenſendus eſt Camaldulenſis, inter Ciſtercienſes, Ci-ſtercienſis, & uno verbo, albus inter albos, & niger inter nigros; ſunt enim illi æqualiter Benedictini, & æquali-S. Bened. Patrem agnoſcunt, qui & conſequenter eadem ratione Abbatem Caſſinenſem Patrem debent agnoſcere tanquam ejus ſucceſſorem.

Secundò ex dictis, poſſe Abbatem Caſſinenſem abſque ulla ſpeciali conceſſione ſibi vendicare quæcunq; privilegia, quorumcunque Abbatum aut Monaſteriorum, cuiuſcunque Congregationis ſuerint. Nam cùm ſit omnium caput, eſt quaſi de omnium corpore, quia corpus non poteſt eſſe ſine ſuo capite. Et ſic participat, & communicat omnibus juribus & privilegiis eorum. Tum ſecundò, quia eſſet inconveniens aliquid concedere Inferioribus, & illud negare Superiori. Tũ tertiò, quia privilegia Monaſteriorum & Congregationum computantur inter eorum bona (ut ſuo loco dixi) exceptis autem Caſſinenſibus, bona ſunt vel advẽtitia vel profectitia. Ad quorum verò utrumvis membrum reducantur privilegia cuiuſcunque Abbatis, vel Monachi, ſemper ad hæc jus habebit Abbas Caſſin. Nam bonorum adventitiorum uſusfructus eſt penes patrem. *cap. pater de priv. in 6. l. non ſolum. & l. cum oportet. C de bon. qua lib. l. res quæ & l. quid, quid eod. de bon. matern.* Profectitiorum verò, & uſus fructus & proprietas. *l. cit. cum oportet l. pater ff. de acquir. hæred. l. quodcunque eod. de verb. obligat. & §. 1. inſt. per quas perſon.* Abbas autem Caſſin. eſt Pater Ordinis, & omnium Monaſteriorum, & æquè legitimè unius atque alterius, ergo, *&c.*

Tertiò. Ipſum poſſe, imò teneri (ſi requiratur, intervenire in omnibus cauſis Monaſteriorum & Congregationum Ordinis in omni curia, Papæ, Imperatoris, Cardinalis Protectoris, & quorumcunque Principum temporalium, aut etiam in cauſis & difficultatibus Monachorum, vel Abbatum inter ſe. Nam pertinet ad officium capitis, proſpicere membris quibus præeſt. Et hoc ſignificavit Zachar. Papa in B. de qua in ſuperioribus, his verbis: *Et ibi uſq; ad diem iudicii Rectorẽ quærant.* 57

Quartò. Quidquid ſit de antiquioribus titulis, Ipſum (etiam nunc) de jure habere celſitudinem, ſeu ut communiter loquuntur Altezam, & poſſe ſine adulatione vel mendacio ſalutari titulo. Tum Illuſtriſſimi, quia hic tribuitur Epiſcopis non propter characterem, ſed juriſdictionem, & ſedem, quam ille habet. Tum Altezæ, & Principis; Nam iſti tituli tribuuntur quibuſdam Abbatibus Ordinis, ut Fuldenſi, Sancti Galli, Lutrenſi, & aliis illo inferioribus, eſſet autem inconveniens aliquid concedere inferioribus, quod negetur ſuperiori. Quia ut dicit Dionyſ. *in lib. cel. hier. Superſirmatæ diſpoſitiones, abundanter habent minorum ſacras proprietates.* (a) Quo argumento utuntur Patres & Doctor. pro B. V. Maria, quando dicunt, eam fuiſſe pulcherrimam, habuiſſe ſcientiam infuſam, vidiſſe divinam eſſentiam in hac vita, iam reſurrexiſſe, &c. nimirum quia ſegimus hæc fuiſſe cõceſſa aliis Sanctis inferioribus, eſſet au- 58 59

(a) D. Thom. in 3. a. 2. q. 1. q. 3. S. Bern. Epiſt. 174. Albert. Magn. in mariali c. 191. Dion. Carth. de laud. V. a. 12.

tem

tem inconveniens, minùs tribuere B. V. maiori. A pari igitur, cum aliqui Abbates Ordinis sint principes, & salutentur titulo Altezæ eodem modo licebit salutare Casinensem, & iisdem titulis honorariis prosequi. Nec refert, quòd fortè non habeat Feuda ab Imperio, ut illi, quia sufficit illũ præeminere habentibus, & esse caput, ac Archimandritam summum Ordinis. Et hoc videtur Zachar. Papa insinuâsse in sua Bulla (de qua in superioribus) per hæc verba: *Abbasque illius loci celsior, & celebrior omnibus Abbatibus existat eandem Regulam tenentibus, illicque lex Monastici ordinis, caput & principatum teneat.*

60 *Quintò.* Monachis Casinensibus debitam esse de jure, præcedentiam in omnibus Monasteriis Ordinis, absque ullo respectu, ad tempus professionis, arg. eorum quæ docet Innocent. *in cap. sedes de restr.* Nam propter singularem, & immediatam unionem, quam habent cum suo capite S. Benedicto, cuius sunt membra, & cum quo faciunt unum corpus debetur illis specialis honor in toto Ordine. Eo modo quo jura, & Doctores loquuntur de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, deberi illis honorem, & præcedentiam per totam Dæcesim, propter unionem cum sede Episcopali, & quia faciunt unum corpus cum suo Episcopo; facit quia unusquisque sequitur conditionem suæ Ecclesiæ, & Monasterii. At Monaste-
61 rium Casin. antecellit omnia. Et hoc *dignitate, vigore, & honorificentia* (ut loquitur Zachar. Papa in B. sæpecitata) ergo in istis debent alii Monachi cedere Casinẽsibus, & eos agnoscere tanquam sibi præcellentes. Et hoc insinuat Idem Zachar. paulò post, istis verbis: *Ibique Abbates, & monachi, honorem & reverentiam deferant.*

62 Facit item, quia sicut Abbas Casin. præcedit omnes Abbates Ordinis, ita [illegible] nachi eius omnes alios Monachos, [illegible] membra imitantur caput. Unde [illegible] Magn. inter sua privilegia, cùm [illegible] Abbatem Cassin. suum Capellanum [illegible] sareum, & sanxisset, ipsum debere [illegible] per accipere primum locum ad dexteram [illegible] Impreatoris, idem ordinavit pro M[illegible] chis & Capellanos eos imperiales [illegible] ravit, & ad dexteram similiter Im[illegible] toris cum suo Abbate debere sedere.

Sextò. Monasterium Cassinense [illegible] gulares suas prærogativas non [illegible] nomine aliorum nec comprehendi [illegible] ipsis in odiosis. Imò nec in Congreg[illegible] ne ab ipso denominata, secus in [illegible] bilibus. Vnde v. g. si interdiceretur [illegible] gregatio Cassinensis, Monaster[illegible] men Cassinense non censeretur [illegible] ctum; si aliis Monasteriis impon[illegible] onus, Cassinense esset ab illo libe[illegible] tolleretur aliis aliquod privilegium [illegible] sinense illud retineret, & possent [illegible] nachi continuare in ejus usu, ni[illegible] ficè, & in individuo suum Mona[illegible] inveniretur in dispositione expre[illegible] sic de aliis.

Fundo me *primò* in Doctrina [illegible] *cap. 1. sect. 3. num. 5. pag. 77.* quòd [illegible] non venit nomine Monachi. Ergo [illegible] Abbas Abbatum nomine simplici[illegible] tis; At Abbas Cassin. est Abbas [illegible] Ergo. *Secundò* in Concil Triden. [illegible] *cap. 11. de Regul.* ubi licèt generali[illegible] tuatur, ut Regulares administra[illegible] rochiam annexam suo Monaster[illegible] subditi Episcopo quantum ad ea [illegible] ctant ad sacramentorum, & ipsius [illegible] chiæ administrationem excipiun[illegible] men ab hac dispositione Monaster[illegible] sunt capita suorum Ordinum, seu [illegible] busGenerales habitant. Item in [illegible] tutionibus Clem. & Vrbani VIII. [illegible]

ceteris S. Cardinalium Congregationis super casuum reservatorum absolutione, de quibus *sect. 3. cap. 5. §. 2. v. nota* Et in quibus Roma non comprehenditur nomine Ialiæ, vel civitatum Italiæ, cùm sit tamen caput omnium & totius orbis. Atqui Monasterium Cassinense est caput nostri Ordinis & nostra Roma, tantumque præcellit aliis Monasteriis, quantùm Roma aliis civitatibus, quia sicut Roma à Summo Pontifice, sic Monasterium Cassinense à S. Benedicto trahit dignitatem & prærogativam nulli conferendam, & à nullo unquam æquandam: Ergo sicut Concilium Trid. Sum. Pontifices & Cardinales, quando occurrit occasio & dispositio odiosa sciverunt distinguere inter Monasteria, quæ sunt capita suorum Ordinum, & alia inter civitatem Romam, & alias Italiæ; sic nos debemus similiter in ejusmodi odiosis distinguere inter Monasterium Cassinense, & alia, & semper illud excipere. Et confirmatur, quia in odiosis Ecclesia Cathedralis non venit nomine Ecclesiæ propter singularem honorem & dignitatem, quam à Sede sui Episcopi participat, neque nomine Diœcesis comprehenditur, sicut nec civitas, in qua Iudex habitat, venit nomine Regni aut cum aliis regni comprehenditur ob eandem rationem, per *cap. Rodulphus de rescr. c. fin. de præb.* Et notata à Gloss. *ibid. c. accepimus, de ætat. & qual. & c. 1. de rer. permut. in 6.* Geminian. *c. felicis. eod. de pæn.* Innocent. *cap. cit. Rodulphus.* Alex. *l. 2. ff. de verb. signif.* Bald. *in margar. v. civitas.* & Alijs *in cap. quamvis 1. de præb. in 6.* Confirmatur item quia in odiosis, quod est duplex, non venit nomine simplicis, ut v. g. Parochia non venit nomine simplicis beneficij, at Monasterium Cassin. non est simplex, sed capu, Monasteriorum, & habet Sedem S. Benedicti, & Principatum Monastici Ordinis, ergo &c.

68 Fundo me *secundò* in facto Pij V. quia Anno 1567. Nono Cal. Jun. pro Monasterio S. Benedicti Valisoleti expressè cavit, ne teneatur aut imponatur pro sua parte seu quota; ad onera contributionum, quæ imponuntur Congregationi ab eo denominatæ seu Vallisoletanæ, & ejus Monasterijs, & hoc (inquit) quia est caput suæ Congregationis, & in eo fiunt multæ Eleemosynæ, & multa hospitalitas exercetur B. quæ incipit: *Regimini.* & est Ordine 94. in Bull. Vallisolet. Ergo à pari cũ Monast. Cassin. sit caput, & Congreg. ab eo denominatæ, imò & totius Ordinis S. Benedicti, neque similiter ad onera cum alijs tenebitur æqualiter, aut æqualiter cum alijs comprehendetur in dispositionibus odiosis.

69 Fundo me *tertiò* in ipso textu diplomatum & Bullarum Sum. Pontificum & Imperatorum, de quibus in superioribus, & quæ aliàs salvari non possent, nisi hanc differentiam ponamus inter Monasterium Cassin. & alia. Nam v. g. Zachar. Papa affirmat, quòd *Deus omnibus per totum orbem Monasterius Clementi bonitate illud præfecit.* Et rursus idem, simul & Carolus Magn. *Cassinense Cœnobium exaltantes decernimus, & in perpetuum confirmamus, ut supradictus locus dignitate, vigore & honorificentia præcellat omnia Monasteria, quæ constituta, vel constituenda sunt in toto orbe terrarum.* Et rursus post pauca: *Illic lex Monastici Ordinis caput teneat & Principatum.* Et Calixt. II. *Patrum nostrorum vestigia sequentes vestrũ Cœnobium cæteris per occidentem cœnobijs præferendum asserimus.* Et Innocent. III. *Vt meritò Cassinense Cœnobium omnibus per occidentem Cœnobiis dignitatis privilegio antecellat.* Et statim post: *Dignum est, ut tam celebre & solemne Monasterium Apostolica Sedes,*

specialiùs amplectatur. Ac deinde *Patrum nostrorum beatæ memoriæ Vrbani Calixti & Clementis, Romanorum Pontificum vestigia sequentes venerabile Cœnobium cæteris per occidentem præferendum asserimus.* Et Justin. Imperator. *Idem venerabilis locus sit clarissimus & venerabilis non solùm oris occiduis, verùm etiam & Eois.* At quomodo hæc omnia poterunt verificari & salvari, si eodem jure cum alijs censeatur? si est caput si tenet principatum Monasteriorum, si cæteris debet esse venerationi uno verbo præferri tanquam præcellens, quomodo non semper exceptum non judicabitur in omni dispositione odiosa?

70 Atque idem ego dico per proportionē de Monast. Cluniacensi, Cisterc. Montis Virginis Præmonstratensi, & alijs similibus, quæ sunt capita suorum Ordinum vel Congregationum, non venire earum nomine in odiosis, nam sicut sunt quædā privilegia, ita specialia ut non censeantur communicari in generali communicatione privilegiorum, ita ejusmodi Monasteria collata ad alia, inveniuntur tot prærogativis insignita, ut ratione dictante præsumi semper debeat, non esse intentionis Papæ, ea comprehendere cum alijs in dispositionibus odiosis, nisi expressè, & in individuo ita se velle declaret.

DUB. XXX.

Monachum factum Episcopum, an liceat eligere in Prælatum regularem?

Ad c. 23. §. 1. sect. 3.

SUMMARIUM.

1 *Monachus non debet ambire dignitates.*
2 *Neque ad has consentire.*
3 *Monachus factus Episcopus non fruitur privileg. sui Ordinis.*
4 *Manet tamen obligatus observantiis [illegible] patibilibus.*
5 *Volunt aliqui Episcopum posse eligi in [illegible] regularem.*
7 *Authoris est contraria.*
8 *Cuius rationes deducuntur & sequen[illegible]*
8 *Inter Regulares eligendi in Prælatu[illegible] assueti observantiis.*
10 *Si Episcopus esset Prælatus regul. [illegible] primus finis, ob quem dantur Pr[illegible]*
11 *Ægrius illi submitterentur fratres.*
12 *Repugnat naturali Ordini.*
14 *Et juri Canonico & seq.*
19 *Sequerentur absurda.*
20 *Expressè fuit prohibitum à Papa.*
21 *Et cautum in singulis Ordinibus & [illegible]*
16 *Qui renuntiavit, non potest redire.*
18 *Electio debet fieri ex gremio.*
26 *Respondetur ad obiecta in initio pr[illegible] contraria.*

NON raró contingit Prælatos [illegible] siasticos sibi petere à Sum. Po[illegible] suffraganeos Regulares, quibus [illegible] rantur Episcopatus, in partibus [illegible] lium, & quia illi Sedem propria[illegible] habent, solent in suis Monasteri[illegible] suam consecrationem remanere [illegible] dum ad munia Episcopalia pere[illegible] ad claustrum redire, & de his pro[illegible] dubium, cui solvendo ego

Suppono I. Monachos non deb[illegible] vida electione Ecclesiastica officia [illegible] pere, nec blandiente desidia res[illegible] *c. vos autem 16. q. 1.*

Secundò. Non posse consentire [illegible] lectioni sine licentia suorum Su[illegible] rum, aliàs non valere talem conse[illegible] & ipsam electionem reddi irritam [illegible] *Religiosus. de elect. in 6. arg. cap. si qu[illegible] nachus 16. quæst. 1. & cap. quam sit 11.* Quæ licentia debet esse specialis, [illegible] pressa adeò ut generalis de consen[illegible] electioni fiendæ, vel factæ quæ [illegible]

non

non sufficiat. *c. fin. de elect. in Clem.* Tertiò Monachum factum Episcopum non gaudere ampliùs privilegiis sui Ordinis, secundùm Barth. à S. Fausto *in thes. lib. 6. quæst. 194.* Roder. *to. 2. qq. Reg. 58. a. 4.* ubi pro hoc adducit motum Sixti IV. & Portel. *v. Episcop. n. 4. & in add. n. 15.* ubi nec ejus Indulgentias posse lucrari. Non verò maneant Episcopi, ut priùs obligati observantijs regularibus.

Certè Innoc. I. statuit non debere eos a proprio proposito deviare, ut videre est in cap. 17. inter ejus decreta. Quod Zach. Papa innovavit in *in epist. ad Pipin. Episc. Abbat. & proc. Franc. in Resp. ad dub. 13.* Et secundùm hoc Bzov. *to. 13. Annal. ad An. 1210. & ad An. 1252.* de duobus Episcopis Cisterc. refert unum fuisse ab Innoc. III. graviter reprehensum, quòd observantias sui Ordinis à se abjecisset, alium ab Innoc. IV. admonitũ ne desereret. Nunc verò non parùm super hoc negotio dimittant DD. Placet autem præ cæteris omnibus eorum, qui dicunt, absolvi eum ab his Observantijs, quæ repugnant statui ita dignitati Episcopali, si quæ tamen dicti possunt repugnare) vel quæ ejus munia & functiones impediunt non verò ab illis. Et ita docent D. Tho. *2. 2. q. 185. a. 4.* Sidet. *ibid.* Barb. *de offic. & pot. ep. p. 3.* Cryph. *1. p. decis. lib. 2. cap. 58.* Portel. *v. Episc. num. 5.* Laym. *in theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 1.* Archid. & communiter Canonistæ *in c. statutum. 18. q. 1.* In quo tamẽ pro more humano solẽt singuli sibi conscientiam formare, ut licet advertere ex eorum studijs & operibus.

His autem præmissis pro parte Episcoporũ videtur facere ipsa ratio naturalis, secundùm quam videmus inferiora semper regi à superioribus, ut à primo mobili orbes inferiores, astra minora à Sole illuminari, imò & Angelos à Superiorib. purgari, illuminari ac perfici, unde quia Religiosi sunt in statu perfectionis acquirendæ, Episcopi acquisitæ magis congruum videtur, ut ab his regantur, quàm ab alijs sibi similibus facit itẽ praxis præteritorum temporum, in quibus Episcopi regebant Monasteria & Monachos, ut Martinus, Augustinus, Fructuosus, & alij similes viri sanctitate conspicui, sub quorum Regimine etiam vel maximè floruêre Monachi, & Status monasticus. 6

Sed his non obstantib. ego contrariã partẽ teneo primò, quia Episcopi in sua assumptione relinquunt claustrum, & claustralia exercitia, aut si in Monasterio remanet aliquis, id non facit, nisi vel ex necessitate, vel certè ex arbitrio, contra rationem autem videretur esse ei claustri regimen committere, qui in eo non manet nisi ad placitum. Unde Clem. VIII. in decretis pro Reformatione Regularium nu. 36. specialiter cavit: ut *Ad officia, Gradus & Prælaturas illi præcipuè eligãtur, qui possint & consueverint Reg. Ordinis & constitutiones observare, præsertim ad servitium Chori vestitum, & cibum communem pertinentes.* Quæ omnia, cùm non servent Episcopi, patet quàm incongruum foret eis ipsorum curam relinquere. 7 8

Et confirmatur, quia sicut jura & DD. non permittunt ut vidua vel corrupta eligatur in Abbatissam, ut ait Gloss. *c. juvenculas. 20 q. 1. & c. indemnitatibus. de elect. in 6.* Archid. & Dominic. *eod.* Abb. *c. cum in cunctis. extra. eod.* Rod. *to. 1. qq. Reg. 64. a. 4.* Laym. *l. 3. sect. 3. n. 8.* Et Læsan. *to. 1. c. 26.* ubi ex manuali Gavant. ita decisum à S. Card. Congr. refert, cum Barb. *in collect. Bull. v. Abbatissa & v. vidua.* Nempe, *quia non potest esse hortatrix ad Virginitatẽ, quæ ipsa non est Virgo. c. una tantùm. d. 26.* Sic certè nõ potest esse hortator observantiarũ regular. qui ipse illas non servat. *c. primũ. fin. d. 25.* 9

10 *Secundò* sic impediretur præcipuum bonum, & finis propter quem Superiores dantur Regularibus. *Si potest fieri quantos passus ambulat Monachus, vel quot calices aquæ bibit, debet senioribus revelare*, inquit S. Anton. apud Ruffin. *de verb. Senior. n.* 176. hoc est quòd Religiosus debet pendere à nutu Superioris quoad omnia, & ut ait S. Bened. *in Reg. c. 67. Nihil omnino (quamvis parvum, sine jussione Abbatis facere)* Et sic opus est Religiosis frequentissimo accessu ad suos Superiores, quem quidem accessum facilem reddit æqualitas in eo, qui acceditur, ut docet Cassian. *coll. 1. cap. 13.* At quis possit hunc accessum, & tam frequentem, & tam facilem sperare ab Episcopo functionibus Ecclesiasticis, & exterioribus negotijs detento, in quo nihil Religionis ampliùs videtur, & à quo non potest obtineri gratia, nisi priùs habitâ licentiâ ab ejus famulis accedendi ad ipsum.

Nec refert, quòd detur Religiosis vicarius vel Prior, ad quem recurrant in suis necessitatibus quia inde sequuntur plurima inconvenientia, nimis de se nota.

11 *Tertiò* experientia docet, quòd talibus Prælatis, ægrius & difficilius subiiciuntur Religiosi, nescio quid enim antipatiæ occultæ, & naturalis intercedit inter statum religiosum, & Episcopalem, & si Religiosi non potuerunt pati jugum Episcoporum in rebus generalibus, in quibus cæteri fideles, etiam Laici illis subiiciuntur, sed exemptiones sibi quæsierũt, quomodo eis subiicientur & in illis & in omnibus aliis, ut debent si dentur eis in Prælatos.

12 *Quartò*, certè videmus, quòd secundũ naturæ ordinem in qualibet specie præsidet unum individuum non alterius, sed ejusdem speciei, ut aquila volucribus, & leo feris, non leo volucribus, aut feris aquila. Imò in ipsorum Angelorum Hierarchijs, cuilibet Ordini præest unus non alterius, seu eiusdem, cùm autem omnes seu familiæ seu Respublicæ & communitates ordinentur per proportionem ad naturalia, omnino convincerentur peccare contra naturam, qui Monachum non Monachum, sed Episcopum præceret, nam & pro lege solet allegari naturalis. *l. scire oportet ff. de excus.*

Confirmatur, quia omnis varietas statuum, seu specierum permixtio, semper fuit in omni gente damnata, & naturæ exosa, nam & animalia sexus anceptis, seu dubii generis, aut quæ vivunt duobus elementis, & tanquam mali omnis, & malum portendentia, notantur sapientibus, ut videre est apud Pierium & tanquam noxii alimenti reprobantur à medicis, ut monet Grattarol. *lib. de ser. studii valetud* Hermaphroditas ante leges, ab omni dignitate, & à sacrificijs dinibus canones *tit. de corp vitiat.* Multo tanquam immundum animal sibi offerri in sacrificium prohibet Deus. Qui populum suum arare in bove & asino indui veste ex lana, & lino contexta *vit. 19. & Deuter. 22.* At nunquid de bove cura est Deo? de lana vel lino? haud quàm, sed his & similibus præceptis voluit confirmare seu prævenire hoc quod dicimus, & ostendere, quantùm sibi spliceat inter homines statuum & conditionum permixtio, quam nec in rebus inanimis & brutis animantibus tolerat. Quid enim aliud est indui vestes ex lino & lino texta, nisi cucullæ Monasticæ ... parum Episcopale superinduere? Quid bove & asino arare, nisi dignitati Episcopali sociare claustralem? At si hanc permixtionem non voluit Deus in Iudæis tolerare, quomodo in sua Ecclesia eam tolerabit Christus? Quis audebit se (cum sederit

derit in sua Maiestate) oculis ejus præsentare, cum supparo & cucullo? Monachum ne se dicet an Episcopum? *&c.*

Quintò. Sicut officiis ac beneficiis sæcularibus non possunt præfigi Monachi, ut cum Panor. communiter tradunt DD. *in cap. super eo. de Regul. & c. quod Dei timorem, de stat. mon.* Sic nec Regularibus sæculares, ut notat Host. *in sum. lib. 3. tit de stat. mon. nu. 11.* Et expressè cavetur *in clem. 1. de sup. negl. præl.* Ac innovatum fuit in Concil. Trident. *sess. 14. c. 10.* Quia locus religiosus debet regi à Religiosis. *c. inter quatuor de rel. dom.* Et est universalis Regula, quod Regularia Regularibus, & sæcularia sæcularibus danda sunt. Quam DD. colligunt ex *c. possessiones, de reb. eccl. non alien. & c. cum de beneficio. de præb. in 6.* Sed Episcopi sunt personæ sæculares, & sæculo restituti. *clem. cum rationi. de elect.* Et à jugo monasticæ Professionis absoluti. *cap. statutum 18. q. 1.* Ergo non possunt præfici beneficiis, & officiis regularibus.

Sextò. In *cap. ad nostram. c. cum causam. & c. cum in magistrum. de elect.* Expressè cavetur, ne non Monachus seu non Professus eligatur in Prælatum regularem. Ac statutis Abbatem debere monachari: hoc est observantiis monasticis vacare. At Episcopus assumptus ex suo Ordine non est ampliùs Monachus, nec monachatur, sed perinde est, ac si nunquam fuisset Monachus, ergo non potest eligi in Prælatum Monachorum, seu regularem. Unde S. Gregor. relatus in *c. præsbyteros. 16. quæst. 1.* sic scribit, pro hac causa ad Episcopum Syracusan. Præsbyteros (inquit) *Diaconos, cæterosq. cuiuslibet ordinis clericos, qui Ecclesiis quoquo modo militant Abbates per Monasteria nullo modo esse permittas, sed aut admissa clericatus militia, Monasticis non promoveantur Ordinibus, aut si in Abbatis loco permanere decreverint Clericatus nullo modo permittantur habere militiam. Et decreti huius sui rationem reddens. Satis enim* (inquit) *incongruum est, si cùm unum ex his præ sui magnitudine, diligenter non possit quis explere, ad utrumq. iudicetur idoneus.*

Confirmatur, quia sicut Episcopus qui renunciavit dignitati, ut ad Monasteriũ transeat, non potest pænitere, & ad dignitatem redire. *cap. hoc nequaquam 7. q. 1. & cap. post translationem. de renunt.* sic postquam Monachus transivit ad Episcopalem statum, non potest redire ad Monasticum, ut in illo promoveatur, Idque sive abdicato Episcopatu, cùm ei non liceat *cap. sicut vir 7. q. 1.* Sive eo retento, cùm non possit cum legitima sponsa cõcubinam tenere, ut scitè quidam Episcopus Parisiensis respondit apud Rebuff. *in pra. benef. tit. de commend.* 16

Confirmatur, item quia Regularibus debet dari Prælatus non solùm, qui sit Regularis, sed etiam eiusdem habitus, & Regulæ. *cap. in nona 16. quæst. 7. & clem. 1. de elect.* At Episcopi assumpti non sunt ampliùs eiusdem Regulæ, utpote ab illa absoluti *cap. statutum. 18. q. 1.* nec eiusdem habitus, utpote quibus in jure, & in põtificali proprius assignatur, ergo *&c.* 17

VII. Electio debet fieri de gremio. *cap. nec emeritis. d. 61. & cap. Abbatem. 18. q. 11.* Sed assumptus ad Episcop. non est ampliùs de gremio, neq; ord. neq; Monasterii, ergo non potest eligi, sed deberet postulari juxta *cap. etsi. de post. præl.* Cùm autem postulatio non fiat nisi apud Papam, relinquitur, quòd sine speciali ejus licentia & dispensatione non potest ullus Episcopus vocari ad Prælaturam regularem, sin autem electionem futuram nullam, quia nulla est electio, quando eligitur postulandus, sicut quando postulatur eligẽdus. *c. Abb. de verb. signific. & Gloss. c. cit. etsi.* 18

VIII. Se-

19 VIII. Sequeretur absurditas, & implicatio non parva, quia sic electus deberet esse subditus Superioribus maioribus Ordinis, & tamen non esset subditus primùm ratione officii regularis, quòd gereret. Secùdùm ratione characteris Episcopalis. Iam autem ego quæro ulteriùs si contingat Dominum Episcopum delinquere, à quo punietur? An à Prælatis Ordinis, quibus maior est? At maiores non possunt à minoribus iudicari. *capit. submittitur d. 31.* Nec minorum sententiæ valent ligare maiores. *cap. in tantum eod.* Ergo vel manebit impunitus cum scandalo fratrum, & eversione Religionis, vel punietur cum characteris ignominia.

20 Sed dubium omne sustulit Paul. IV. sua const. quæ incipit: *In sacra beati Petri sede*, publicata die 22. Iul. an. 1559. Cuius inter alios meminêre Portel. *v. Episcopus num. 7.* & Quar. *v. electio. in fine.* Quæ sic habet: *Motu proprio, & ex scientia certa nostra volumus, & Apostolica authoritate mandamus, & ordinamus, quòd nullus cuiusuis Ordinis, aut Religionis professus Episcopus, aut Archiepiscopus, postquam munus consecrationis susceperit (etiamsi à vinculo Ecclesiæ cui præfuerat, per sedem Apost. absolutus esque, quòd in suo Ordine permanere, & ad dignitates, officia, & superioritates assumi possit, easque retinere concessum foret) ad dignitates, officia, & superioritates eiusmodi, cuiuscunque qualitatis existant, & quovis nomine nuncupentur, eligi, assumi, aut obtinere nullatenus possit. Et intelligimus, ut ad ea obtinenda prepetuò inhabilis existat. Ac quæuis indulta, concessiones, dispensationes, facultates, ac aliæ gratiæ, tam per litteras Apostolicas à nobis, & sede prædicta etiam in forma Brevis, quàm à Superioribus dictorum Ordinum, ac quibusvis aliis etiam ad id potestatem & auctoritatem habentibus, sub quibusvis tenoribus & formis concessa, & concedenda imposterum, nulla & invalida, nullius roboris vel momenti sint, & esse censeantur, quis decætero eum ad dignitates, officia, superioritates eiusmodi scienter elegerit, assumendi perpetuò careat, Et voce activa & passiva eo ipso privatus existat cæssantes, annullantes ac decernentes irritum, & inane, quicquid super his, à quoquam, quavis auctoritate, scienter aût ignoranter contigerit attentari, obstantibus &c.*

Ad quæ conformiter in omnibus Ordinibus cautum fuit per statuta specialia, ne sic assumpti, ultra eligantur ad ullum officium, ullamve Prælaturam ut in Ordine, seu Congregatione Cisterciensi ut videre est in statutis impressis anno 1316. dist. 8. ubi sic dicitur: *In electione Abbatum Ordinis, nulli patres Abbates eorum Commissarii impediant eligentium libertatem, sub depositionis pœna. Nec contra veram ordinis à suis patribus observatam in ipsis electionibus præsumant procedere, sed taliter, & conformiter studeant observare tinentiam clementinæ.* puta illius, quæ incipit: *Cum ratione. de elect.* in qua prohibentur præfici Monachis personæ diversæ conditionis, vel diversi habitus sunt Episcopi.

Et in Ordine Prædicator. in cuius constitutionibus impressis Romæ anno 1552. *d. 2. capit. 13. numero 6.* sic habetur: *Fratres beneficiatos, vel ad beneficia habilitatos, habiles reddimus ad prælationem in Ordine nostro Nec aliquis illorum activam aut passivam vocem habere possit, nisi ante renuntiaverit instrumentum, & acceptata sit renuntiatio.*

Et in Ordine Carmelit. Nam in Bullo quam Calixt. III. super hac materia illo edidit, & deinde Sixt. IV. per modum privilegij inseruit mari magno ejusdem Ordinis sic uterque Pontifex loquitur: *Hac irrefragabili constitutiõe perpetuò valitura constituimus, quòd nulli beneficia sæcularia, &*

regula-

regularia obtinentes, aut qui futuris temporibus quælibet obtinebunt, etiamsi postea illa dimiserint, in Capitulis generalibus seu Provincialibus, seu Negotiis, Officiis vel aliis Administrationibus Ordinis admittantur sub excom. pœna, quam admissi, & admittentes, ipso facto incurrant.

Eandem constitutionem extare in suo Ordine Minorum testatur Roder. *to. 1. q. Reg. 34. a. 5.* nbi sub ijsdem ferè verbis eam refert, nec dubium, quin etiam in alijs Ordinibus & Congregationibus idem observetur. Quòd posset probari inductione, sed supersedeo, ut respondeam ad allegata in initio favore Episcoporum.

Ad quæ ego Resp. congruum quidem esse, ut Inferiores regantur à Superioribus, & Episcopos esse in Statu Perfectionis, sed satis dubito, an sint omnes perfecti, & præcipuè illi, qui favore aut vijs laudabilibus à claustro ad infulas assumuntur. Nam ut jam dudum scripsit S. Cyprian. *lib. de dup. Martyr. circa finem. Non locus desertus saccus pro veste, legumen pro cibo, neq; jejunia, neque cameuniæ Monachum abscondunt. Sub his involucris latet interdum animus valde mundanus, quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod Ecclesiasticum vocentur. Ibi videas quosdam ex illis facillimè vincibilitiis impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ, quàm quivis sit alius ex infima plebe. Quid causæ est? Quoniam corpus exercuerunt magis quàm animum.* Verùm quidem est, Martinum rexisse Monachos, Augustinum Fructuosum, & alios similes sanctos Pontifices, sed suscitetur Martinus, suscitetur Augustinus Fructuosus, & his submitto non unum Monasterium, sed integras Congregationes, integrosque Ordines, nunc autem, cùm Spiritus eorum defecerit in multis, qui eorum charactere gloriantur, non mirum, si eorum jugum Religiosi refugiunt, & à seipsis, & suis regi volunt ob rationes in superioribus deductas.

DUB. XXXI.

An Prælatus Regularis factus Episcopus retineat aliquam Iurisdictionem in suo Monasterio?

Ad idem Cap. 23.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus regularis factus Episcopus, nullam jurisd. retinet in suo Monasterio.*
2 *Hoc probatur per Iura & seq.*
4 *Prævenitur Obiectionibus.*
Abbas factus Episcopus mutat titulum, & fit Commendatarius ibid.

HOC dubium movere cogit malitia temporis, ad quod ego respond. negativè cum Tambur. *tom. 1. de jur. Abb. d. 5. q. 25.* Et probatur ex triplici loco juris Canonici, nempe *1. ex c. ne pro cuiuslibet. 16. quæst. 7.* ubi S. Gregor. scribit ad Marinian. Episc. in hæc verba: *Studendum vobis est, ut si quispiam Abbatum vel Monachorum, ex quocunque Monasterio ad Clericatum officium vel Ordinem sacrum accesserit, non illic aliquam ulteriùs habeat potestatem* Ubi Gloss. per Ordinem sacrum specialiter intelligit non Sacerdotium, vel Diaconatum (quia supponuntur Abbates habere hos Ordines, qui etiam non repugnant, imò maximè decent Prælatum regularem, sed Episcopatum, qui est incompatibilis cum Officio regulari, quia ut dicit idem Gregor. *in cap. nemo eod. Nemo potest & Ecclesiasticis officiis deservire, & in Monachica Regula ordinatè persistere, ut ipse Monasterii districtionem teneat,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neat, qui quotidie in Ministerio Ecclesiastico cogitur permanere. Quod in particulari & specificè de Episcopis intelligendum dicit August, in c. legi. eod.

2 Secundò verò idem probatur ex cap. si quis jam translatus. 21. q. 2. Vbi Concilium Calcedon. decernit, ut qui de una Ecclesia transfertur ad aliam, nihil amplius commune habeat cum priori, & ait ibi Gloss. Concil. loqui contra quosdam, qui cùm translati erant ad alias Ecclesias, volebant tamen adhuc præsidere in priori, & in ea jurisdictionem exercere, at quando Prælatus regularis assumitur ad Episcopatum, fit vera & propriè dicta translatio, ergo &c.

3 Demum tertiò idem probatur per clem. si dignitatem. §. plures de præb. ubi acceptans secundam dignitatem statim privatur priori, quam habuit, & hoc tam absolutè, ut solus consensus in illam secundam sufficiat, ut ex pluribus docet Mascard. to. 1. de probat. concl. 183. Atqui non potest amitti prior dignitas, nisi simul amittatur jurisdictio ei annexa, ergo sicut vi huius dispositionis Prælatus regularis factus Episcopus amittit suam dignitatem regularem, ita & omnem jurisdictionem in Regulares, & in Monasterium suum.

4 Nec juvat, quòd per dispensationem Apostolicam permittatur utrumque retinere, quia non permittitur retinere beneficium regulare, Abbatiam vel Prioratum, nisi ad effectum percipiendi reditus, & sit de Abbate vel Priore titulari Commendatarius, quia sicut nemo potest simul habere duas Uxores, sic neque duo beneficia in titulum, & maximè ea, quæ habent annexam curam animarum, in quibus spirituale matrimonium celebratur, unde quia talis supponitur accipere Episcopatum in titulum, relinquitur, quòd si retinet Abbatiam vel Prioratum non retinet nisi in commendam, & ex Abbate vel Priore ilari, fieri commendatarium, & qui risdictio est annexa titulo, non cu dæ, ideo per amissionem tituli Monasterio amittit in eo jurisdi & nullum jus ampliùs habet, percipiendos fructus suæ mensæ, quam Commendatarius, & Co tarius.

DVB. XXXII.

An pœna verberum justa & tol inter Regulares?

Ad c. 23. de Præl. jurisd. §.

SUMMARIUM.

1 *Pœnæ verberum usus inter Regulares.*
2 *Qui reprobatur.*
2 *Romanum Civem illicitum fuit flagel*
3 *Et hanc pœnam Paulus detrectavit.*
4 *Angeli non apparent nisi vestiti.*
5 *S. Ammonius horruit nudare pedes.*
6 *Fœminæ debent velare caput.*
7 *Quorundam Martyrum corpora amit ruit Deus.*
11 *Et Adæ fecit tunicam pelliceam.*
8 *Iure Canonico prohibitum aliquem gellare.*
9 *Scandala oriuntur ex hoc pœnæ gen*
10 *In quo aliquid iniustitiæ involvitur.*
12 *Respondetur rationibus in oppos & seq.*

PRO parte affirmativa faciunt nulli canones, in quibus pro delictis certo Personarum gene pœna irrogatur, *ut in Capitulo an d. 35. capitulo quis nos 23. quæst. 4. cap.*

...ncellionesi. eod. quæst. 5. &c. Secundò, Auctoritas Regularum ipsorum Ordinum Religiosorum, in quibus jubentur certa delicta hac pæna coerceri. Et *tertiò* ipsa pravitas, quæ dudum viget in illis, de quo viri possunt Petr. Damian. *lib. 2. Epist. 4. lib. 6. Epist.* 1 & Ansel. *lib. 3. Epist. 50.* ubi pænitentiæ & mortificationis genus non parùm extollunt, nec paucis adstruunt, & suadere conantur.

Sed his non obstantibus, quamvis non etiam ullius Ordinis laudabiles consuetudines carpere, ego in contrariam mentem eo. Enim verò lex portia, ut ait Cicero *orat. pro quin. rabir.* Prohibet civem Romanum cedi virgis, cujus legis, & memor Paulus excepit, cùm flagellari jussus esset, dicens: *act. 22. Si hominem Romanum licet vobis flagellare?* At si nomen vivis & dignitas Romana talis olim pura est, ut nefas, & quasi sacrilegium judicaretur, Romanum huic pænæ generi subjicere, etiam cujuscunque criminis ... An religiosi Status dignitas minor? An conditio vilior? An in suos subditos humaniores gentiles Principes, quàm Prælati regulares in suos fratres?

Sed qui putamus Paulum, qui tot naufragiis, tot lapidationibus, tot periculis, non verbo, tot mortibus se exposuerat intrepidè detrectâsse flagellari? An pati pro Christo recusabat? An fervorem remiserat? Haud quaquam, sed insigne hoc pudoris, & pudicitiæ exemplum dare voluit. Si potuisset Paulus flagellari, & nudari. Si cædi non patere nudo corpore aliens obtutibus, quàm putas hilariter ad flagella ivisset, quàm promptè terga dedisset? Sed castissimus Apostolus nuditatem suam exhorrens, ac diriùs omni alio supplicium reputans, nimisque naturæ contrarium. Qui aliàs gloriabatur in suis tribulationibus. Et Stigmata Domini JESU in suo corpore portare gaudebat, nimio pudicitiæ & castitatis zelo succensus sui quasi obliviscitur & pati detrectat, quo nos intelligamus, non satis esse pati, & vitia corrigere, sed in pænis esse discrimen, & in modo patiendi pudori esse parcendum, & ab his, quæ naturæ jura convellunt abstinendum.

Angelicum statum vitamque Angelicam profitentur Religiosi, qui vocantur à Patribus Angeli, ut eorum Prælati Archangeli. Et mores igitur imitentur Angelicos necesse est. Sed quos? Certè quales habeant Angeli mores, aut quomodo inter se conversentur, ignoramus. Unum tamen scimus, & compertum habemus, quòd cùm frequenter apparuisse legantur, nunquam tamen nudi visi sunt, sed semper vestiti, & non taliter, qualiter, sed veste talari, quo nos modestiam doceant, & pudicitiæ studiũ nostris animis generent. 4

S. Ammonius, ut habetur in vita sancti Antonij, cùm (etiam sine arbitro) rivum quemdam transiturus, pedes nudare horreret, subitò ad alteram ripam Ministerio Angelico transfertur. Et non horrebis nudare alteri, non dico pedes, sed tergum, sed pectus, & fortè inferiora? Et hoc fratri? Et hoc in publico & in conspectu totius Conventus. 5

Etiam ipsam faciem jubet Apostolus mulieres velare propter Angelos. At propter eosdem Angelos, an non nostris fratribus suarum vestium operimentum relinquemus; & hoc partium longè diversarum, & longè verendarum à facie. 6

Quid memorem Beatas Agnetem, Pelagiam, Mariam Ægyptiacam, aliasque similes, quas proprijs crinibus subitò excrescentibus, vestivit Deus, aut insolito lumine circumfulsit, ne cum ve- 7

stibus orbæ forent, nudæ sibi vel alijs apparerent. Etiam insensibilia, & mortua Martyrum cadavera, nive repentina cæli tegere dignati sunt aliquando, ut ejusmodi extraordinario operimento nobis commendarent pudicitiam, quam beatæ animæ, talia corpora inhabitantes olim professæ fuerant.

8 Quòd si neque pudicitiæ studium, neque Sanctorum exempla, neque Romanorum & Gentilium leges sint sufficientis efficaciæ ad probrosum hoc pænæ genus abrogandum in claustris, en jam dudum sublatum & abrogatum antiquis Patrum & Conciliorum Sanctionibus ostendo. Nam ut videre est in *c. neminem. d. 45.* Concilium Romanum statuit, ut *neminem quisquam Clericum peccantem cæde attingat, non Præsbyter, non Diaconus, non Episcopus, Clericum vel Servitorem Ecclesiæ, ad cædem adducat, sed si ita causa exegerit Clerici, triduo privetur honore.* Et in *cap. Episcopum. eod.* Prælatus qui verberibus timeri quærit, præcipitur ab officio dejici. Nimirum quia *Pastores facti sumus, non Percussores. cap. quid autem. eod.* Unde S. Leo in *cap. licet eod. Quamvis nonnunquam accidant in Personis Sacerdotalibus, quæ sunt reprehendenda, plùs tamen agere debet benevolentia, quàm severitas, plùs cohortatio quàm comminatio, plùs charitas, quàm potestas.* Et in *cap. cùm beatus. eod.* Monentur Superiores, ut suos inferiores verbis non verberibus corrigant. Quorum jurium, aliorumque similium authoritate moti olim Patres, & Abbates nostri Ordinis sancti Benedicti Anno 819. seu ut alij volunt 817. congregati sub Ludovico Pio VI. Id. Julij apud Aquisg. statuerunt inter diversa alia pro bono Ordinis: *ut Fratres nudi coram Fratrum obtutibus, pro quacunque culpa non flagellentur.* Ut videre est in *1. ad capit. Lud. Imper. tit. 14.* De quo tuto, alijsque conjunctim editis Synodo testantur Leo Host. & Diac. in *suo Chron. Casin.* (a) In fuisse æstimatione, quâ ipsa Regu cti Benedicti & eadem Religione vata. Et sic cùm prædicti Abbat præsentaverint universum Ord utpote ad modum Concilij, & C generalis congregati, annuente probante Sum. Pontifice, & p verso Ordine statuta illa edidern linquitur, quòd per illud (de pra) usus verberum fuit in illo tus, & jam est illicitus, & ita intu tenet Lopez. *in pract. crim. 137.* (b)

Mitto scandala, rixas, der nes, odia occulta, vindictas qua Personarum separationes, ac a cenda, quæ ex hoc pænæ g sciuntur alquando provenisse, ordinariè proveniunt, mitto, in quod admodum difficile est, ut non excedatur, dum naturali dam bilis motu, quasi inadver exardescit Prælatus, inflamma feratur, ac tandem sanguini & insuescens, evadit in parvum ca cem, nemo enim negabit, quin modo sævitiam redoleat hoc a versionis genus, unde & videmus latos prudentiores, & magis ex ab eo abstinere.

Ut interim non taceam, no injustitiæ in eodem reperiri. Jura prohibent duplici pæna, quem a quod tamen hic contingit, quia

(a) Lib. 1. c. 14.
(b) In Congr. Cassin. hujus pænæ nullus In Helvetica verò fuit per constitutionem sè prohibita.

cas est

est pœna major ipsis verberibus, & gulæ, non semper sumuntur tam strictè, ut significent hoc solum pœnæ genus, de quo nos loquimur, ut patet ex sacra Scriptura & Lexico.

Ad praxim verò quæ allegatur. Resp. 13 omittendam & corrigendam esse obrationes allegatas, nam ut ait Poeta. Temporibus leges, sapiens sine crimine mutat. Quòd si in contrarium quis obstinatius insteterit, R. peccari in modo, & si tandem ad hoc pœnæ genus deveniendum est, debet ipse reus in seipsum animadvertere, debent claudi fenestræ, uno verbo debet sic procedi, ut vitia corrigantur, & pudicitia, plusquam Angelica, ad quam obligamur, non violetur, ne dum fortè unum peccatorem emendare satagimus, plures alios faciamns.

Ad authoritatem autem Petri Dam. 14 & Anselm. R. non posse ex eorum Epistolis aliud colligi, nisi singularem eorum humilitatem & affectum seu devotionem erga hoc pœnitentiæ, & mortificationis genus, non verò posse inde dogma universale stabiliri. Fuêre quidam olim Hæretici dicti flagellantes, qui disciplinas ejusmodi Martyrio præferebant, ut refert Bernard. de Luxemb. *in cat. hæres.* Atnum ideo & nos præferemus? Multi Prælati parum mites, multi Religiosi parum humiles. Quid ergo futurum erit? Num aliæ pœnæ suppetunt, & alij modi corrigendi delinquentes? Quis suadebit istum, cujus eventus est adeò dubius.

DUB. XXXIII.

An Prælatus incidat in pœnam cap. si quis suadente 17. q. 4. Aut in aliquas alias, si excedit in correctione?

Ad eundem §. 3.

SUMMARIUM.

1 *Prælatum excedentem in correctione non incidere in ullam pœnam, tenent aliqui.*
2 *Author est contrariæ opinionis.*
3 *Quale jus correctionis habeant Prælati regular. & 4.*
5 *Id solùm dicimur posse quod justè.*
6 *Ad pœnam can. si quis suadente, sufficit percutere suadente diabolo.*
7 *Iura faciunt ei obnoxium Prælatum, qui in sua correctione excedit.*
8 *Et aliis pœnis & seq.*
10 *Authores allegantur, qui sunt huius opinionis & seq.*

DVobus modis potest intelligi hic excessus; nempe scilicet, aut ratione qualitatis pœnæ, quæ infligitur, 1 aut ejusdem quantitatis, seu productionis vel intensionis; Quomodocunque autem contingat, non desunt Prælati, qui putent, se nullam censuram, nullamve aliam pœnam posse inde incurrere. Ratio eorũ est, quia Prælatus erga sibi subditos fungitur officio Patris & Magistri. *c. duo ista. 23. q. 4. & c. cùm in Magistrum. de elect.* Imò & Judicis. *cap. Abbatem. & seq. 18. quæst. 2. & cap. decernimus, de judic.* Jura autem permittunt talibus, percutere filios vel discipulos & subditos. *l. unic. C. de emend. prop. l. 3. & 4. eod. de patr. pot. l. sed etsi quæcunque & seq ff. ad l. aquil.* Gloss. *cap. cum beatus. d. 45. cap. nullus Clericorum 17. quæst. 4. & cap. circumcelliones 23. q. 5.* Qui autem facit aliquid jure permittente, ut est immunis à culpa & liber à pœna. *l. Gracch. C. de adult.*

Sic mihi aliquando loquebatur nemo, cujus ego discursum verissimum quidem agnosco, sed ineptissimè applicatum ad solvendum dubium proposi-tum, aut ad excusandos cujusquam excessus. Enimverò Jura concedunt correctionem Parentibus & Magistris, quis, & Prælati Regularium sunt loco Parentum & Magistrorum. Ergo inde? Ergo habent jus correctionis ipsos? Ita est. At an item jus exercendi in suis correctionibus? An excedens, vel ipse excessus potest lari correctio? Si est correctio ergo est, at si excedit quomodo justa? omnis excessus citra justitiam? ideo injustus? quòd si injustus, quomodo justus? Aut unde jus ad illum.

Deinde ipsa jura allegata in concedunt quidem correctionem latis Matris & Parentibus, sed *tam tantùm*, hoc est rationabilem, portionatam delicto, ergo hoc quòd moderatam exprimunt se dere, censentur negare immoderseu excedentem, imò nec possunt cedere, quia aliàs leges non essent eò quòd ratio & justitia sunt forma nima legum, quibus tamen tunc rent.

Hinc quia id tantùm dicimur quod jus permittit, ideo sicut leges permittunt correctionem excedentem ita nec Prælati possunt habere jus lam, unde si quòd sicut reus non respectu huius excessus quoad pœ ita nec ejus Prælatus suus, quoad illationem, sed uterq; sibi ad invitraneus absq; ulla subjectione vel dictione. Atque ideo qua ratione jure aliquis percutiens Clericum

Igno-

ligiosum incidit in pænam canonis, si non sit ejus neq; Pater, neque Prælatus vel Magister, sic est Prælatus qui percutit cum excessu, quia tunc caret omni jure & potestate, nec censetur percutere ut Prælatus, sed ut injustus aggressor adeò ut sicut incurritur pæna canonis, quando percussio facta est sine jure ita & quando cum excessu, quia ex quo Prælatus cœpit excedere, cessavit jure agere, & uti legitima potestate.

Rursus. Ad incurrendam pænam canonis non supponitur aliud, nisi ut percussio seu animadversio sit facta *suadente diabolo*, ut loquitur text. at omne injustum & injuriosum fit suadente diabolo & excessus, qui contingit in correctione, est injustus & injuriosus, ergo suadente diabolo factus, & consequenter pænæ inductivus.

Demum ita decisum videtur in *cap. cum Beatus d. 45.* ubi adhortatis in communi Prælatis, ne sint faciles ad percutiendos suos Clericos sic concludit textus: *Si quis aliter, quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos licentia perceptæ potestatis elatus, malitia omni tantùm crediderit esse verberandos, tanta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis, & exilij pænam sustinebit.* Id est declarabitur incidisse in excom. facit *c. cum voluntate de sent. ex. §. si quis verò.* ubi Papa ait non incidere in canonem hos, qui leviter percutiunt, unde à contrario sensu dat colligendũ incidere eos, qui graviter & cum excessu, quia ut *ibi* Glossa ait, qui de uno negat, concedit alterum. *vide cap. universitatis eod.* Idemq; per proportionem dico, si excessus commissus sit, non solùm quoad intensionem, vel qualitatẽ pænę illatæ, sed item, si quoad modum, ut si Prælatus in carcerẽ ponit suum Religiosum, qui non meruit, vel si etiam meritũ pugnis vel baculo ad illũ trudit non renitentem, si alapam infligit, cale percutit, librum vel quid aliud ad caput proijcit, in his omnibus & similibus, ego puto eum incidere in canonẽ, quia talia non possunt dici illata & facta ad correctionem, sed ex sola passione irreverentis, & infruniti animi atque ideo suadente diabolo, & pænæ obnoxia, habent enim Religiosi in suis Regulis, aut in earum defectu in sacris canonibus, suas pænitentias, & diversa pænarũ genera, quibus debent Prælati esse contenti. Et ne ex proprio ego loqui videar, placet ad evidentiam meæ resolutionis diversorum Authorum dicta de hac eadẽ difficultate subtexere.

Gloss. in *capit. cùm Beatus. dis. quarantesima quinta. & capit. nullus Clericorum. 17. quæst. 4.* ait Prælatum vel Magistrum seu Patrem non incidere in canonem, si filium vel discipulum percutit moderatè. Unde ego infero incurrere, si percutit immoderatè, quia aliàs frustra adhiberet Glossa illud adverbium modificativum. Quod valde clarè exprimit in *capit. circumcelliones 23. quæst. 5.* Ibi enim asserto, quòd Prælatus vel Magister non incidunt in canonem, percutiendo discipulos Clericos sic ait: *Dum tamen non nimis sæviant in eos* Unde infero incidere si sæviant, hoc est, si cũ excessu puniant. Et in *Capit. Vniversitatis. de sentẽt. excom.* Ubi dicitur posse Monachũ ab Abbate verberari causâ disciplinæ, Glossa addit: *Moderatè, ita quòd non excedat debitã correctionem. Aliàs potest appellari ab ipso cap. irrefragabili de off. Ordin. Et puniri debet cap. de priore. de appell. Et incidit in canonem, quia levis tantùm, & moderata correctio permissa est cap. cum voluntate. de sent. ex.* Et in *cap si. Clericos. de sent excom. in 6.* Iterum eadem Glossa. *Si quis capiens Clericum de mandato*

mandato Prælati, modum excedat, v. quia cùm is non resistit, calce, vel pugno eum cædit, incurrit excommunicationem.

11 Aufrer. *in tract. de pot. sæcul. in cler. reg. 8. fall. 2.* Asserta Prælatis & magistris potestate corrigendi sibi subditos, sic addit: *Intelligas modò correctio sit moderata, aliàs secus, ut in c. Præsbiterum. de homicid.* Ubi declaratur irregularis qui puerum clericum corrigendo sic excesserat.

12 S. Ant. *in sum. 3. p. tit. 9. cap. 8. licèt nõ sit improbandum, ut Prælati carceri mancipent subditos, cognitis eorum excessibus, non tamen debent eos facilè incarcerare, quia excõmunicatus est, qui iniustè detinet Clericum. per c. nuper de sent. excom.*

13 Angel. *v. excommunicatio 5. nu. 7. Vtrum Prælatus, vel alius de ejus mandato detinens Clericum, sit excommunicatus? Resp. quòd non, nisi modum excedat, ut puta cum clericus quietè se capi & duci permittit, & capiens, calce, vel pugno impingit, ut dicit Io. Andr. in c. si. clericos. de sent. exc. in 6.* Et rursus idem *in seq. num. 8. Vtrum Prælatus verberans clericum ex odio, non causâ correctionis sit excommunicatus? Resp. quòd sic. arg. c. cum voluntate. de sent. ex.*

14 Zerola. *in pra. v. tortura. Quintò, Prælatus faciens torqueri clericum ultra modum & excedendo metam, est excommunicatus c. universitatis. de sent. ex. ubi Gloss. & Panormit.*

15 Gordon. *in theol. mor. to. 2. lib. 7. q. 13. cap. 3. §. 4. Quartò, percussio est licita docendo, seu facta iustè à legitimo Superiore Ecclesiastico, ad conuenientem & moderatam institutionem, dummodo sit locis & personis Pœna congrua, sive sit juridica, sive paterna, sive religiosa.* Ac interiectis nonnullis: *Restat videre, qualis debeat esse ista punitio, varia enim est, pro varietate castigantium. Et quidem debet semper esse moderata, excessus enim notabilis facit esse locum censuræ.*

Lud. Molin. *tract. 3. de iust. con. in sum. Personæ quæ ex officio puniunt, &c. cutiendo personas Ecclesiasticas excedunt biliter, excom incurrant. Acstatum p. cessus præcisè sumptus à reliquo, quod pœnam infligitur, culpa est lethalis excom. curritur.*

Concinunt Valent. *2. 2. d 5. q. 9 p.* Et Graph. *1 p. decis. lib. 2. c. 65. & lib. 11. & 2. p. lib. 3. c. 5.* Ubi asserto, quòd vis percusio clerici, leuisque exc non inducit excom. aiunt secus quando gravitas excessus ascendit pam mortalem. *Quia putatur ex tio suadente diabolo factus, non zelo corre* Ita etiam Zech. *in repet. Christ cler. num. 2.* Sylv. *v. inquisitio. 2. nu.* Paul. Lancell. & ejus glossator. *in lib. 4. tit. de sent. exc.* Bonac. *de præc cal. d. 6. circa 4. prop. 3. q. unic. Et de censur. d. 2. q. 4. prop. 3.* Chass. *de Reg. tract. 2. c 4. prop. 6.*

Quantùm verò ad alias pœnas, incurrit Prælatus excedens in correc ne, idi juris statuunt DD. quòd licèt teneatur petere veniam, quando ex sus est levis, ut dicitur in *c. quando* Secus tamen est, si sit gravis, ut ibi Gloss. Sylv. *v. correctio.* Angel. *cod.* alij constanter affirmantes, teneri riarum per *l. quemadmodum. § Mag ff. ad. aquil.* Unde Ulpian. in *l. sed est* dicit, posse agi contra illum lege Et sic ex dispositione juris Prælatus cedens in correctione vltra excom contrahit, debet *primò* petere veni secundùm citatos DD. *secundò* satisfa secundùm Sylv. *v. Prælatus. Tertiò* poni secundùm Hostien. *in sum lib de excess. Præl.* Et *quartò* in exilium mitti ta *c. cum beatus d. 45.* Quæ pœna solet tari in recluſionem.

Quòd si ex excessu correctionis

rior fuit vel mortuus, vel mutilatus, seu etiam deformatus, Prælatus, qui sic corruxit; vel corrigi iussit, fit irregularis, *text. si quis non iratus. 15. quæst. 1.* Gloss *eod.* Portel. *v. homicidium. cas. nu. 21.* Navarr. *in man. cap. 27. nu. 220. & seq.* Suar. & alij affirmantes, quòd etiamsi Prælatus non excesserit in sua correctione, non desinat tamen contrahere irregularitatem, si inde sequitur deformatio, quòd si etiam excessit correctione, quantò fortiùs ex justa & excedente.

DUB. XXXIV.

Religiosus vivens in Monasterio relaxato sit tutus in conscientia?

Ad. c. 25. sect. 3.

SUMMARIUM.

Monasterium potest dici relaxatum duobus modis.

Monasterio, in quo non servantur essentialia primo tutus.

Professio facta in illo, est nulla.

In Monasterio in quo servantur sola essentialia, nemo tutus.

Nec de illo in quo aliqua pars observantiarum est relaxata.

Quomodo.

Duobus modis potest intelligi aliquod Monasterium esse relaxatum, scilicet vel sic, ut nec essentialia in eo servantur, vel sic ut serventur quidem omnia essentialia, sed cæteræ observantiæ regulares sint penitùs extinctæ. Et quidem quantùm ad eum, qui vivit in Monasterio primo modo relaxato, non potest dici ullo modo tutus in conscientia, quia hoc ipso, quòd non servat essentialia, violat vota & Professionem, & quia manet & durat in voluntate sic vivendi, & sic faciendi, manet etiam in statu damnationis, ita Nav. *in man. c. 12. n. 50.*

Nec juvat, quòd aliqui communiter 3
dicunt, se sic esse professos, & non habuisse intentionem, se aliter obligandi, tunc enim eorum Professio est nulla, ut si quis profitetur cum reservatione pensionis, vel partis bonorum tractanda, & expendenda independenter à voluntate, & licentia sui Superioris.

Ita Maior. *in 4. d. 38. quæst. 20.* ubi dicit, talem teneri de novo profiteri, & sic supponit ejus Professionem nullam. Ita etiã Layman. *in theol. mor. lib. 4. tract. 5. cap. 6.* Ubi ait; hunc, qui talem Religionem vovit, non solùm non teneri, sed etiam non posse illam ingredi, quin etiam post Professionem posse ab ea egredi. Quod Gordon. *in theol. mor. lib. 6. q. 5. c. 34* putat probabile, licèt dicat probabilius esse contrarium, & tales Professiones adhuc valere. Ratio mea est, quia licèt verbo tenus in eis promittantur essentialia, illa tamen promissio resolvitur in eorundem negationem, & sic non modò nihil promittitur sed etiam animus assumitur faciendi prorsus contrarium, sic enim dicitur in eiusmodi Professionibus, ego promitto obedientiam, paupertatem *&c.* prout observatur in hoc Monasterio. Quæ propositio in istam resolvitur. Ego promitto, me neq; velle obedire, neque paupertatem servare, sicut nullus est in hoc Monasterio, qui obediat, vel paupertatem seruet, quod quàm sit ridiculum, nemo non videt. Quis enim v.g. dicat, hunc obligari ad ieiunandum, vel abstinendum, qui hoc votum fecerit, promitto jejunare, & abstinere in Quadragesima, sicut jejunant, & abstinent Calvinistæ, vel Lutherani illo sacro tempore. Nonnihil autem simile faciunt, qui profitentur in Monasterijs de quibus loquimur

quimur, & consequenter ad nihil se obligant, ac simpliciter nulla est, & falsa eorum Professio. Facit, quia ut Professio valeat, debet omitti non solùm in Monasterio, sed sub Regula approbata, seu statu vitæ approbato ab Ecclesia, status autem taliumMonasteriorum non modò non est approbatus, sed reprobatus. *cap. non dicatis 12. q. 1. cap. cum ad Monasterium. de stat. mon.* &c. Ergo Professio in eis facta est nulla Et quia sic professi non desinunt tamen occupare taliaMonasteria, & eorum bona abligurire, hinc dici debent esse in statu damnationis, quia defraudant Ecclesiam & suum Ordinem, (si tamen suum) vivendo ex ejus bonis, ad quæ tamen jus nullum habent.

5 Quantùm verò ad eum, qui vivit in Monasterio relaxato secundo modo, in quo scilicet servantur essentialia solùm, Crot. de Montefer. *in cap. ad nostram. de apel. numer. 13. sic* respondet: *Religiosi non excusantur ob collapsam regulam, si non servatur, prout fuit originaliter instituta, ut inquit Dom. Anton. in cap. causam. de elect. Vbi subdit, quòd hodie multi Monachi ob hoc ad domũ Diaboli vadunt.* Ita etiam tenent Asor *p. 2. inst. lib. 11. cap. 11. q. 11.* & Valent. *2. 2. d. 10. quæst. 4.* dicentes, hunc esse in statu peccati mortalis, qui non vult servare, nisi tria vota. Ita similiter *Angel. v. Religiosus. num. 27.* Sylv. *v. Religio. 1. quæst. 12.* Tabien. *eod v. quæst. 4.* Astens. *in sum. lib. 6. tit. 47. a. 1. q. 3.* S. Antonin. *3. p. tit. 16. c. 1. §. 1.* Caiet. *2. 2. q. 186. a. 2.* Sanch. *in op. mor. lib. 6. cap. 4.* Et alij affirmantes, hunc item esse in statu mortalis, qui non habet animum, seu qui deposuit animum tendendi ad perfectionem, vel qui habet propositum, non servandi ulla statuta, seu observantias Ordinis, ad perfectionem conducentes, quamvis aliàs non obligent sub mortali. Ita item Alexand. de Alex. apud Angel. *Religiosus. n. 32.* vbi respondet obiectionibus seu excusationibus, quæ prætexuntur ex consuetudine Monasterij, vel intentione profitentis, quia inquit, qui profitetur, non profitetur consuetudinem, sed Regulam. Ergo non potest se consuetudini tueri, sed neque etiam intentionem quam habuit dum profitebatur, se non obligandi ad plura, quàm ad essentialia, quia licèt ita explicitè iudicetur, implicitè tamen, & ex quadam consequentia obligavit se ad alias observantias conditas in sua Regula, quia qui vult principale, seu antecedens, v. g. esse frater minor, censetur velle & se obligare ad accessorium: & consequens, scilicet ad servandam Regulam minorum, quæ consistit in solis votis essentialibus (ab omnes Religiosi essent unius & eiusdem Ordinis) sed in multis alijs, quæ licèt accidentalia, si comparentur, ad vota communia sunt tamen propria, & essentialia, si comparentur ad hunc Ordinem in particulari. Et hæc Doctrina sequitur dùm eosdem Alex. & Angel. citatos, cum habet etiã quoad simpliciores, & Religiosos qui ex simplicitate, seu ignoritia putabant (dum profitebantur) regulam sui Ordinis ad alia non obligari.

At si aliquod Monasterium sit tantum in aliquibus relaxatum, ut si in eo vero gratiâ fratres commedunt carnes, qui sit SanctiBenedicti Panor. (magnum esse lumen eiusdem Ordin. Sancti Bene. in *cap. cum ad Monasterium. de stat. mon.* Ordin. quem *ibi* citat. Felin. *cap. nam cum piscentiam. de const.* S. Antonin. *3. p. tit. c. 1. §. 11.* Navarr. *in man. cap 12. nu. 5. & arg. cap. quia circa, de consang.* Et Angel. *Monachus n. 11.* excusant & respondent impune ibi carnes comedi, quia ex quo isti præsentes fratres qui eis utuntur non fuerunt

fuerunt Authores hujus relaxationis, nec
apparet, ex qua cavea sit facta, possunt
præsumere, quòd ex rationabili. Secus
ex corruptela, quia tunc non est locus
excusationi per *cap. cum tanto de consu.*

Igitur ad hoc, ut excusetur, qui non
servat observantiam aliquam sui Ordi-
nis, v. g. abstinentiam carnium in Ordi-
ne S. Benedicti duo conjunctim requi-
runtur, nempe ut ipse non sit Author
hujus relaxationis, sed vel ab immemo-
rabili vel saltem à longo tempore sit in-
troducta, & secundò, ut sit certum, vel
saltem non constet ex corruptela fuisse
factam, idemque per proportionem di-
cito de usu lineorum, si non surgitur ad
matutinum horâ debitâ, & in Regula
præscripta, & similibus observantijs
majoris momenti.

DUB. XXXV.

Religiosi viventes in Monasterio relaxato, possint obligari ad reformationem?

Ad idem Cap. 25.

SUMMARIUM.

Religiosi an possint obligari ad strictiorem vitam tractatur & seq.

Quando dividitur Conventus circa reformationem amplectendam, pars minor debet se conformare maiori.

Quæ vera vitam communem ad quid obligatur.

Membrum dissidere à suo toto, turpe.

An antecedenti Regularis obligatur ad futura statuta sui Ordinis.

An quis aliquis teneatur servare reformationem, solum intra Monasterium opimo relicienda.

An Superiores licentiare detrectantes reformationem, quàm ad eam cogere.

An in Monasterio relaxato possunt omnes obligari ad essentialia.

14 Non tamen ad absolutam reformationem.

15 Nisi in quibusdam casibus.

17 Qui ibi reperiuntur. De quo & exemplum allegatur & 25.

19 Monasterium potest tolli ab his, qui scandalosè in eo vivunt.

24 Aliqui Reges fuerunt soliis suis exturbati propter vitia.

27 Monasteria non possunt dari, nisi Religiosis ejusdem Ordinis.
Quod probatur juribus, rationibus, exemplis & revelatione ibid & seq.

34 Religiosi honestè viventes non possunt obligari ad observantias antiqui rigoris.

35 Fallit respectu quarundam & seq.

39 Quæ vera reformatio, & qui verè reformati.

40 Mundum duplicem faciebat Plato.

AFfirmat Gloss. *cap. ante triennium. d. 31. cap. unic. de stat. mon. in 6. quod omnes eod. de Reg. iur.* Archidiac. *cap gesta. d. 74.* Præpositus. *cap. cit. ante trienniũ* Abb. *c. ad nostram. de apell.* Nerut. *cap. & alii eod.* Joan. Andr. *cap. Ioannes. de Regul.* Vincent. *c. super eo. eod.* Maior. *in 4. d. 38.* Læsan. *to. 2. cap. 12. num. 10* Ubi citat Sylvest. Card. & Peirin Lancellot. *in gnom. Vit. rel. lib. 2. sect. 1. a. 6.* Ubi citat Alex. & Clavas. & de hoc ait esse casum rotundum in *c. ex parte de Regul.*

Negant verò Gloss. *in cap. gesta cit. &* 2
c. integritas. 32. d. 1. Decius. *c. ad nostram cit.* Oldrad. *cons. 96.* Angel. *V. Religiosus. num. 29.* & alij in *cap. cit. ante triennium. c. non est. 15. q. 1. c. præsens. 20. q. 3. & c. integritas. 32. q. 1.*

Innocent. autem, & Hostiens. in *cap.* 3
super. eo. de Regul. distinguunt, ac dicunt, hunc quidem non posse obligari ad reformationẽ, qui sit simplex, & non scivit Regulam sui Ordinis, quam fuit professus ad plura alia, quàm viderit, aut probaverit tempore Novitiatus, secus, si sit

cautus, qui sciverit sui Monasterii, in quo professus est, observantiam nõ esse conformem primævæ Ordinis Regulæ, & præviderit eam posse restitui, quia tunc tenetur ad illam.

4 Similiter Panor. *in cap. cit. super eo.* quẽ sequitur Asor. *1. p. instit. lib. 13. cap. 11. q. 17* distinguit circa intentionem professi, quia inquit, si professus est solùm hunc modum vivendi quẽ sequebatur in Monasterio, & vidit omnes sequi, non tenetur ad plus, nec ad plus potest obligari, secus si professus est Regulam, quia tunc tenetur ad omnia illius puncta.

De simplicioribus verò, qui solent allegare suam imperitiam, & se non fuisse monitos vel institutos circa Regulæ obligationes. Idem Panor. quem sequitur Angel. *v. Religiosus. n. 32.* & apud ipsum Alexand. Item distinguit dicens, tales nõ posse quidẽ obligari ad reformationem, quin etiam posse ad quemlibet alium Ordinem transire, etiam laxiorem, sed si volunt in hoc manere, esse obligandos Atq; hæc quantùm ad Doctorum placita circa dubium propositum, ut autem & ego quod sentio, clariùs exponam, placet per sequentes propositiones declarare.

5 Prima propositio in Monasterio, in quo divisus est Conventus, aliis volentibus reformationẽ, aliis detrectantibus, hæc debet introduci, & tenetur pars minor, quæ reformationem non vult eam amplecti, quamvis fortè sit utcunque ei dura futura. Ita Innoc. Host. Abb. & alij. *in c. sit super eo.* Asor. *1. p. instit. lib. 13. c. 11. q. 18.* Et Sanch. *in sum. lib. 16. cap. 2. n. 35.* ubi pro hoc allegat ad 29. Authores, & ita videtur decisum in *capit. Basilicas. d. 1. de consecr. cap. ad nostram citato. & cap. reprehensibilis. eod.* Ratio est, tum quia quando aliquid decernitur communi collegarum suffragio, minor pars debet accedere ad sententiã maioris, quia quod maior resolvit, & determinat, censetur Capitulo determinatum, debent personæ particulares observare à suo Capit. invenitur constitutum *tit. de his, quæ si à ma. par. cap.* Tum qui vovit vitam communem, vovit implicitè) omnia sine quibus communis non potest subsistere, tem communis stat in maiori parte ventus, ergo si illa pars amplectitur formationem, minor debet se mare, ut non sit nisi una vitæ form communis in Monasterio. Deinde nerale omnium D.D. effatum etiam gislatorem teneri ad suas leges rectiva (si nõ coactiva) ob istud pium, quia turpe est in uno corpore brum discrepare à membro, ac principium etiam caput commune debet se membris conformare, quiùs, ut ipsa sibi invicem se conform quia verò esset injustum obligare rem partem ad se conformandũ in relaxatione, ideo dicendum est minorem se conformare maiori formatione. Facit, quia causa partis hac in materia prævalet, non tùm, quia maioris, sed quiã justior favorabilioris, ergo tuenda pra sita minoris. Facit item discursus, format Nerut. *in c. ad nostrã de appel.* inquit isti, qui contradicunt reform ni videntur se ex antecedenti vol ad illam obligâsse, atque ideo non rum, si juxta hanc obligationem rur, ut se alijs in reformatione ad Quia sicut Civis Pisanus intelligi sponte obligare statutis pisanis, non lùm factis, sed etiam fiendis, ita qui nasterio alicui per Professionem porat, & facit se ejus filium seu mem obligat se ad formam vitæ & ad

qui

quę in illo vigent, nõ modò, sed quæ pro bono Monaster. fient, & rationabiliter introducentur intra terminos Regulæ & Religionis, cujus est Monasterium. Et ita etiam tenent Zerol. *in pra. p. 2. v. reformatio.* Felin. Crot. & alij *in c. tit. ad nostrã* (*a*)

Cavenda autem opinio Caram. *n. 774. num. in Reg. S. Benedicti.* Ubi ait hos, qui non consensêre reformationi sui Monasterij non teneri ad eam, ejusve statuta, aut se conformare maiori parti, nisi quãdo sunt, seu actu agunt in communitate extra verò liberos esse. Nam ex ipso fundamento Caram. convincitur erroris ejus opinio, quia enim isti quocunq; pergunt, sunt semper membra sui Monasterij, & de ejus communitate ideo semper, & ubique tenentur servare leges & observantiam suæ communitatis & Monasterij. *arg. cap. de his & cap. placuit. d. 12. & cap. institutio. d. 2. de cons.* Quis enim dicat Religiosum aliter posse vivere extra, & aliter obligari intra Monasterium? Mitto scandala quæ inde oriuntur, occasiones vagandi extra Monasterium, quæ ob id quæruntur, &c. (*b*)

Secunda propositio, quia omnis coactio habet difficiles exitus. *cap. requisivit ... de spons.* ideo quando aliquod Monasterium venit reformandum, satius est, ab eo licentiare hos, qui renuunt reformationem, quàm ad illam cogere, aut tolerare cum Reformatis, ita Armill. *v. Relig. num. 9. & Sylv. v. Religio 3. num. 12.* Quod est decisum *in cap. relatum. ne cler. vel mon.* Et cũ aliquando oborta occasione hunc casum consultationi supposuissem, fuit ambo ita responsum à Prælatis diversorũ Ordinum, & diversis Doctoribus. Nam scriptura prohibet arare in bove & asino aut indui veste ex lino & lano contexta,

(*a*) Innocent. cap. super eo. de Regul. Ioan. Andr. cap. unic. eod. in 6.

(*b*) Durum est in mẽte veteri nova meditari ex Gregor. S. Antonin. 2. p. hist. tit. 15. c. 18.

Et repugnat vitæ communi ac unitati tenendæ in Monasterijs, ut duplex, & diversa vitæ forma in eis servetur, dissidijs rixis, odijs, detractionibus via ampla aperietur, fomesque ijs alendis copiosè suppeditabitur. Et si pro bono etiam loco civili & politico Reipublicæ non toleratur in multis locis, nisi una Religio, & coguntur emigrare, qui dissentientem ab ea quàm maior pars, vel Dominus loci sequitur, profitentur, an nõ etiam expedit pro bono & pace Monasteriorum (etiã publico statu) ut fiat firmamentum inter cœlum & terram, & dividantur aquæ ab aquis & lux à tenebris, hoc est filij lucis, cælum suspicientes à tenebrionibus, terræ affixis, & suis voluptatibus, ut alto in mari mersis. (*c*)

Tertia propositio in Monast. in quo observantia est penitus collapsa, & nemo cogitat reformationem, possunt Religiosi obligari ad omnia, quæ sunt essentialia, seu Statui religioso in communi, seu suo Ordini in particulari, & ad aliquas alias observantias ad horum manutentionem necessarias. Ita Angel. *v. relig. jur. n. 32.* Sylv. *v. relig. 3 n. 12.* Alex. de Alez. Gloss. Innoc. Abb. & alii in initio hujus dubij citati. Et ita definitur in *c. relatũ. ne cler. vel mon. c. ad nostrã. & c. reprehensibilis de appell.* Et sic *v. g.* possunt obligari ad nõ habendum propriũ, ad comedendum in Refectorio communi, & habitandum in uno Dormitorio ad portandum habitum decentem, tam in materia quàm longitudine & latitudine. Ad persolvẽda officia divina in numero competenti, & cum ædificatione debita. Ad ab-

(*c*) Ita fuit sancitum in Concil. generali Rothomag. pro Monasterio Fontanellæ Anno 682 de quo Bar. t. 8. n. 10. Et universaliter pro omnib. in Trid. sess. 25. c. 1. de Regul. De quo in Conc. III. Turon. can. 25. & 26. Cabilon. 2. can. 22. Aquisgran. 2. c. de vita in fer. Ord. can. 9. & 12. Vernensi sub Carolo Calvo cap. 3. Meldensi sub eodem can. 53.

ſtinendum à tractatione armorum, aut venatione clamoſa, ab evagatiõibus nocturnis, &c. Ratio eſt, quia aut illi ſe Profeſſos agnoſcunt, aut non, ſi ſecundum, nihil eſt diſputandũ. Si primum, non poſſunt juſtè conqueri ſi cogantur illa ſervare, quæ Deo promiſerunt, aut promiſſis ſunt neceſſariò annexa, vel ex his neceſſariò conſequuntur. Quòd ſi profeſſi ſunt cum illorum excluſione, & ſub intentione ea non ſervandi, nec ſe ad ea obligandi hæc conditio, vel tanquã contraria ſubſtantiæ actus, hoc eſt Profeſſionis, eam reddit invalidam, aut tanquã turpis habetur pro non appoſita Nec juvat, quod ſolent tales allegare, ſe fuiſſe ſic inſtructos, cùm eſſent in Novitiatu, & ſibi ſic fuiſſe promiſſum, quòd nõ forent unquam ad talia obligandi, quia debent imputare ſuæ propriæ ſtoliditati gravamen, quod inde ſentiunt, cùm aliàs potuiſſent meliùs ſe informare, qui autem eos obligant ad vivendũ conformiter ad ſuam Profeſſionem, ſunt extra culpam & notam per *c. conſtituit. 20. quæſt. 3. & cap. cum dilectus de his, quæ vi aut met. cauſ.* Armill. *v. Religio. n. 8.*

14 Quarta propoſitio, licèt in Monaſterio, in quo obſervantia eſt penitus collapſa, poſſint Religioſi obligari ad eſſentialia modo ſupradicto, non tamen ad totalem reformationem ſecundùm primævum & antiquum Regulæ rigorem. Ita Navar. *in cap. ſtatuimus. 19. q. 3.* Sylv. *v. Religio. 3. n. 12. & 6. q. 6.* Zerola. *v. viſitatio.* Decius Oldrad. & alij in initio dubij citati per jura ibi allegata. Ratio eſt, tum quia hoc videretur nimis durum, tum quia non videtur in eorum Profeſſione incluſum, aut ex ea conſeqai.

15 Quinta propoſitio, Religioſi Monaſterij, in quo obſervantia omnis eſt collapſa & qui ſic vivunt, ut non modò eſſentialia ſuæ profeſſionis, ſeu ſui Ordinis ſervent, ſed etiam ſe enormitatibus miſcent, & ſunt ſcandalo fidelibus ſunt per modum pœnæ obligari ad mationem (etiam ſtrictiſſimam excelſibus commiſſis ſub relax Nam ſecundùm jura, etiam laici torum criminum, detruduntur in ſterium pro penitentia. *c. fin. dist. quis clericus. & ſeq. d. 81. c. qui occidit 4. c. clerici. 24. q. 3. c. ſi quis Epiſcopus 5. cap. admonere 33. quæſt. 2. &c* Ergo tiori ipſi Monachi rei ſimilium crim & enormitatibus inquinati debent pœnis obſervantiæ regularis, & bus reformationis ſtrictiſſimæ *proſtos. & c. ſi qua Monacharum. 27. q. ad noſtram. & c. reprehenſibilis. de app relatum. ne cler. vel mon. c. de Regul dilectus el. 2. & c. quoniam. de Simon.* Pius V. anno 1566. die 2. Decemb ſtantiam Philippi II Regis per Bull incipit: *Maxime cuperemus.* Mandat univerſa Regna Hiſpaniarum ob erga Franciſcanos Conventuales rum Monaſteria juſſit tradi Obſe bus, ipſos verò Conventuales pro penitentia per Monaſteria Obſ tium, & ſub pena triremium, ſimilibus cogi in iis manere Quod probat *in comm. 4. de Regul. num. 1* quòd Pius II. ac deinde Sixtus IV melitis, in eorum mari magno & dat poteſtatem Prælatis Ordinis reformandi, & quoſcunque rebel gendi ad Reformationem, & cri ſos ſubijciendi pœnis non tantum dine ſolitis, ſed etiam acrioribus dere eſt apud Rodericum *to. 1. tract. eiuſd. Sixti.*

Sexta propoſitio, Monaſterium occupatur à Religioſis relaxatis & ſcandalo viventibus, nec volentibus

frugem
habitari
nis.
Gloſſ
matter
relat. n
ar. Et in
ut abbas
ſa. &
Gloſſa ru
qui ex j
cum u
ſolere q
in per
&enin
ſtetia r
laxatis
Ergo ob
obſerv
ſtetiam
ſtibus,
enda,
lienda
ere vo
ſtentio
poſſiler
ndo no
tem, q
am patr
ores. St
teria in
bus dam
ndo ab
nbelli li
nt occ
nm, par
per ipſos
ſtimati
vident at
qua fid
per eoru

frugem redire, poteſt eis tolli, & tradi habitandum à Reformatis ejuſdem Ordinis. Ita Angel. *v. Religioſus locus. num.* 2. Gloſſ. Dan. Joan. Andr. & communiter alii *in c. inter quatuor de rel. dom. & relatum. nec cler. vel mon.* Vbi ita ſtatuitur. Et in Concil Vernenſi can. *5 arg. c. ſi in Abbas. 18. q. 2. c. quam ſit eod. cap. nullus. 61. & cap. cum Monaſterium. de elect.* Ubi Gloſſa rurſus ita tēet. Et probatur *primò*, quia ex juſtitia tenemur applicare bona ad eum uſum, ad quem ſunt data, & his tradere quibus ſunt legata, & vel maxime ſi per ultimas voluntates, & primarias fundationes locorum, quibus contravenire, omnia jura prohibent, at Monaſteria non ſunt fundata pro Religioſis relaxatis, & viventibus cum ſcandalo. Ergo poſſunt eis tolli, & dari viventibus in obſervantia *c. & hoc diximus. 16. q. 7.* *Secundò* probatur, quia in talibus Monaſterijs non ſolùm difficile eſt ſalvari, ſed etiam qui ibi habitant, ſunt ſcandalo fidelibus, quis autem neget, ſcandala eſſe tollenda, clamante Apoſtolo, *aufferte malum ex vobis. Tertiò* probatur ex jure juſtæ defenſionis, quod cuique permittit hunc repellere à quo aliquid patitur, & ab infertendo nocumento impedire, certum eſt autem, quòd Religioſi à relaxatis multum patiuntur, Eccleſia, fideles, fundatores, Status religioſus, & ipſa Monaſteria; in quibus habitant, unde cùm talibus damnis non poſſit obviari, niſi tollendo ab ipſis ſua loca, ideo (ſi etiam jure belli licet occupare ſedes hoſtium) licebit occupare Monaſteria horum hominum, patitur autem ab eis Eccleſia, quia per ipſos res ſacræ veniunt in minorem æſtimationem apud alios fideles, dùm vident ab illis indecenter tractari. Item quia fideles obfirmantur in ſuis vitijs per eorum mala exempla. Item quia occupant loca bonorum qui poſſent eſſe auxilio Eccleſiæ & fidelibus, ſuis ſacrificijs, concionibus, Eleemoſinis, miniſtrando Sacramenta; *&c.* Patiuntur item ab eis fundatores, quia ſua intentione fraudantur, & ſuffragijs ſperatis pro remedio ſuæ animæ. Patiuntur item alij Religioſi, quia propter ipſos Status religioſus venit in contemptum, & deriſionem apud cæteros fideles, & maximè hæreticos, *&c.* Unde relinquitur, quòd poſſint quilibet ſic patientes contra ipſos inſurgere, & impedire, ne ultra noceant tollēdo ab ipſis Monaſteria, quod maximè licet ſucceſſoribus fundatorum, juxta. *cap. filijs. & ſeq. 16. q. 7.* Epiſcopis. *cap. omnes eod. c. ſtatuendum eod. q. 2.* & c. *qui vere eod. q. 1.* Et principibus temporalibus. *c. fin. deciſ. 96. & cap. ſicut excellentiam. 23. q. 4. l. hæreditatis ff. de pet. hæred. & l. ſi. in aliquam eod. de off. proconſ.* Caſſan. *in cat. glor. p. 5. conſ. 17.* Guid. Bened. *in c. raynutius de teſta. par. 2. v. ſi abſque liberis num. 33.* De quo Ferdinandum, & Iſabellam Reges Caſtellæ plurimùm commendat Bzov. *tom. 18. Annal. fol. 244.*

Quartò probatur ex doctrina Panor. 23
& Specul. quos citat & ſequitur Sylv. *v. donatio 1. num. 17.* Ubi ait, quòd quando Religioſi ſunt ingrati erga fundatorem, quamvis aliqui dicant, Monaſterium eſſe deſtruendum (ſicut in ſimili civitas aratur, ob delictum civium, ut docet Barth. *l. aut facta. ff. de pen.* Satius tamen eſſe, ut Religioſi ſic ingrati expellantur, & boni ſubrogentur, ut ſic mali puniantur, & non Eccleſia. Non poſſunt autem Religioſi ſe exhibere magis ingratos erga fūdatores, quàm ſi malè vivant, & bona ab ipſis accepta, ſic vivendo in malos uſus expendant, Ergo, *&c.*

Quintò probatur per *c. alius. 15. q. 6.* Ubi
Zacharias Papa Ludovicum inertem ſeu 24
pigrum

pigrum, Regem Franciæ, privavit regno suo hæreditario, quia erat ei inutilis ut dicit textus, seu ut addit Glossa, quia erat dissolutus cum mulieribus, & effeminatus. De quo vide plura alia exempla apud Petr. Gregor. in *Syntag. juris lib. 15. cap. 1.* & Renat. Chopp. *lib. 3. de doman. tit. 30.* At si etiam Reges, & Imperatores, ob vitia sua possunt privari regnis & coronis hæreditarijs, à fortiori Religiosi suis Monasterijs ob similia vitia. Et ita anno 1496. & 97. Francisc. Ximenes Archiep. toletanus fretus authoritate Alexandri VI. Papæ ac Ferdinandi, & Isabellæ Regum Castellæ, expulsis plerisq; Conventualibus Ordinis Sancti Francisci ex suis Conventibus, Observantes in eos introduxit, ut refert Bzov. *to. 18. an-*
26 *nal. fol. 467. & 489.* Tum iterum anno 1566. Philippo II. Rege Hispaniarum agente authoritate Pij V. eadem expeditio facta est in reliquos Conventus eorũdem Conventualium, qui Ximenij & Ferdinandi zelum non sensérant, ut supra ex Navarro retuli, de quo ubivis terrarum, & in omni seculo abunde suppetunt exempla in alijs Ordinibus.

27 Dixi autem, ejusmodi Monasteria ablata à maleferiatis hominibus, esse tradenda alijs, Religiosis, qui sint eiusdem Ordinis, & non alijs, ita *Ancaran. c. sic de excess. præ.* Et ita ego infero *1. ex c. nec emeritis. c. nullus. & cap. obitum. decis 61. c. nemnem. 70. cap. hortamur. d. 71. cap. possessiones. 16. q. 1. can. quæ semel. 19. q. 3.*

28 *Secundò* ego ita infero ex Doctrina Glossæ, & DD. *in can. decernimus. 16. q. 7. can. si proponente. de rescr. & l. in Ecclesiis. C. de ep. & cler. Abb. c. bonæ de post. & cap. ad decorem. de instit.* Cassan. *in cat. glor. p. 11. cons. 22.* Barbat. *cons. 23. vol. 1.* Flamin. *de resign. benef. lib. 5. q. 3.* Gonsal. *ad reg. 8. cantell. gloss. 9.* Hugolin. *de off. episc. cap. 50.* Piasec. *in pra. p. 2. cap. 5.* Menoch. & aliorum, qui communiter dicunt monent ut in collationibus & pro-nibus beneficiorum præferantur colæ & indigenæ Diæcesis vel civi loci.

Tertiò ego mefundo in jure, quod non peccavit, nec consequenter privari suis bonis & Monasterijs delicta privatorum, qui si debeant ri, sic tamen procedendum est, eundem Ordinem retineantur Mo ria, & eorum bona non autem tradantur, ut patet de Feudis affixis familijs, quæ peccante feudatario tolluntur, & transferuntur ad alterius, sed eiusdem familiæ.

Quartò ego me fundo in ratione omnes mutationes semper odiosæ ximè in jure, adeò ut dum aliqua inducenda, quàm minima debet præcisè, quantùm opus est, ad dum malo, ob quod inducitur nõ atqui sufficienter providetur M rijs relaxatis, quando amoventur mali Religiosi, et traduntur bona dem Ordinis, ergo non possunt alienis, quia tunc fieret maior quàm sit necessaria.

Quintò ego me fundo in inte fundatorum, quæ semper in in debet impleri (ut volunt jura) semper certo Ordini suaMonast daverunt, & dotarunt, ergo ut injuria eorum dispositioni & vo debent relinqui Ordini, cuius fun confirmatur ex Doctrina, et dec Cardin. Congr. de quo *fol. 168. & 16.* quia quando petitur certa Beata *v. g.* vel de Requiem) facul satisfacit, dicendo de officio vel de alio Sancto. Quòd si hoc nùs certè satisfiet intentioni fun

Monasterium datum & edificatum uni Ordini, donetur alteri.

Sextò, Ego me fundo in exemplo & facto Alex. VI. & Pii V. Ferdinandi & Philippi Regum, de quibus supra, qui Monasteria Franciscanorum Conventualium applicaverunt Observantibus demum.

Septimò, Ego me fundo in voluntate & revelatione divina, quam ex Glabro refert Baron *in annal. ad an. Christi 996.* Etiam *tertio* factam, & de Monasterio Sancti Pauli extra muros urbis Romæ cum ipsiusmet Baronii verbis placet hîc inserere: *Suggerentibus* (inquit) *Ottoni Moniscam piis viris, cogitavit expellere, de Basilica Sancti Pauli Monachos pravè viventes, in earum locum introducere Canonicos sed Deus apparuit ipsi per visum S. Paulus monuitq; Monachos expelleret. Non enim inquiebat expedit cuiusq. Ecclesiastici Ordinis, quamvis ex parte depravati, propositum unquam abiici, seu mutari, in eo namq. Ordine quisq. iudicandus, in quo se primitus vovit Deo servire, ac ipsum remediare licet, corrupto cuiq. in eadem propria vocationis sorte. Quibus repressus Imperator, destitit à proposito expellendi Monachos, ad ipsorum tantummodo emendationem eorum applicavit.* Hactenus Baronius.

Septima Propositio, Religiosi, qui servant essentialia sub honesta vitæ forma, licet non ita stricta, ut fert eorum Regula, aut inter quos aliqualis relaxatio notetur, possunt tolerari, & non debent ad maiorem reformationem obligari. *c. nolo, & c. certe 12. q. 1. arg. c. super eo. de regul.* Nam ut ait August. (in duobus locis pluribus) satius est, habere luscos, aut claudos, quàm plangere mortuos, & eos tolerare qui ex parte tantùm ceciderunt, quàm hipocritas, qui in totum. Fallit tamen in multis casibus, & respectu diversorum observantiarum, quia primò si aliquid judicetur valde necessariũ talibus Religiosis, ad hoc ut faciliùs possint essentialia servare, aut cautiùs ab eorum transgressione averti, licebit ad hoc illos obligare per *c. unic. de stat. reg. in 6.* Ubi & in Trid. *sess. 25. c. 5. de Regul.* indicitur monialibus clausura perpetua, (quamvis sit supra Regulam, & illam non sint professæ) nempe quia iudicata est ipsis necessaria ad custodiam castitatis quam profitentur.

Secundò fallit respectu eorum, quæ sunt planè conformia statui & Ordini talium Religiosorum, aut valde ab ipso aliena, quia possunt ad illa obligari, aut ab istis prohiberi, licèt sint experturi aliquam difficultatem in istorum carentia, vel illorum exercitio, & hac ratione Archid. & Ioan. Monach. dicunt, moniales obligari ad clausuram, quia decet fæminas manere domi, & non vagari, qua ratione similiter in *clem. ne in agro.* Prohibẽtur Monachi tractare arma, aut habere canes venaticos, vel certis vestibus uti, quia nimirum, nimis repugnat statui eorum, econtra verò *ibid.* jubentur promoveri ad sacros Ordines, & studia, quia maximè congruum eorundem statui. 36

Tertiò Fallit respectu earum observantiarum, de quibus constat non esse relaxatas, & intermissas ex causa rationabili, sed per corruptelam, quia possunt Religiosi ad eas reduci, licèt fortè sint aliquantùm austeriores. *c. cum tanto. fin. de consuet.* Et hac ratione in *c. cum ad Monasterium. de stat. mon.* jubentur Monachi abstinere à lineis indusiis, & esu carniũ, quarum usus apud eos invaluerat. 37

Quartò. Fallit respectu eorum, quæ suâ naturâ inclinant, & proximè disponunt ad ruinam & relaxationem observantiæ, vel ipsas privatas personas ad casũ, quia hac ratione possunt eis interdici; & si eorum habent usum, quoad illa reformari, & 38

ri, & sic v. g. jure antiquo, prohibentur facere Monasteria duplicia utriusq; sexus, *cap. definimus 18. quæst. 2.* Et jure novo per constitutiones S. Gregor. de anno 1624. prohibentur Monachi frequentare Monasteria monialium. Item studere Physicæ vel Legibus. *cap. non magnopere & c. super specula. ne cler. vel mon.* Habitare seorsim in Prioratibus vel mẽbris Monasteriorum. *cap. ex parte de capell. mon. & cler. ne in agro. §. ad hæc* &c.

39 *Octava* Propositio, cùm ego hîc loquor de reformatione Monasteriorum, & dico ea, quæ sunt relaxata, danda esse Religiosis reformatis, suppono non carere Prælatos Ecclesiasticos, Principesq; temporales lapide lydio ad discernendũ aurichalcum ab auro, neque bonis perspiciliis ad distinguendum inter solem & paroelia, hoc est, inter verè reformatos, & larvas reformationis; Reformatos enim ego non dico, qui sint astutiores in occultandis suis vitijs, aut qui in politica & Machiavellismo excellant, non qui jejunant, aut vigilant, seu jejunare & vigilare putantur, (Diabolus est astutior nobis, plùs nobis jejunat & vigilat, si quidẽ nihil comedit, nec unquam dormit, & tamen semper est diabolus) sed inter quos charitas fraterna regnat, synceritas viget, dolus & hipocrysis exulat, fuga voluptatum cognoscitur, ambitioni [illegible] nullus, & uno verbo, qui verè [illegible] sint mortui, & ipsis mundus. Sed [illegible] quem talem nunc inveniemus? [illegible] tuum mistum est aqua, & argentum [illegible] versum est in Scoriam. Sunt, qui [illegible] reformationi inhiant, & occupan[illegible] rum locis, qui à suis ipsi forent ex[illegible] di, reformatione magis indigent[illegible] cebat Plato duos esse mundos, [illegible] rorum, in quo res omnes essent in [illegible] ritate, veræ opes, veræ virtutes, ve[illegible] luptates, & hunc, in quo non sint [illegible] verorum umbræ & imagines, [illegible] tam assiduè in ore habemus, ut [illegible] tiam, loquimur de orationis stud[illegible] condonandis injurijs, de honoru[illegible] vitiarum contemptu &c. *Verum [illegible] imagine pertransit homo*, & plurimis [illegible] to, ne magna pars reformationis [illegible] sistat in umbra & fuco, & ne [illegible] sint verè reformati in illo altero [illegible] Platonico, sed si quidem ita fer[illegible] conditio, ut umbras amplectam[illegible] Deus sua misericordia, ut ab um[illegible] formationis transeamus ad vera[illegible] observantiam, quam sancti [illegible] dinum Fundatores nobis in suis Regulis demonstrârunt.

***

FINIS.

INDEX

NDEX MATERIARVM.

Abbas.

Abbas non venit nomine Monachi in odiosis secus in favorab. n. 12. fol. 86. Vel ubi agitur moribus. n. 13. Quid in materia indifferenti n. 14. fol. 86

...es non sunt omnes æquales n. 33. & 35. fol. 20

...tur aliquem defectum, non potest eligi in ...atem. n. 7. Extant tamen privilegia super ...ibid. 8. & 9. Sed non operantur extra Reli...em. 10. fol. 85

...lum non censetur dispensare cum aliquo ha...te defectum hoc ipso, quòd illum elegit. n. 11. ...l. 85

...tes in variis Congreg. exercent Pontificalia, ...ansi non benedicantur. n. 6. fol. 85

...Cisterc. potest per suum Ordinem alios bene...re. n. 10. Et delegare Vicarios, qui similiter ...benedicant. 2. fol. 85

...po recusante benedictionem alicui Abbati Or...Cisterc. permittititur ei exercere Pontifica...perinde ac si esset benedictus. ibid. 3. Et idem ...endum de Abbatibus aliorum Ordinum. 4. ...l. 85

...do censeantur recusâsse benedictionem, ut ...privil. sit locus. n. 5. fol. 85

...te: possunt uti Chrismate in Ecclesijs sibi pleno ...re subditis. n. 10. fol. 93

...tes possunt sacrare Altaria portatilia. n. 12. ...ra 13. calices & campanas. 14. fol. 93

...ti prius providendum quàm Monachis & Ec...ciæ. num. 19. fol. 87

...tes potest sibi plùs indulgere quàm alijs. 20. & 21. Hoc quo sensu, & in quibus casibus 22. Extra quos peccat. 23. fol. 87

...tis cujusdam tunica pretiosior post eius mortem, combussit Priorem. 24. fol. 88

Abbas non tenetur servare sua statuta, etiam jurata. 15. & 18. peccat tamen si violat. fol. 86

Abbas non tenetur servare promissa vel jurata suis Monachis. 17. hoc quo sensu. 18. fol. 86

Abbas an sibi acquirat, & possit disponere de acquisitis. 25. fol. 88

Abbates multi creati sunt Imperij Principes; inter quos quatuor præcipui. 26. fol. 89

Abbas Cassin. fuit olim Vice-Imperator. fol. 89. & per sceptrum investiebatur. 31. fol. 90. & omnibus Monachis præest tanquam caput & Successor S. Bened. num 38 fol. 206. & num. 44. & seq. fol. 325

Et habet privilegia omnium Abbatum. num. 54. fol. 327

Abbates S. Dionysij Paris. Rege absente administrabant Regnum Franciæ. n. 27. fol. 89

Abbates aliqui non habent Superiorem in terris. num. 28. fol. 89

Abbas Campidonensis potest exercere judicium sanguinis absque periculo irregularitatis num. 29. fol. 89

Abbas Cavæ potuit olim obviantes sibi reos vita donare. 30. fol. 90

Abbas S. Ambrosii Mediol. portat sceptum pro baculo, quando procedit ad celebrandum. 31. f. 90

Abbas Cluniac. olim cudebat Monetam. 32. fol. 90

Ad Curiam rom. accedens, fungebatur officio Cardinalis. Item & Cisterc. Item S. Trinitatis Vindocin. cui titulus S. Priscæ donatus. 34. fol. 90

Abbas Fuldæ est Primas per Germaniam & Galliam num. 35 fol. 90

Abbas Dumiensis fuit Præfectus Familiæ Regum Suevorum in Gallæcia. num. 38. fol. 90

Abbates 22. soliti Papæ assistere sacra facienti. n. 33. fol. 90

Abbates plures debebant olim esse simul Episcopi & sacrari. 36. fol. 90
Abbatibus quibusdam olim subiiciebantur Episcopi num. 37. fol. 90. & num. 13. fol. 133

Absolutio.

Regulares possunt absolvi ab omnibus peccatis & casibus quantumvis enormibus & reservatis. n. 1. & seq. fol. 99. & num. 11. & seq. fol. 21.
Etiam à reservatis in Bulla Cænæ. num. 15. & seq. fol. 100. & 101. & num. 5. & seq. fol. 112
Regul. qui contraxit censuram exercendo Ordines potest ab ea absolvi à suo Prælato. num. 3. f. 193
Et ab omnibus aliis censuris. num. 1. usque 8. & 15. 17. & 26. fol. 99. & seq.
Et ab omni Irregular. num. 1. & seq. fol. 99. & num. 5. fol. 195
Et ab Infamia. Ibid.
Et inhabilitate. Ibid.
Regul. potest absolvi à suo Confessario ea plenitudine, quâ à Papa & ei innocentiæ restitui, cui ab ipso restitueretur. num. 5. fol. 99
Regul. unius Provinciæ vel Monasterij potest petere absolutionem sibi necessariam à Prælato alterius num. 6. fol. 211
Regul. potest absolvi à casu reservato suo Superiori sine eius licentia, num. 7. fol. 277. quando & quomodo. Ibid. Et ad hoc expectare eius absentiam. n. 4. fol. 278
Privilegia pro absolutionibus possunt compleri per se invicem. n. 30. fol. 102. Et possunt applicari Novitiis. n. 33. fol. 102
Etiamsi privilegia pro absolutionibus tollerentur, posset Regularis absolvi duplici alia via à reservatis Papæ. num. 41. fol. 215
Vt quis possit absolvi sufficit fecisse opus, cuius gratiâ concessa est absolutio. num. 32. fol. 102
Regularis post Confessionem potest accipere à suo Confessario benedictionem Pontificiam. n. 5. f. 99 Vide v. dispensatio.
Regularis potest absolvere à casibus reservatis Papæ. num. 1. fol. 111. Etiam à reservatis in Bulla cænæ. num. 5. fol. 112. Etiam ubi Bulla est recepta, quando casus est occultus. num 10. fol. 113
Et ubi non est recepta, etiam si sit notus [illegible] Item à censuris ab eisdem casibus [illegible] num. 12.
Episcopus potest absolvere ab iisdem casibus quando sunt occulti. n. 10. fol. 13. [illegible] vilegium, sed sua iurisd. ordinaria. [illegible] fol. 114.
Constitutiones revocantes potestatem [illegible] casibus Bullæ, non revocant ius com[illegible] fol. 116.
Absolutio casuum Bullæ non conceditur [illegible] ticulo mortis. num. 34. fol. 116 [illegible] impeditum ire Romam, posse ab his [illegible] fol. 116. Et maximè quando impe[illegible] est perpetuum. num. 38.
Regularis absolvit à casibus Papæ, [illegible] ab Episcopo. num 7.
Volens absolvere à casu reservato Papæ, [illegible] omnia attendere an pænitens contra[illegible] suram. num. 23.
Regularis potest absolvere à casibus Episcop[illegible] 3. fol. 111. Et hoc non obstantibus de[illegible] bus Cardinal. n. 55. fol. 119. Saltem [illegible] non potest commodè se præsentare Epis[illegible] fol. 119. vel quando non expedit pæ[illegible] ad illos remitti. 58. fol. 118. Valetque [illegible] ctrina seu pro peccatis, seu pro censuris [illegible] fol. 118.
Satius absolvere pænitentem habentem [illegible] servatum, quàm permittere, ut cum [illegible] contritione accedat ad divina. n. 37.
Regul. potest absolvere ab omnibus censuris [illegible] genere satisfactione exhibita. n. 4.
Regul. potest absolvere damnatum ad [illegible] tanquam pro articulo mortis. n. 2.
Absolutio data à Confessario secundùm [illegible] nem suæ potestatis valet pro casu re[illegible] tiamsi Confessarius ignoraret eius re[illegible] vel se posse ab illo absolvere, si tamen [illegible] stas ad talem casum se extendit. [illegible] fol. 120
Absolutus à reservato, licèt invalidè pro[illegible] indispositionem, manet tamen liber [illegible]

tione

...ne & non tenetur ampliùs se præsentare Su-
...ri. n. 79. fol. 120
...in artic. mortis à reservatis, si convales-
..., non tenetur pro iisdem se præsentare Supe-
...n. 79. fol. 120
...potestatem absolvendi à reservatis, quam ha-
... Regulares, emanaverunt diversa decreta,
...bitatur de eorum sufficientia. n. 6. & 8.
...

Actor.

...reus sunt correlata, & quod Actori per-
...tur, debet permitti reo. n. 4. fol. 23

Actio.

...potest quis sequi opiniones diversas. n. 29
...144
...opinione communi excusatur. num. 16.
...242
...agens ex consilio Prælati ibid. n. 14. & n. 1
...210
...non servatâ corruit actus. n. 28. fol. 262

Affinitas.

...in coniunctione illicita non contrahitur,
...tra 1. & 2. gradum. n. 14. fol. 168
...tatem requiritur vera seminis effusio intra
...tum. n. 16. fol. 168
...tatem requiritur utriusque hominis semi-
...n. 56. fol. 169
...solomoto fœmina se excitat, aut excitatur
...bus, quid iuris. n. 17. fol 169
...quid tenendum. num. 16. fol. 169

Ædificium.

...ædificare usque ad cælum. n. 4. fol. 181
...cedit solo. n. 38. fol. 66
...respectu Ecclesiæ. ibid. 39
...ædificium vicinum Monasterio, non potest
...elevare, ut Monasterio noceat. num. 4.
...
...potest in eo fenestram aperire unde pro-
...in Monasterium n. 5.
...exercere artem cum nimio strepitu, aut
...inficiatur. n. 6. Neque in eo tenere
...num. 8. fol. 182

Angelus.

Angeli non apparent, nisi vestiti. n. 4. fol. 337
Et propter eos iubentur fœminæ velare caput. ibid.

Animal.

Animalia maiora & minora socialiter vivunt in singulis & elementis. n. 13. fol. 309

Antiquitas.

Regularium unde & quomodo computanda. n. 21. fol. 201
Est titulus ad præcedentiam. n. 9. fol. 319

Approbatio.

Circa approbationem Regular. ad Confessiones variæ modificationes editæ. n. 8. fol. 105
Approbatio quid sit. n. 6. fol. 280
Approbandi tres modi notantur in Trid. n. 2. f. 279
Approbatio, Iurisdictio, & Præsentatio malè confunduntur. ibid. n. 10. & n. 14. fol. 282
Lector Theol. vel Canon. est ex se approbatus. ibid.
Super hoc duæ opiniones, quæ conciliantur cum explicatione Trid. n. 6. fol. 280
Et de quo Lectore sit intelligendum, admissa prima opinione. num. 11. ibid.
An approbatio accipienda in singulis Diœcesibus, duæ super hoc opiniones & ambæ communes. num. 17. fol. 175
Approbatio potest accipi ab Episcopo pænitentis, vel ipsius Confessarii, & non refert à quo. num. 13. fol. 282.
Approbatus semel Romæ, non debet alibi examinari, sed sufficit exhibere litteras. n. 1. fol. 381
Confessarius qui semel se præsentavit Episcopo, non debet ampliùs se præsentare, etiamsi transeat ad aliam Diœcesim. n. 8. fol. 381
Prælati regul. nullâ indigent approbatione. n. 18. fol. 107.
Regulares non indigent approbatione pro audiendis Confess. suorum Domesticorum. n. 17. f. 107
Imò & nec pro audiendis quibuscunque aliis, & sufficit ad hoc deputari à suis Superioribus. n. 1. & seq. fol. 105. Etiam ubi Trid. fuit receptum. num. 13. fol. 106
Et non obstantibus revocationibus Pontificiis, vel Cardin. declarationibus. ibid.

Approbatio potest dari à Parochis pro suis Ecclesiis. num. 25. fol. 109. Et etiam ab Abbatibus habentibus territorium. num. 1. fol. 379
Potestas approbandi Confessarium spectat ad jurisdictionem Episcopalem non ad Characterem. num 2. fol. 271
Episcopo recusante approbare Regularem, ipso facto approbatur à Papa num. 19. fol. 108. Quid in tali casu faciendum. ibid. n. 21
Episcopus non potest approbare Regul. ad tempus. n. 22. fol. 108. Neque eum revocare ad examen. ibid. num. 23. fol. 108
Quare Confessarius Regul. præsentatur Episcopo. num. 5. & 6. fol. 381
Sufficit quomodocunque, & non est opus, ut à suo Superiore. num 6. fol. 383
Regul. approbatur ab Episcopo independenter à Superiore. n. 4. fol. 383. Et ideo si sine eius licentia fuit approbatus, validè absolvit. nu 4. Quamvis possit pro præsumptione puniri. Ibid. num. 5.

Aqua.

Aquam Gregorianam possunt Prælati regul. conficere pro benedicendis suis Ecclesiis, dum intra duas dietas non reperitur Episcopus, à quo accipiant. num. 6. fol 92

Abusus.

Abusus & abuti quid propriè & quid importet.
Apellatio ab abusu quid. num. 57 fol. 70
Eius iustitia asseritur. num. 59. Ante eius interpositionem, quid faciendum. num. 60. fol. 71
Laici peccant indebitè recipiendo. nu. 63. f. 72
Et de hoc exempla remissive. num. 64. fol. 72

Author.

Quibus Authoribus adhærendum in materia privilegiorum. num. 7. fol. 42.
Author gravis quis dicatur. num. 6. fol. 241
Authoritas Doctoris an reddat opinionem probabilem. num. 8. & 9. fol. 241
Authores possunt in unam opinionem convenire duobus modis. num. 20. & seq. fol. 243
Quando dubitatur de Authoris alicuius opinione attendendum ad jura, & rationes, quas allegat. num. 26. fol. 244

Asylus.

Asylus, in quo consistit. num. 41.
Quibus servandum beneficium asili 42. Quibus agendum. 44. Quid agendum in dubio competat num. 46. fol. 68. Quid dum quod non. num. 47.
Ecclesiæ & Monasteria, omniaque loca ambitum comprehensa, dant Asilum, tibus ad ea. num 43.

S. Benedictus.

Primum Persecutorem, quem fuit passus, thus. num. 5.
Venit Cassin. ex revelatione & jussu num. 14.
Viam eius direxere duo Angeli, & tres insecuti. num. 16.
S. Benedictus fuit Apostolus. n. 29.
De S. Benedicto quædam temerè effutiatur. num. 1.
Eius Ordinem in suis primordiis opprimscopi. num. 6.

Benedictio.

Abbas Cistere. potest solemniter benedbus officijs. n. 8.
Abbates possunt benedicere solemniter præsentibus quibuscunque etiam Cnu. 3.
Regulares possunt accipere benedictiones rias, ab Episcopis, quos corrigerit pesire. nu. 1.
Vel pro eis quem maluerint Episcopum anasteria vocare. ibid. n. 2.
Prælati regul. possunt benedicere corpoalia Ecclesiastica ornamenta. n. 17.
Et hoc undecunque sint n. 18. Quod nontum.
Simplices regul. qui sint sacerdotes, pos dicere eadem ornamenta, exceptis ibid. nu. 19.
Quod probabiliter asseritur de quolibet alte & secluso privilegio. n. 22.
Benedicere calices, altaria, campanas, concessum abbatibus n. 12. & seq.

Bona.

...rum confiscatio, intelligitur, de existentibus, ...mpore commissi delicti. n. 26. fol. 23

...omnia, jure regni sunt obnoxia tributis. nu. ... fol. 65

...Clericorum acquisita sucessive à laicis, sunt ...ta. nu. 32. fol. 65

...res possunt alienare bona. nu. 8. fol. 97

...legata nu. 12.

...que valoris n. 9. & 11.

...bus conditionibus. ibidem fol. 97

...regul. sunt exempta, eodem jure quo clerico... nu. 29. fol. 65

... fol. 134

...possunt gravari ullis exactionibus ab Epi..., vel etiam Officialibus Papæ. n. 2. fol. 134

...lo asserta fuit hæc libertas. n3. fol. 314

... 19. fol. 254

...regular. non possunt præscribi nu. 19. f. 98

Breviarium.

...rio Monastico eædem indulgentiæ sunt con..., quæ Romano. nu. 18. fol. 149

...uti Monachi, etiam illi qui fortè Roma..., vel alio priùs utebantur. n. 19. fol. 149

...qui non utitur Breviario Monastico simul ... 13. capita suæ regulæ. n. 22. fol 146

...habet Breviarium proprium sui Ordinis, ...est ab horis, & non tenetur ex alio recitare, ... 24. fol. 150

...extra monasterium, possunt uti quovis bre...rio. n. 15. fol. 148

...post correctionem novi, id nunc sit licitum. ...id. nu. 16.

Bulla.

...Francia, & Hispania, nulla bulla publicatur ...sortitur effectum, nisi regi præsentata. n. 59. fol. 268

...cœnæ revocat privilegia Regularium de quo ...apud tenendum. n. 62. fol. 268

...tollit potestatem absolvendi à casibus Episcopo... n. 16. fol. 114

...solutio à casibus eius, nemini conceditur, nisi pro articulo mortis. nu. 34. fol. 116

Probabile tamen, impeditum ire Romam, posse ab his absolvi num. 36. ibid.

Maximè quando imped. est perpetuum. ibid. n. 38

Constitutiones revocantes potestatem absolvendi à casibus bullæ, non tollunt jus commune. ibid. num. 35.

Qualis funiculus in bullis. nu. 15. fol. 2

Canonicus.

Canonici non sunt nisi clerici, & hoc titulo, nulla eis debetur præcedentia. n. 26. fol. 205

Canonici regulares non sunt censendi nisi regulares nu. 27. fol. 205

Carcer.

Prælati regul. possunt eos damnare ad carcerem perpetuum. nu 10. fol. 217

Carcer pro Religiosis debet esse mitior, num. 12. fol. 218

Et si præ asperitate ibi aliquis moriatur, Prælatus, & complices fiunt irregulares. ibid. nu. 13

Circa quod vide pulchram Doctrinam ibid.

Cardinales.

Cardinalium declarationes multæ suppositiæ num 74. fol. 270

Ideo non habent locum nisi attestatæ ibid.

In Gallia verò edicto Senatus Par. omnes penitus rejiciuntur. nu. 75

Cardin. constitutiones, quæ derogant privilegiis regul. quam vim habeant. ibid. nu. 73.

Verbum habitum cum Sanctissimo à Cardinalibus quid operetur in eorum constitutionibus. dub. 8. fol. 270

Volunt aliqui tribuere eis vim legum ibid. n. 2.

Melius alii nihil operari aliud, nisi quod reddat ipsos Cardinales promptiores ad edendas tales constit. Ipsas verò faciat magis acceptabiles. nu. 9. fol. 271

Cardinales circumveniuntur nonnunquam in suis congregat. nu. 6. fol. 273

De quo ibi datur exemplum.

Cardinalium quædam declaratio explicatur. nu. 6. fol. 299

Caro.

Abbates Cassin. & Cisterc. possunt indulgere carnes

suis

suis Monachis, & ut in earum usu continuent permittere. nu. 5. fol. 224

Qui dat carnes comedendas puero, vel amenti die prohibito, non peccat, imò nec qui adulto & sanæ mentis, secluſis aliis circumſtantijs. num. 11. fol. 305

Caſus

Caſuum varia natura. nu. 69. fol. 120

Papa an reſervet ſibi caſus, propter enormitatem, vel cenſuram annexam. nu. 21. fol. 114

Papa non reſervat caſus ſibi & Epiſcopis coniunctim. nu. 53. fol. 117

Papa committendo Regularibus caſus reſervatos, cenſetur eorum perſonas elegiſſe. nu. 19. f. 114

Caſus deſinit eſſe Papalis, quando per legem committitur Epiſcopo nu. 11. fol. 113

Præter caſus bullæ cœnæ ſunt alij quinque in Italia reſervati nu. 7- fol. 112

Caſus reſervatus in Italia non eſt per hoc reſervatus Romæ. nu. 20. fol. 114

Vt quis dicatur incidiſſe in caſum reſervatum, requiruntur multa. nu. 61. fol. 118

Caſus ſeu delictum, quando dicatur occultum. nu. 37. fol. 214

In caſibus Papæ reſervatis, debet confeſſarius ante omnia attendere, an penitens contraxerit cenſuram. nu. 23. fol. 115

Prælati regul. nõ poſſunt ſibi reſervare caſus, niſi 11. nu. 8. fol. 208

Et nu 3. fol. 276

Nec etiam cenſuras. nu. 8. cit.

Caſuum reſervatio poteſt intelligi duobus modis nu. 1. fol. 287

Per eam ligantur manus confeſſario. ibid. nu. 3.

Ratio quare Regul. poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcoporum, etiam, contra eorum voluntatem. nu. 8. fol. 288

Sed non poſſunt abſolvere à cenſuris ab ipſis latis, niſi ſint occultæ. ibid. nu. 9.

Regulares abſolvunt à caſibus Papæ, independenter ab Epiſcopis. num. 7. fol. 281

Habens caſum reſervatum in ſua dieceſi, poteſt ab eo abſolvi in alia, in qua non eſt reſervatus. nu. 4. fol. 287

Habens caſum qui non eſt reſervatus in ſu... non poteſt ab eo abſolvi in alio, in quo ... ibid. nu. 5.

Caſſinenſes.

Caſſin. Monaſterium eſt caput Ordinis ... ned. nu. 1.

Omnes prærogativæ quorumcunque alio... naſteriorum, ſuperlativè in eo reperiun...

Eſt Roma monachorum n. 65.

AS. Bened. trahit dignitatem à nulla æquandam.

Habet ſedem Epiſcopalem. num 29.

Non venit nomine aliorum, nec ſuæ congreg... in odioſis, ſecus in favorabilibus. n 63.

Caſſin. Congreg. ſolvit cameræ apoſt. ... nuum, & per eum innovat ſua pri... nu. 13 & 14.

Quæ ideo innovantur ſingulis annis, & non ... prehenduntur ſub ulla revocatione. ... nu. 11.

Et nu. 19.

Etiam cuiuſcunq. Concilij. num. 14.

Caſſin. Congreg. gaudet privilegijs omnium Ordinum, mendic. & non mend... per tot.

Cauſa.

Per quas cauſas res naſcitur, deſtruitur n. ...

Cauſæ piæ privilegia. nu. 17.

Cauſa favorabilis quæ. nu. 25.

Ciſtercienſes.

Papa qui derogabat Ciſter. privilegiis, ſua... deterritus à ſuo propoſito. nu. 3.

Ciſterc. negotia ſunt præ aliis expedienda ... romana. numero 4.

Ciſterc. monachi habent remotam ſuſficien... ſitatis. nu. 9.

Et unus (etiam non iuratus) facit fidem dicio n. 10.

Poſſunt celebrare divina in arcibus, ad quas pore belli ſe recipiunt. n. 2. fol. 171. Et ... interdicti in locis remotis à civitatibus, ... eadem divina celebrare, apertis ianuis, et ...

...panis pulsatis. num. 12. fol. 162
...Cisterc. potest ordinare diaconos. nu. 7. f. 190
...ubi servatur trid. ibid. nu. 8.
...alia. v. Abbas.

Civis.

...Cives habetur ratio eorum receptionis. n. 21. ...201
...regalis non venit nomine regni. n. 66. f. 329

Clausula.

...tura nulla clausula superflua num. 27. fol. ... Et ideo omnes sunt defendendæ ibid. nu. 28. ...ine in privilegiis, in quibus magna earum ...habetur. nu. 1. fol. 32
...erentur clausulæ in privileg. nu. 25. & seq. ...27.
...singularum sub quibus privilegia fuere data ...laribus, probatur. nu. 38. fol. 264
...la insueta reddit scripturam suspectam. n. ...32. Et qui talem allegat, & non probat, po... puniri de falso. ibid. nu. 3
...ad quod referenda, quando in scriptura ...plura puncta ibid. nu. 4. Ad quid si uni ar... ex pluribus adiungatur. ibid. nu. 5. Ad ...singuli articuli, habent propriam. ibid. ...quid si in principio scripruræ ponitur nu. 8. ...33. Ad quid si in medio. ibid. Ad quid si in ...ibid. Quando possit referri ad omnes articu... nu. 5. fol. 33
...singulares sub quibus concessa sunt regula... privilegia. nu. 23 & seq. fol. 18. & nu. 48. ...268.
...Adinstar sonat æquiparationem nu. 1. fol. 33. Supponit existentiam illius, ad instar cuius ...ibid. nu. 2. Quid faciendum, si de tali exi... dubitatur. ibid. nu. 3. Effectus huius clau... ibid. nu. 4 Aucto, vel minuto priori pri... non augetur nec minuitur, concessum ...illius. ibid. n. 5.
...motus proprii, in rescripto nunquam præ... nu. 2. fol. 34. Effectus motus proprii. ...nu. 3. Non operatur quando defectus est ...naturæ. nu. 8. fol. 25. Nec in quibus... aliis. nu. 5. fol. 34. Neque inducit dispen... ibid. nu. 6.

Princeps agens motu proprio, an censeatur egisse de plenitudine potestatis. ibid. nu. 4.
Quomodo intelligendum privil. concessum ad instantiam, & simul motu proprio. ibid. nu. 8. Quomodo si concessum motu proprio, & deinde reformatum ad instantiam. ibidem num. 10.
Clausula certæ scientiæ, non æquivalet claus. de plenit. pot. nu. 6. fol. 35. Aliquid fit ex certa scientia duobus modis. ibid. n. 1. Certa scientia non facilè præsumitur ibid. nu. 2. Eius coniecturæ quæ. ibid. num. 3. An possit probari per testes. ibid. nu. 4. Effectus huius claus. ibid nu. 5. Et an validet revocata à jure, vel concilio. ibidem num. 7.
Privil. concessum sub clausula de plenit. potestatis est superlativum n. 11. fol. 37. Et per hanc clausulam censetur princeps dispensare. nu. 12. Nihil potest opponi ubi reperitur ibid. n. 13. Tollit omnia contraria. ibid. nu. 14. Purgat vitium subreptionis. ibid. nu. 15. Et nunquam præsumitur ibid. num. 16.
Clausula supplentes, quando adhibetur rescriptis num. 1. fol. 38. Solet adiungi clausulæ plenitud. potest ibid. num. 2. Validat quod erat ante invalidum. ibid. n. 3. Inducit dispensationem. ibid. num. 4. In multis tamen non operatur ibid. n. 5. Et quando habet locum non operatur, nisi in expressis. ibid. num. 6. Et solùm ad effectum, ut rescriptum recipiatur. num. 7. fol. 38
Clausula non obstantibus, quando utitur princeps num. 1. fol. 39
Hæc habet duos effectus generales. ibid. num. 2.
Non abrogat privil. iuratum. num. 12. fol. 40.
Neq. insertum iuri. ibid. num. 13
Neq; concessum piæ causæ vel non subdito. n. 14
Neq; quod in contractum transivit. num. 15. f. 40
Et num. 10. fol. 259
Hac clausula omissa, an valeat privil. concessum contra ius num. 4. fol. 39
Vel quando ius procedit irritando. ibid. num. 7.
Vel concessum contra privatum statutum. n. 6. f. 39
Clausula quorum tenores, quam vim habeat n. 4. fol. 238.

Clausula

Clausula pro expressis habentes quam dub. 7. n. 44.

Clausura.

Olim hæc non obligabat Regulares, sed paulatim ob illas causas fuit eis imposita. n. 10. fol. 304
Clausuræ violator inducendo puerum alterius sexus, in monasterium. num. 5. fol. 305
Quidam monachi non admittunt animalia sexus fœminei in sua Monasteria. Et in quadam civitate Galliæ Episcopus prohibuit monialibus quibusdam, ne cum gallinis haberent gallum. n. 3. fol. 304
Censuræ latæ contra violantes clausuram æquè principaliter inducentes, atque ingredientes ligant. num. 12. fol. 305

Clericus.

Clerici sunt Nobiles & milites, & eorum privil. fruuntur. num. 1. fol. 60
Sunt Cives. num. 2. fol. 62
Et magis quàm alii. num. 4. fol. 72
Non possunt renuntiare privil. cleri. n. 8. fol. 53
Et quæ sint illa seq. ad longum referuntur. num. 2. & seq. fol. 62
Clerici non possunt subiici pœnis vilium Personarum. num. 15. fol. 74
Excusantur si delinquunt contra leges. n. 5. f. 75
Non possunt esse rei Maiestatis. n. 20. fol. 64
Clerus sæcularis præcedit Regulares. n. 4. fol. 199
Fallit in quibusdam casibus & Personis. ibid. n. 5
Quòd aliqui ex Clero minùs honorentur, non sunt Regulares in causa, sed sua ipsorum vitia. num. 24 fol. 256.
Clerici habent privil. fori. Et in quo consistit. num. 12. fol. 64
Et in quibus casibus illud amittant. num. 23. f. 65
Vide v. jurisdictio, & v. judicium.

Censura.

Censuræ non admittuntur, nisi secundùm quod in jure exprimitur. num. 60. fol. 118
Ex variis capitibus excusatur quis à contrahenda censura. num. 24. fol. 115
Et quæ sint illa capita. ibid & seq.
Vt quis dicatur incidisse in censuram, multa requiruntur. num. 61 fol. 118
Regulares non ligantur censuris Episc. num. 3.
Nec Apostol. nisi servatis certis conditionibus
Trident. iubet servari censuras ab Ordinarium positas, sed per hoc non tollitur Regularium. num. 1. & 3.
Laicus potest in articulo mortis absolvere num. 80.
Qui præscripsit jus ferendi censuram non potest ferre alias. num. 21.

Collegium.

Quando lege cavetur, ut in certis Collegiis rantur certæ personæ, in receptione ponitur, quòd illæ sint idoneæ. n. 2. & num. 52.
Collegii artem, qui non exercet, non privilegiis. num. 19. fol. 6.
Collegiale privil. dicitur duobus modis.
In dubio vero præsumitur privil. concessum eius favore non Collegio. num. 24.

Compensatio.

Regulares possunt uti occulta compensatione tra suos consanguineos occupantes ad se delatas ab intestatione. n. 16.
Et similiter contra Fiscum Principis, pro ges repelluntur ab adeundis eius mandatis. ibid. Contrarium tamen probabilius num. 18

Concilium & Conventus.

Cassinenses non possunt obligari ad interesse cuiquã Conventui vel Synodo. n. 10.
Ad nullum Conventum seu actum publicum mittendi Monachi, simul cum Canonicis
Quòd si admissi fuerint, Abbas debet simplicem Monachum vel Canon.
Concil. Trid. decreta sunt intelligenda iura in margine citata. num. 9.
Eius mentem non possimus melius ab his, qui illi interfuêre. n. 6.
Et nunquam ei censetur derogatum, speciali mentione. n. 15.
Decreta & canones Trident. Concilii quomodo censeãtur derogare primæ

n. 16. fol. 26. n. 17. fol. 27. & n 47 f. 266
...tem aliorum Conciliorum decreta illis derogēt. ibid. 46. Et probabile, quòd neq; aliorum, neq; ...ius Tridentini derogant. n. 14. fol. 194

Concio.

...onari possunt non existentes in sacris tam Regulares, quàm Clerici n. 1. fol. 206
...aris potest concionari in propria Ecclesia vel ...ris ex sola licentia sui Superioris. ib. n. 3. An ...prohiberi ab Episc. & quo casu. ib. n. 5. & 6
...volens concionari in alienis Ecclesiis, debet ...ere licentiam Episcopi. n. 10. f. 207. Et in ...onando debet se accommodare Evangeliis ...cesis. n. 3. f. 139. Potestq; in fine dare Indul... Auditoribus. n. 5. f. 157. & n. 4. f. 206
...ris qui prædicat errores, potest ab hoc officio ...ndi ab Episc. sed puniri à suo solo Superiore. ... fol. 207. Idemq; dicendum, si sine licentia ...scopi concionatur in alienis Eccles. ib. n. 11
...ti regul. possunt prohibere suos fugitivos à ...onibus. num. 7. fol. 217

Confessarius.

...arium æmuli semper conati sunt eos arcere à ...fessionib. n. 10. f. 106 & num. 8. fol. 252
...ii regul. possunt recipere rescripta Apostol. ...supremæ pænitentiariæ, & secundùm ea di...sare, quamvis non habeant gradum Docto...us. num. 1. fol. 121
...ssarius regul. accipit ab Episcopo solam ap...bationem, à Papa verò per privilegia jurisdi...onem, sed sæcularis accipit utramq; à suo Epi...po. num 8. & 9. fol. 280
...ssarius regul. nullam accipit jurisdictionem ab Episcopo num. 4 fol. 281
Et tamen debet ei præsentari, & quare. ibid.
...ssario regul. sufficiebat iurisdictio habita per ...vil. Concil. autē Viennense addidit præsenta...nē & Trident. approbationem. n. 15 fol. 282
...ne approbatio, præsentatio, & iurisdictio ...ale confunduntur in Confessario. num. 14. fol. 282. & num. 10. fol. 280
...ularis potest audire Confessiones, si ad hoc de...putetur à suo Superiore absque alia licentia. n. 1. & seq. fol. 105. Omnium ad se accedentium cuiuscunq; sint Diœcesis. ibid. n. 2. Vbivis terrarum ibid. n. 3 Et valent adhuc omnia privil. super hac materia olim cōcessa. n. 11. & seq f. 106
Regul. Confessarius potest uti suis privil. extra Confessionem. num. 16. fol. 107
Quando datur licentia eligendi Confessarium, potest eligi à nemine approbatus. num. 37. fol. 103
Confessarium absolventem Regularem à reservatis sufficit esse approbatum in forma communi. n. 36 fol. 103
Prælati regul. non possunt eos obligare ut sibi confiteantur. num. 3. f. 276. Sed debent eis deputare certum numerum Confessariorum pro ratione suæ multitudinis. ibid. num 4.
Episcopus potest suspendere à Confessionibus privatum Regular. n. 24 fol. 109. Ob quas causas. ibid. Et cui debeat eas revelare. ibid.
Non tamen potest simul suspendere omnes Confessarios unius Monasterii. n. 24. fol. 109
An Prælati regul. possint eos suspendere à Confessionibus. dub. 18. fol. 284. Quos tunc possit absolvere sic suspensus. ibid. num. 5. Et potest puniri si se postea miscet huic muneri. ibid. n. 5
Prælati regul. possunt suos fugitivos vel eiectos prohibere à confessionibus. n. 7. fol. 217

Confessio.

Confessus regul. satisfecit præcepto de annua confessione. num. 27. fol. 109. & num. 8. fol. 252
Confessionem licet dimidiare. num. 1. fol. 277
Etiam sine causa. ibid. n. 3. Et quam contritionem tunc debeat habere pænitens. n. 2. f. 278
Circa confessiones Regularium Trident. nihil innovavit. num. 38. fol. 104
Regularis potest de præsenti confiteri non reservata suo Confessario ordinario, & pro reservatis expectare diem, in qua prævidet suum Superiorem absuturum. num 4. fol. 278
Prælati regul. non possunt in sua administratione uti notitia habita per confessionem. n. 5. f. 276
Prælati possunt determinare certas pænitentias imponendas in confessione, pro certis peccatis majoribus. ibid. n. 6

Regularis post confessionem potest accipere benedictionem Apostol. à suo Confessario. n. 5. f. 99
Confessus casum reservatum manet liber à reservatione, etiamsi fortè absolutio sit invalida. n. 6. fol. 288
Item & qui casum reservatum fuit oblitus. ib. n. 7
Confiscatio bonorum intelligitur de habitis tempore delicti commissi. num. 26. fol. 23

Congregatio.

Congregationum sunt duo genera, & in quo differant. num. 24. fol. 202

Conscientia.

Regularis in omnibus dubiis suæ conscientiæ potest securè stare consiliis sui Prælati. n. 1. fol. 210
Hoc tempore suspecti scrupuli facti inferioribus à suis Prælatis. n. 28. fol. 299

Constitutio.

Constitutiones Cassin. non obligant eos ad peccatum. num. 2. fol. 223
Pontificiæ const. pro reformatione Regular. non comprehendunt Cassinenses. n. 4. f. 224. fallit tamen admissa alia Vrb. VIII. de qua dub. 22. fol. 292
Ex antecedenti Regularis obligatur ad futura statuta, & fienda in suo Ordine. f. 4. dub. 37
Prælati regul. possunt edere constitutiones & statuta cudere, & eadem postea mutare num. 10. fol. 224. Hæc potestas intelligitur de moralibus ibid. n. 9. Et illis competit etiam secluso omni privilegio. ibid.
Quo pauciora fiant statuta, eò melius. n. 11. f. 225
Prælati regul. nihil possunt statuere contra textũ, aut substantialia Regu. Neque contra leges fundamentales suarum Congreg. Neque contra Pontificias. num. 12. fol. 225

Consuetudo.

Consuetudo non obligat, eisi secundùm mentem illorum, à quibus fuit introducta. n. 24. fol. 298
Nova consuetudine non possunt gravari Monasteria num. 19. fol. 310

Contractus.

Contractus usurar. nunquam potest reddi licitus, secus super beneficiis, & quare. n. 6. fol. 126
Contractus & pacta non comprehenduntur revocationibus Tridentini vel Pap. fol. 285
Papa & Princeps obligantur servare [illegible] actus. num. 20.
Quo casu possit rescindere, & quid [illegible] num. 6.
Cassinenses possunt sine periculo simoniæ [illegible] tractus super beneficiis uniendis [illegible] pro recuperandis Monasteriis [illegible] num. 1.
An item licitũ Commendatarii contrahi
Contractus Regularium non tenent, [illegible] consensus General. vel Provinc. num.
Etiam illi quos faciunt in receptione loci
Super quo extant variæ Pontificum decl. num. 7. & 8.

Correctio.

Correctionis jus competit Prælatis regul. num. 4.
Prælatus excedens in sua correctione [illegible] nã canonis, si quis suadente, & plures
De quo plures Authores allegantur. n. fol. 341.

Cruciata.

Clausula sub qua hæc Bulla promulgatur priv. per annum promulgationis [illegible] liquos, secus secundùm alios, & obi explicatio. n. 4. & seq.

Decimæ.

Regulares sunt exempti à Decimis, quarlium, & num. 1. & seq.
Vbi, an, & quantùm valeant hæc privile
Qui decimas præscripsit, non potest exig num. 23.

Dispensatio.

Causa subsistente debet Superior dispensatem peccat. num. 9.
Regul. Confessarius potest, ac si habe Doctoratum, aperire litteras penitemanæ, & secundùm eas dispensare
Regul. Confessar. potest dispensare in quibus Episcopus. num. 2.

...in irregularitate proveniente ex minori deli-
...ibid. vel alio quovis occulto. ibid.
...& juramentis ipsi Episcopo reservatis. n. 8.
...122
...reservatis Papæ in quibusdam casibus, de qui-
...num. 22. fol. 124. Et num. 16. fol. 123
...debent potiùs commutari, quàm absolutè di-
...sari. num. 14. fol. 123
...non datur in præiudicium tertii. n. 13
...123
...regul. possunt dispensare cum suis inferiori-
...omnibus votis, irregularitatibus impedi-
...inhabilitatibus & criminibus. num. 2.
...fol. 210
...unius Provinciæ potest dispensari à Præ-
...ulterius & unius Monasterii à Prælato al-
...n. 6. fol. 211
...regul. possunt cum ipsis dispensare, ut ad
...ulteriores ascendant. n. 4. fol. 195
...forte minùs legitimè aliquos susceperint.
...5. fol. 193
...interstitiis. n. 4. fol. 192
...ceant Ordinem, quem fortè indebitè re-
...ant, num. 2. fol. 195
...regul. possunt dispensare cum suis inferiori-
...diversis defectibus, ad hoc, ut iis non ob-
...possint Missam celebrare ubi de tenendo
...in Missa, de claudo, lusco, gibboso infa-
...num. 6. & seq. fol. 196
...regul. possunt declarare, an eorum defe-
...indigeant dispensatione. n. 5. fol. 195
...qui in via constitutus contraxit impedi-
...propter quod à divinorũ participatione
...potest eligere Confessarium, à quo acci-
...dispensationem sibi necessariam. n. 2. f. 195

Doctor.

...gravis quis. num. 6. fol. 241
...authoritas reddit opinionẽ probab. ib. n. 9
...conveniunt in aliquam opinionem duobus
...num. 17. fol. 243
...assertio de aliqua re non operatur nisi
...probabilitatem. num. 2. fol. 245
...Ordinum regul. possunt conferre gra-
...Doctoratus quibusdam ex suis. n. 4. f. 227

Item & Professores S. Facundi. ibid. num. 6.
Et PP. Societatis. ibid. num. 8. fol. 227
Regulares non sunt promovendi ad Doctoratum, nisi linguis studuerint. ibid. num. 9.
Et post promotionem non debent uti privilegiis sui gradus, nisi actu legant, vel concionentur. n. 10 fol. 227
Docendæ sunt linguæ inter Regulares, & in his periti debent in promotionbus præferri. n. 2. f. 226

Domesticus.

Domestici, Familiares & Operarii Regular. sunt instar ipsorum exempti ab Episcopis. n. 1. f. 135
Domestici Clericorum gaudent privil. fori. n. 5. f. 21
Privilegia Domini extenduntur ad Domesticos. n. 6. fol. 22. & num. 17. Ibid.
Vide v. Servitor.

Donatio.

Donatio acceptata non potest revocari. n. 16. f. 48

Duellum.

De duello varia. dub. 19. f. 285

Ecclesia.

Ecclesia utitur jure minorum, n. 34. fol. 66
Non obligatur ex facto Prælati num. 37.
Pro Ecclesiæ utilitate licet cuique agere, etiam sine sine procuratione. num. 50. fol. 98
Ecclesiæ suæ conditionem nemo potest facere deteriorem. num. 20. fol. 308
Ecclesias suas possunt Regulares consecrare. num. 5. & 16 fol. 93
Et easdem pollutas reconciliare. num. 5. cit. & seq. fol. 92
Ecclesia polluta non indiget reconciliatione, nisi delictum sit notum, & secundùm aliquos præcedat sententia. num. 8. & 9. fol. 93
Ecclesiæ Regul sunt Collegiatæ favorabilibus secus in odiosis. num. 48. fol. 68
Dignitas alicuius Ecclesiæ unde. num. 25. f. 202

Electio.

Electio debet fieri de gremio. num. 18. fol. 325
In quadam electione Canonicus dedit suffragium suo asino & quare. num. 29. fol. 311
Non censetur quis dispensari si habet impedimentũ hoc ipso quòd eligitur. n. 5. fol. 210

Episcopus.

Vbi agitur de jurisdictione nomine Episcopi, intelligitur is, qui illam exercet, non qui characterē portat. num. 2. fol. 279

Episcopus regul. non gaudet ampliùs privilegiis sui Ordinis. num. 21. fol. 6

Et num. 3. 330

Manet tamen obligatus ejus observantiis. n. 4 f. 331

Episcopus qui aliquem jurisdictionis actum præsumit exercere in locis Cassin est ipso excommunicatus. num. 6. fol. 136

Episcopus regul. non comprehenditur legibus excludentibus Monachos à successione. n. 21. fol. 145

Acquirit dominium suorum proventuum. ib. n. 22

Recuperat bona patrimonialia, & si eis renuntiavit, potest revocare renuntiationē. ib. num. 23

Episcopus non potest esse Prælatus regularis. num. 7. fol. 336.

Abbas, vel Prior factus Episcop. amittit in suo Monasterio jurisdictionem, & ex titulari sit commēdatarius. dub. 31. per tot. fol. 335

Episcopi in quibusdam locis, fuerunt olim subditi abbatibus. num. 37. fol. 90

Et num. 13. fol. 133

Eremita.

Eremitæ sunt personæ religiosæ num. 1. fol. 267

Ecclesiasticæ num. 2. Et habent Christum pro capite, ac subsunt Episcopis ibi. num. 4

Eremitæ sunt laici. ibid. num. 5

Qui possunt habere proprium. ibid. num. 6.

Et nubere. ibid. num. 7.

Et ideo possunt conveniri coram iudice laico, & non sunt exempti à gabellis. ibid. num. 8. & 9. fol. 275

Eremitæ sunt sicut locustæ sine rege.

Vnde olim iussi sunt se ad monasteria colligere ibid. num. 10. & 11. fol. 275

Eremitarum duo sunt genera, de quibus omnia dicta explicantur. ibid. num. 12.

Ecclesia tolerando eremitas, à suis initiis censetur approbasse. ibid. num. 14.

Error.

Per errorem acquiruntur privilegia. n. 1. fol. 13

Error inducit, & tribuit ius ibid. Et quæ ad hoc requiruntur. num. 7. fol. 13

Gesta per errorem sunt valida. ibid. num. 9

Hoc quando, & quomodo. ibid.

Exceptio.

Quando unum excipitur, cætera intelligūtur cessa. num. 5.

Excommunicatio.

Prælati regul. possunt in eos ferre sententiam communic. sine scriptura. num. 6.

Possunt ubiq; excommunicare suos subditos fol. 228.

Quod intelligitur solùm de formaliter excommunicato num. 12.

Executio.

Executio non potest fieri super arma militaria fol. 75.

Neq; super libros scholaris, vel advocati.

Neq; super breviarium clerici. ibid.

Neq; supellectilem sacram Regularium fol. 75.

Exemptio.

Exemptus non dicitur, qui nunquam fuit num. 5.

Et talis non comprehenditur in dispositione contra exemptos. ibid. num. 6.

Locus exemptus, & extra territorium, quomodo intelligatur. num. 19.

Regulares sunt exempti à potestate laicorum. num. 1.

Regulares sunt exempti ab Officialibus ordinariis, etiam à legatis à latere, & ab aliis. num. 5.

Regulares sunt exempti ab Episcopis in multis de causis, & titulis. n. 7. & 8.

Regulares non possunt renuntiare suæ exemptioni & se subiicere Episcopis. n. 13.

Regulares sunt exempti ab Episcopis, etiam in quibus Trident. derogat exemptionibus, in quibus dat ei potestatem procedendi Sed. Apost. delegati. num. 2.

Episcopus Constant. nolens deferre exemptionibus Sancti Galli, pessime & horribiliter à Deo punitur. num. 21.

Syndici ac procuratores Regularium

...forum exempti. n. 2. fol. 141. & n 3. fol. 135
...ibus Pontificibus suam exemptionem obtinue-
...unt Congreg. monasticæ. num. 13. fol. 133
...um quibus derogatur exemptioni, sunt diversi
...ib. 21. ubi de his seriatim. fol. 289

Expulsio.

...ere Regulares à suo Ordine, nunc est illicitum.
...m. 15. fol. 219
...per hoc constitutio Vrbani 8. ibid.
...ne observationes proponuntur super ea ibid.
...m. 16. & seq.

Eucharistia.

...lares possunt dare S. Euchar. omnibus illam pe-
...entibus num. 1. fol. 127
...ro communione paschali n. 6. fol. 118. & n. 9
...239. Etiam pro viatico. num. 16. fol. 129
...unt liberi circa receptionē Euchar. n. 8. f. 128
...n possunt molestari à Prælatis Ecclesiasticis ex
...is, quibus illam receperint de manu Regul. num. 2
...fol. 127. & num. 2. fol. 135
...Regularium de administranda Eucharist. re-
...unt Laicos potius, quàm ipsos. n. 7. fol. 128
...ares possint in suis Ecclesiis expōere S. Euchari-
...am absq; licentia ordinarii n. 18. fol. 130
...quid variavit Congreg. Card. ibid. n. 19
...ar. possunt per octavam festi Corporis Christi
...ppli diebus habere processionem cum eo. n. 21.
...fol. 130.

Festa.

...ares obliganter servare festa Dœcesis & Pa-
...chiæ num. 1. fol 139
...modo intelligenda hæc obligatio. ibid. n. 2.
...ua festa sunt nunc de præcepto. n. 5. fol 139
...gulares in celebrandis festis, possunt servare suos
...ium proprios. num. 2. fol. 139
...ctæ dici affixa, non licet alteri tribuere.
...m. 6. fol. 140
...stema non licet addere calendario. num 7.
...ua in eo sunt elevare. ibid. num. 7. fol 140

Fides.

...ma fide interdū cessatur ex iure dub n. 14. f. 11
...ibus quæ spectant ad fidem, derogatum fuit ab
...Vrbano VIII. privil. & Regulares subiciuntur
...quisitoribus num. 33. fol. 292

Regularis prædicans errores, potest suspendi ab Epis-
copo. vide v. concio.
Qui discessit à suo Monasterio, & revocatur à Præ-
lato, an debeat fidere. num. 26. fol. 232

Filius.

In domo Patriarchæ Iacob filii ancillarum fuerunt
adæquati filijs liberarum. num. 9. fol. 300
Filij sequuntur agnationem patris, & ab eo tra-
hunt nobilitatem. num 32. fol. 303.
An item à matre. num. 33. fol. 312
Filiorum nomine, veniunt nepotes in favorabilibus.
num. 9. fol. 22

Flagellatio.

Hanc pœnitentiæ speciem plurimùm commendārūt
SS. Damianus & Anselmus. num. 1. fol. 337
Quam tamen hoc tempore Author intermittendam
inter Regulares suadet. ibid.
Hæc pœna est prohibita à jure canonico, & olim fuit
item prohibita in Concilio Aquisgran. n. 8. f. 338
Flagellare civem romanum fuit olim prohibitum.
num. 2. fol. 337
Et S. Paulus detrectavit huic pœnæ subdi. ibid. n. 3
In ea aliquid iniustitiæ admiscetur & ex eius usu
multa inconvenientia consequūtur. ib. n. 9. & 10
Fuere olim hæretici appellati flagellātes. n. 14. f. 339

Fugitivus.

Fugitivus non dicitur, qui discedit ex suo ordine nō
odio Religionis, sed ad vitandam iniustam tra-
ctationem. num. 21. fol. 220. Nec consequenter
subest pœnis latis contra fugit. ibid.
Qui discedit ob iniustam vexationem quamdiu te-
neatur tolerare. c. 27. cit. An debeat ingredi
aliam religionem, vel possit manere in sæculo
ibid. Quid iuris, si revocetur. ibid.
Fugitivi & apost. possunt ubique capi, & excom-
municari à suis Superioribus. num. fol. 228
Receptantes eos qui fugiunt ex suo Ordine, aut eis
cooperantes, excom. nisi moniti, intra tres dies
eos restituant. num. 5. fol. 228
Cassin. non licet ullo prætextu se subducere à sua
congregatione num. 3. fol. 228
Et si aliquis discesserit, non tenentur Prælati, eum
requirere ibid. Nec redeuntem recipere. ibid. n. 8
fol. 228. Funda-

Fundatio.

Pro fundando, vel dotando monasterio, potest Episcopus alienare. num. 2. fol. 181

Onera imposita in limine fundationis semper in individuo implenda. n. 6. fol. 175. Vnde reductio missarum concessa à Trid. non comprehendit impositas Ecclesiis in hoc limine. ibid. num. 5.

In fundatione Missarum, apud Regulares, intelliguntur fideles admitti solùm ad participationem. num. 38. fol. 179

Fundationes missarũ, non sunt de futuro recipiendæ, nisi pro diebus, quibus potest satisfieri. De admissis verò petenda dispensatio à Sanctissimo. ibid. num. 40.

Pretium pro fundatione unius missæ perpetuæ est 50. scutorum. num. 4. fol. 175

Officia fundata pro mortuis possunt reduci instar missarum, virtute Trid. num. 9. fol. 176

Habitus.

Habitum Religiosum portare non potest, qui non est Religiosus, sin autem, pœna falsi punitur. n. 22. fol. 83.

Religiosus non potest portare habitum alterius Religionis, vel eitta consimilem, ut possit videri de illa. ibid. & num. 9. fol. 141

Habitus non dat ius ad precedentiam n. 30. fol. 204

De habitu S. August. iudicium rustici n. 32. f. 204

Abutentes habitu Religioso in scenis, & actibus aliis simulibus, sunt obnoxii diversis penis num. 23. fol. 83. & num. 11. fol. 142

Osculantes habitum alicuius religiosi, vel eligentes in eo sepeliri lucrantur indulgentias n. 24. f. 83. num. 1. & 2. fol. 140 & num. 23. fol. 158

Cassin. possunt obligare eos qui à sua Congregatione recedunt, ad mutandum habitum n. 6. fol. 228

Cassin. possunt suos apostatas redeuntes spoliare habitu, & in alio eos tenere in suis locis n. 8. f. 217

Monachi Congregat. Vallisolet. extra Monasterium possunt dormire cum sola stamine a n. 6. fol. 224

Religiosus debet semper portare habitum num. 6. fol. 141. Totum num. 7. ibid. & apparenter num. 8. ibid.

Habitum mutans temerè est excommunicatus n. 9. fol. 141.

Etiam si non sequatur scandalum n. 10.

Calor niger proprius Monachorum n. 15.

Qui per Benedictinos æstimationem accepe... ibid.

Horæ.

Horas recitare maximè decet Religiosum...

Non tamen obligantur ad eas, nisi sicut ad... servantias Regulæ, si non sunt in sacris... fol. 154. & num. 11.

Deputatio ad chorum, non facit obligat... ras, sed distinguit à conversis n. 18.

Obligatio horarum, in iure imponitur sa... tibus in sacris, vel cõmunitatibus. ibid.

Monachi non possunt obligari ad alias pr... in Regula exprimitur num. 5.

Atque ideo probabile non obligare omnes ... dititias, nec officia addita Breviario...

Cum tempore aliquid potest fieri de sub... ficii, quod tamen prius non erat n. 10.

Omnia quæ componunt officium, æqua... gant. ibid. num. 12.

Regulares possunt ordinare quidquid spe... ficium horarum, & disposita iterum... num. 1.

Regulares possunt dicere unum officium ... etiam in choro communi, & pro arbitr... ti num. 28. & seq.

De iure communi licita est officii mutatio ... aliquos, sed illicita secundùm alios; ... beat faciendum qui hanc opinionem se... inadvertenter mutavit, dicendo unum... num. 30. & seq.

Illicitum relinquere officium diei pro ... num. 32.

Lectiones matutini licitum breviare, & ... mittere, secundùm Caram. illicitum ... Authorem. num. 25. & 26.

Occupati officiis Monasterii, sunt exem... ris, & satisfaciunt dicendo certum ... numerum, sibi assignandum à Prælat... fol. 154.

Item occupati studiis theol. vel can... Item infirmi & valetudinarii.

...imperiti. num. 40. fol. 154
...ralatus recusat dispensare cum aliquo, in euius-
...modi impedimentis, potest à se ipso accipere di-
...pensationem. num. 42. fol. 154
...lares qui omisit aliquid in officio satisfacit di-
...ndo in fine unum psalmum, vel orationem do-
...nicam, vel angelicam. num. 47. fol. 155.
...aliqua mendosè pronuntiavit, vel cum distra-
...ione oravit, modò non ex malitia, non tenetur
...petere ibid. num. 49.
...audita vel prolata ab aliis, non tenetur item
...petere. ibid. num. 50
...fatigationem horas recitat sedendo, vel am-
...ando, satisfacit obligationi canonis de reci-
...ndo devotè. ibid. num. 49
...ntur in choro sub silentio, possunt à priva-
...dici solùm mentaliter. Et similiter ipsum to-
...officium. ibid. 51. Et hoc etiam secluso pri-
...legio. ibid. num. 53
...ando peccato, in omissione partis officii,
...ndaratio, non ad qualitatem partis, sed ad
...ntitatem. num. 13. fol. 148
...quoties omisit officium, excusatur à nonnul-
...mortali. num. 11. fol. 297
...beneficiatum qui horas non recitavit, non
...sat ab obligatione restitutionis. num. 72
...120.

Incestus.

...incestuosus privatur jure ad debitum, etiã
...ignoraverit hanc penam. Et quare. n. 27.
...115. Potest tamen accipere dispensationem à
...fessario regulari. num. 12. fol. 168
...consurgit hoc impedimentum ex coniunctio-
...illicita, nisi intra. 1. & 2. gradum. ibid. n. 14
...sus qui commisit delictum, ante matrimo-
...num, debet dispensari à Papa, quia tunc mat-
...nium est nullum. ibid. num. 15

Indulgentia.

...gentias dare potest omnis, qui exercet iurisd.
...Episcopalem. num. 2. fol. 156
...abbates quando celebrant pontificaliter n. 1.
...156. Item Regulares, quando concionantur.
...num. 5. fol. 157. Item simplex Sacerdos in con-
fessionali. num. 44. fol 16
Indulgentiarum sunt tria genera. num. 35. fol. 159
Et quæ includunt quæstuationem, sunt rovocatæ.
num. 37. fol. 159
Indulgentiæ communicantur inter Regulares. n. 38.
fol. 160. Vbi quomodo intelligenda bulla Sixit IV.
contraria.
Indulgentiæ diversæ non possunt lucrari simul n. 41
fol. 160. Et summæ Casar. reiiciuntur. ibid
Quando festum habens indulgentias trasfertur, quid
faciendum. ibid. 42.
Regulares habent diversas indulgentias, pro se ipsis
à Paulo. V. num. 36. Et pro animabus purgato-
rii. num. 31. fol. 159
Servientes Regular. habent eorum indulgentias.
num. 28. fol. 158
Audientes missam in Ecclesiis Regul. Officia divina,
vel concionem lucrantur indulgentias. num. 3.
& seq. fol. 156. Item visitantes eorum Ecclesias,
quacunque hora, & quocunque die. Et certis die-
bus, specialibus. num. 7. & seq. fol. 156
Indulgentiæ variæ sunt concessæ, pro festis domini-
can. num. 13. fol. 158. Item & pro festis Mino-
rum. ibid. num. 14. Item & pro confraternitati-
bus erectis in eorum Ecclesiis. num. 27. fol. 158

Infirmus.

Regul. infirmus satisfacit obligationi horarum, si
audit, dum ab alijs recitantur. num. 44. fol. 154
Aut dicendo certum psalmorũ numerum sibi à Præ-
lato, vel confessario taxandum ibid. n. 43
Et qui dubitat, an sua infirmitas sit sufficiens ad
relinquendum officium, debet stare iudicio Præ-
lati. ibid. num. 45.
Quæ omnia habent locum respectu valetudinarii,
& qui non potest nisi cũ tædio recitare. ib. n. 46
Infirmus potest curare sibi dici Missam in sua Ca-
mera, & ibi divina percipere. num. 1. fol. 171
Infirmus qui ad articulum mortis devenit, seu de
quo non est spes salutis, potest Professionem face-
re, etiamsi fortè annus nondum sit expletus.
num. 19. fol. 187
Et si convalescat, tenet Professio. ibid n. 20
Sed necesse est, ut habeat ætatem, quia in ea privil.

non

non dispensat, sed solùm in tempore. num. 21. fol. 188
Et hoc privil non fuit concessum à Papa, nisi ad effectum lucrandi indulgentias, quamvis in consequentiã Monasterium ei succedat. n. 4 & 5. fol. 316

Interdictum.

Ecclesiæ & loca Regularium non possunt interdici. num. 6. & 7. fol. 162
Regulares possunt celebrare divina in locis interdictis. num. 1. fol. 161
Et nullam inde censuram contrahunt. n. 3. f. 162
Aut si contrahunt, possunt ab ea absolvi à suis Confessariis ibid. n. 4 & 5
Et non revocantur hæc omnia privil. in Trident. num 3. fol. 299
Regulares possunt solemniter divina celebrare tempore interdicti, tã in locis remotis à civitatibus. num. 12. fol. 162
Quàm intra ipsas civitates. n. 13. & 14. fol. 163
Et num 8. fol. 239
Possunt item divina percipere, & solemniter sepeliri, quin & ipsorum famuli. fol. 162. n. 9. & 10
Possunt admittere ad divina certas personas & certum earum numerum. num. 15. & seq. f. 163
Etiamsi interdictum suspendatur certis diebus, censetur tamen servari, modò fuerit receptum. n. 5. fol. 289
Suspenditur autem certis diebus in Congreg. Vallisol. num. 21. fol. 164
Item & certis in Ordine Dominic. ibid. num. 23. Et certis in Ordine Minorum. ibid. n. 22. f. 164
Quando interdictum suspenditur in Ecclesiis Regul. possunt per id tempus ministrare divina fidelibus. num. 20. fol. 164
Et admittere Sacerdotes exteros ad eadem celebranda. num. 19. fol. 163
Quando admittitur Dominus ad divina tempore interdicti admitti debent & eius famuli. n. 17. fol. 22.

Interpretatio.

Omnis Scriptura semper interpretanda sic ut vitetur nullitas, & verborum superfluen
Interpretatio autẽ textu amplior veni
num. 6.
Vt & si verbis non quadrat.
Duobus modis potest fieri alicuius Scrip
pretatio, nempe aut à Principe au
Doctore, & cuius sit virtutis utra
Regulæ observandæ in interpretandi
& seq.
Privil. sic semper debet in interpreta
aliquid supra jus.
Odiosum restringatur.
Et favorabile extendatur num. 17.
Fallit tamen in quibusdam casibus. num.
Privil. interpretandum secundùm forma
tis. num. 22.
Secundùm materiam suam.
Etsi concessum fuit ad instantiam
postulata n. 21. fol. 31. &
Privil. contrarium statuto privato
ni, quomodo veniat interpretandum.
Cassinens. privil. non sunt interpretanda
rigorem. num. 27.
Regularium solus Papa potest interpre
fol. 31
Dominicanorum Generalis adiunctis
dam.
Privil. datum contra substantiam
interpretandum. num. 13.

Irregularitas.

Absolvens homicidam non dispensat
regul. contracta ex homicidio. num.
Vide v. absolutio. 7. Confessio v. dispen

Judicium.

Prælati regul. possunt in suis judiciis
pellatione remota, & postpositis
num. 1.
Hoc quomodo veniat intelligendum.
fol. 216
Iudex debet condemnare accusatum,
notitiâ scit esse innocentem, si
tus fuit reus. num. 8.
In judicio actor & reus sunt correlata

...unt permitti quod non concedatur alteri. n. fol. 23

...hoc plura exempla.

...laici frequenter cognoscunt de rebus Eccle-...ticis & Regularibus laudabiliter n. 53. f. 69

...ando autem indebitè vnde vindicta divina. ...n. 63. & 64. fol. 72

...adit qui citat clericum ad iudicem laicum. ...n. 14. fol. 64

...& sententia iudicis laici in clericum est ... ibid. num. 15

...duobus casibus. ibid. num. 16

Iurisdictio.

...Ecclesiastica & temporalis, sunt sorores, ...mutuò iuvant, & complent. n. 54. f. 60

...iure divino exempti à iurisd. temporali ...n. 1. fol. 64

...dicatur Imperator hoc privilegium il-...concessisse. num. 19 fol. 64

...Regulares iure divino sunt exempti ab Epi-...num. 10. fol. 132

...possunt etiam volentes se subiicere illorum ...ctioni. num. 13. fol. 133

...Regul. habent in suis Monasteriis iurisdi-...ordinariam. num. 3. fol. 208

...Episcopalem. ibid. num. 4

...delegare. num. 15. fol. 209

...absente à Monasterio, tota eius jurisdictio ...tur, ad eius Vicarium. num. 11. f. 209

...prælati habet iurisdictionem duplicem, ...ordinariam. num. 12. fol. 209

...quæ datur Regularibus per privilegia, an ...dicitur ordinaria, vel delegata n. 10. fol. 9

...Regulares possunt delegare in usu privilegiorum. ...num. 12.

...quando dicatur ordinaria. n. 2. fol. 207

Ius.

...post aliquid disponi variis modis. n. 3. f. 39

...non distinguit, neq. nos. num. 6. fol 239

...licitum redire ad ius commune. n. 50. f. 307

...insertum iuri, est eiusdē naturæ. n. 1. f. 3

...dum, & quomodo. num. 2

...tres effectus num. 5. fol. 4

Non retorquetur. num. 8

Quando ei derogatum censeatur ibid. num. 6.

Et ac hoc requisito. ibid. fol. 4

Quæ sunt iuris naturæ, non subiacent voluntati humanæ. num. 20. fol. 49

Prælati regul. non habent ius in vitam, vel membra eorum num. 11. fol. 217

Ius gladii competit quibusdam abbatibus de quo in v. Abbas.

Imò quæsitum nemini tollendum, nisi eo audito num. 6. fol. 258

Imò alieno nunquam censetur princeps derogare num. 13. fol. 29

Fallit in quibusdam. num. 15. ibid

Lex.

Legislator edens decretum obscurum, relinquit libertatem illius interpretandi. num. 11. & 12. fol. 282.

Quamdiu durat ratio propter quā lex fuit statuta, non debet mutari. num. 23. fol. 210

Vt lex aliqua valeat, requiruntur plures conditiones. num. 3. fol. 247

Et quæ. ibid.

Lex quæ se fundat in præsumptione, non obligat. num. 6. fol. 248

Quod habet locum respectu particularium. ibid. n. 7

Lex non obligat, quando cessat finis, etiam in casu privato, aut respectu personæ privatæ n. 8. f. 284

Aut quæ est inutilis ad talem finem. ibid. n. 12

Aut quando jam aliunde habetur. ibid. num. 10

Leges omnes admittunt Epicheiam. ibid. num. 11

Et Legislator edens legem obscuram, videtur reliquisse aliis libertatē illam. Nam interpretandi. num. 12. fol. 282

Conditio delusoria legis habetur pro non apposita in dispositione. num. 51. fol. 315

Ignorantia, Inadvertentia, & Oblivio excusant à transgressione legis. num. 4. fol 248

Quando lex iubet aliquid fieri, sufficit, si siemel. num. 10. fol. 282

Liber.

Librum nemo præsumitur edere, nisi bene perpen-

sis suis opinionibus. num. 10. fol. 241
Libri ab Hæreticis compositi sunt prohibiti. num. 7. fol. 165
Duobus modis num. 8. & quare. ibid.
Non potest dici sine temeritate, non esse periculum in lectione librorum hæreticorum. num. 7. cit. Et huius peccati reus debet aut librum, quem legit specificare aut dicere ubi sit prohibitus. n. 9. fol. 166
Regulares habent privil. legendi libros prohibitos. num 1. fol. 165
Cui Societ. Iesu dicitur renuntiásse. num. 2.
Et de facto fuit revocatum à diversis Pontif. ib. n. 3
In libris imprimendis quid observandũ. n. 26. f. 291
Libri hæretici licitè leguntur in Anglia, Germania, Gallia &c. num. 9. fol. 119

Matrimonium.

Quando coniugati non possunt separari sine scandalo, & non patet accessus ad Papam, potest Episcopus cum illis dispensare. nu. 5. fol. 167
Item & Regularis. ibid.
Quando dispensatio ad matrim. fuit obtenta subreptitiè, potest Episcopus dispensare cum partibus. num. 7
Item & Regularis. num. 8. fol. 167
Regularis potest dispensare cum illis, qui contraxerunt cum impedimento criminis. num. 2. f. 167
Regul. possunt dispensare cum illis, qui contraxerunt in 1. gradu affinitatis. num. 3. f. 167
Regularis potest dispensare cum iis, qui clandestinè contraxerunt ubi, & quomodo. num. 1. fol. 166.
Regul. possunt dispensare cum coniugatis obstrictis voto simplici castitatis ad petendum & reddendum. num. 9. fol. 107
Item & cum incestuosis. num. 12. fol. 168
Quando autem incestuosi indigeant dispensatione. vide v. incestus.
Absolvens uxoricidam non dispensat ad ducendum adulteram. num. 74. fol. 120
Quando innovatur matrim. non est opus iterum adesse testes vel parochum. num. 3. fol. 167

Medicus.

Medici Regularium gaudent omnibus eorum Indulgentiis. num. 30. fol. 159
Nemine autem Medicorum hic sese bent intelligi Chirurgi, Pharmacopœ eiusmodi.
Vide v. servitores, & v. indulgentiæ.

Membrum.

Membrum discrepare à suo toto, turpe
Membra Monasteriorum non habent legia. num. 20.
Fallit in aliquibus. num. 2.

Merces.

Pro quo quis laboravit, ab eo mercedem fol. 313
Mercedem indebitè à Rege aut Reipũb biles, qui militant.
Quorum gesta in bello, plerumque gra compensanda suppliciis.

Meum.

Quod meum est, non potest iterũm fieri

Miles.

Militare prohibentur diversæ personæ
Habent milites plura privilegia, de scripserunt. num. 1.
Sed iis non gaudent postquam reversi ditione. num. 22.
Nõ adstringuntur ad scrupulositates
Et excusantur, si contra illud delinquant
Secus tamen, si contra naturale.
Militum facta sunt explicanda secundum tatem. num. 3.
Sunt privilegiati circa facultatẽ testan
Miles oneratus debitis non tenetur tùm potest.
Vnde non potest fieri executio super num. 11.

Missa.

Quæ sint requisita ex instituto Eccles lebrandam Missam, vide dub. 25. p riæ opiniones, & plurima doctrina
Regulariter Missa non debet dici ante que post meridiem. num. 6. & seq.
Et quare.
Sin autem non excusatur à peccato, dè, aut nimis citò celebrat. num. 12

...sa tamen licet ante diem, imò statim post ma-
...nũ & tribus horis post merid. n. 3. & seq. f. 170
...res possunt dicere Missam, ubicunque repe-
...ntur in arcibus tempore belli. n. 2. fol. 171
...ris. num. 3
...ris sæcularium. num. 5. f. 172
...ris civitatum ibid.
...sis interdictis. num. 8
...in pollutis magis refragatur Author n. 9.
...num. 20. fol. 174
...verò assentitur propter exempla antiquo-
...num. 20. fol. 174
...potest dare licentiam celebrandi extra
...ciam in diversis casibus, non tamen potest
...ad hoc privilegium. num. 15. fol. 173
...in eisdem casibus licitum est absque alia
...celebrare extra Ecclesiam. ibid. n. 16
...dum nonnullos ex sola devotione, etiam-
...necessitas urgeat. ibid. num. 18
...pro Missa accipere pecuniam. n. 14. f. 176
...licet accipere. ibid.
...Eleemosynæ pro pluribus Missis, possunt con-
...ut per unicam satisfiat. num. 12. f. 176
...privilegii iustitia defenditur. ibid. num. 13
...tamen à S. Congreg. n. 16. & seq. f. 177
...Missam anticipatè pro eo, quem scit Deus
...Eleemosynam, illicitum. n. 15. fol. 177
...satisfaciunt cum 9. collectis obligationi
...Missarum. num. 1. fol. 174
...regul. possunt reducere onera Missarum.
...2. fol. 175
...extra visitationem. num. 10. fol. 176
...tamen recipere Missas cum intentione pe-
...reductionem. num. 11. fol. 176
...speciales concessæ quibusdam Regularibus non
...dici ab aliis, etiam in eorum Ecclesiis, sed
...loco dicuntur de communi. n. 36. fol. 139
...privilegiato Missa non suffragatur nisi di-
...de requiem. n. 27. fol. 178
...autẽ duplici de præcepto, non licet dicere de
...& sic tali die vacat altare. n. 26. f. 178
...data pro Missa de requiẽ, de Beata &c.
...potest retineri, nisi in individuo talis dica-
...n. 21. & seq. fol. 177

Contrarium tamen tenent aliqui. num. 33. fol. 178
Et utraque opinio componitur. ibid. num. 34
Loco Missæ in Altari privilegiato dicendæ, licitum applicare animæ existenti in purgat. indulgentiam gravi benedicti. num. 29. fol. 178
Missarum obligationes possunt transferri ad alium locum. num. 42. fol. 180
Fallit tamen in quibusdam casibus. ibid. num. 43
Circa hanc materiam de celebratione Missarum plura alia decreta emanaverunt à S. Congreg. quæ referuntur. num. 16. & seq. fol. 177
Privilegia Regul. circa Missas celebrandas in locis non sacris non sunt revocata. n. 10. fol. 172
Et non possunt impediri ab Episcopis. n. 12. ibid.

Minimi.

An sint exempti à solutione quartæ. n. 28. fol. 19

Monachus.

Monachus comparatur servo. num. 35. fol. 304
Et filio familias. num. 25. fol. 89
Acquirit Nobilitatem in ingressu Monasterii. n. 36 fol. 312
Et secundùm alios perdit. ibid. num. 35
Monahus non habet velle quomodo intelligendum. num. 5. fol. 283
Monachi olim poterant testari. n. 17. fol. 268
Monachi non debent ambire dignitates. n. 1. f. 330
Neque ad has possunt consentire. ibid. num. 2.
Neque etiam debent recusare, num. 1. cit.
Monachatus non est beneficium. num. 17. fol. 297
Monachus unicus olim faciebat fidem in judicio. num. 10. fol. 73
Monachi succedunt suis agnatis, perinde ac si essent in sæculo. c. 11. per tot. fol. 143
Hæresis suscitata contra Monachos ministrantes sacramenta, & supressa à Bonif. IV. n. 7. fol. 252
Monachis Cassin. de jure debetur præcedentia per totum Ordinem S. Bened. n. 60. fol. 328
Monachi sunt Clerici, & clericalem habitum recipiunt. num. 26. fol. 203

Monasterium.

Iura omnia favent Monasteriorum exstructioni. num. 2. fol. 181
Varia tamen decreta super hoc negotio emanave-

runt à Curia Rom. quæ referuntur. n. 12. f. 182
Potest quis cogi ad rem suam vendendam pro ædificando vel ampliando Monasterio. n. 2. f. 181
Habens ædificium vicinum Monasterio, non potest in eo tenere meretricem, nec exercere artem incommodam fratribus, n. 4. & seq. fol. 181
Monasteria sunt similia cælo, & paradiso terrestri. num. 17. fol. 309
Non possunt gravari nova consuetudine. n. 19. f. 110
Habent jus asili. num. 43. fol. 67
Monasteria incommoda possunt retineri sine fratribus. num. 17. fol. 182
Transferri ad loca commodiora. ibid. num. 18
Priori loco redacto ad usus profanos. n. 20. f. 183
Minora redigi in unum. ibid. num. 21
Quæ occupantur à relaxatis, & cum scandalo viventibus ipsis tolli. num. 19 fol. 348
Et dari reformatio ejusdem Ordinis, non autem alterius. ibid.
Grangiæ Regular. habere eandem immunitatem, atque ipsa Monasteria. num. 24. fol. 183
Quod intelligitur de privilegio. Nam de jure communi secus est, & membra Monasteriorum non utuntur privilegiis eorum. num. 20. f. 23
Secus aliquando. num. 2. fol. 136
Monasteria Regul. sunt exempta ab Episcopis, adeò ut non possint ab illis interdici, visitari aut ulla exactione gravari. num. 1. & seq. 135.
Non possunt item Episcopi in eis Missas celebrare Conventum instituere, nec ullum actum jurisdictionis exercere. num. 6. fol. 135
Regulares non possunt obligari ad dandum hospitiũ cuiquam in suis Monasteriis aut locis n. 7. f. 136
Neq; ad custodiendum quemquam, n. 8. fol. 136
Monasteria & loca Augustinian. nemo potest impetrare, nisi servata certa conditione. n. 23. f. 183
Monasterium Cassin. non venit nomine suæ Congreg. in odiosis. num. 63. fol. 328
Nec item alia quæ sunt capita Ordinum, eorum nomine. n. 70. fol. 330
Fæminæ possunt ingredi Monasteria virorum in quibusdam occasionibus & casibus ac servatis quibusdam circumstantiis. n. 25. fol. 183
Regina ingrediente Monasterium, ingredi[illegible] mul puellæ. ibid. & num. 16.
At pro ingressu ad Monasteria monialiũ [illegible] ad eas accessu, varia decreta à Curia [illegible] prodierunt, quorum nonnulla referuntur [illegible] & seq.

Mundus.

Mundum duplicem faciebat Plato, [illegible] alterum umbrarum. num. 40.

Mutatio.

In omni dispositione semper intelligitur, [illegible] tetur rei status. n. 26.
Omnis mutatio dedecet Principem. n. 2.
Prælati regul. non possunt mutare substan[illegible] Regulæ. num. 1.

Nobilitas.

Vera Nobilitas in quo consistat. n. 45.
Nobiles habent plura privilegia, de qui[illegible] scripserunt. num. 1.
Reus est falsi, qui se dicit Nobilem, si non [illegible]
Nobilis est magis civis.
Præsumitur semper pro Nobilitate. n. 6
Et in quibus.
Nunc secus. num. 11.
Magis creditur testi Nobili, quàm plebejo [illegible]
Nobilis admittitur faciliùs ad purgat. n. [illegible]
Nobilis non subditur pœnis viliũ person. n. [illegible]
Neque tam atrocibus.
Quod fallit in quibusdam casib. n. 16.
In Monasteriis fundat. pro Nobilibus non [illegible] cipi nisi Nobiles. num. 1.
In aliis autem debent recipi indifferenter [illegible] & non Nobiles. num. 5.
Et quod aliqua affectentur soli nobilitati [illegible] tur ibid. per tot.
Et statuta super hoc sunt invalida. n. 24
Nobiles qui liberos suos dant Religioni, [illegible] non dant, nisi malè natos. num. 18.
Nullus textus invenitur in iure, per quem [illegible] bari, danda esse bona Ecclesiastica [illegible] Nobilitatem præcisè. num. 43.
Nobiles petentes bona Ecclesiarum, & [illegible] rum frequenter repulsi à Principib. n. [illegible]

Accipi[illegible]

gio nobilitatis inter fideles, reprobatur à duo-
o Apostolic. num. 30. fol. 311
er Monachos eius rationem habere, stultum.
. num. 31.

Nomen.

a aliqua conveniunt sub communi vocabulo,
me unius, comprehenduntur & alia. n. 6.
6.
Monachi non venit Abbas. num. 12. fol. 86
ne abbatis, Abbas abbatum n. 63. fol 328
a nomine Italiæ. num. 64. fol. 328
tas Episcopalis, nomine diœcesis. Nec re-
nomine Regni. ibid. num. 65.

Novitius.

dent privil. Professorum. n. 10. fol. 22
, quæ concernunt receptionem Ordinum.
15. fol. 194
sint absolvi ab omnibus suis casibus, &
us, num. 8. fol. 186
rincidentia. ibid. n. 12
opus eos ad Papam remitti. ibid. num. 14
atum debent admitti viri alterius lin-
& quare. num. 4. fol. 155
endicantes possunt recipi à Camalaul. &
fessionem ad omnia officia Ordinis pro-
m. num. 7. f. 186. & num 1. fol 228
atur quando censeatur interrumpi. n. 16.
17.
s remiri possunt ad componendam integ-
m. anni, qui requiritur ad professionem,
. num. 15.
am ubi servatur Trid. ibid. num. 17.
discedenti debet monasterium reddere
quid attulit, & ad hoc potest Episcopus coge-
. num. 18. fol. 391
firmus, de cuius salute dubitatur, potest
nem emittere, etiam si non absolverit
mentum, & casu quo convalescat, tenet
, siquidem habebat ætatem legitimam,
non habebat. num. 19. fol. 187
m succedit novitio professo. dub. 28. ubi
a super hac materia. fol. 315
valitum nubenti, debetur ingredienti Re-
ligionem. num. 4. fol. 21.
Qui unam. Religionem vovit liber est, si in alia pro-
fiteatur, secus si aliam ingressus ab ea recedit.
num. 1. & 3. fol. 185

Nuditas.

S. Paulus abhorruit nuditatem sui corporis, & S.
Ammonius suorum pedum. num. 3 & 5. fol. 337
Deus fecit Adæ tunicam pelliceam, ne appareret
nudus. num. 11. fol. 339. & diversimode sancto-
rum martyrum corpora miraculose operuit. n. 7
fol 338.
Nuditas est contra naturam, & sola animalia, quæ
carent ratione, ea non moventur. n. 3. fol. 337
& num. 11. fol. 339

Obligatio.

Obligationes non inducuntur, nisi prout invenitur
in jure expressum. num. 12. fol. 297
Gravis materia potest obligare solùm sub veniali.
num. 26. fol. 298
Obligatus aliquid facere, satisfacit si semel. n. 20.
fol. 282

Occultum.

Occultum quando dicatur delictum. n. 37. fol. 214

Officium.

Regularis non potest obligari ad acceptandum
ullum officium extra suum Ordinem. n. 7. fol. 138
Fallit si deferatur à Principe. ibid. num. 8.
Et multi sic oblata acceptarunt. ibid. num. 9.
Et ad hoc habent Principes privilegium n. 10. f. 138
Regularis occupatus officiis Monasterii, satisfacit
breviario, dicendo certum psalmorum numerũ.
num. 37. fol. 154

Opinio.

Opinio quid. num. 1. fol. 240. Semper est probabi-
lis. ibid. num. 2. Quod contingit ex diversis ca-
pitibus. num. 5. fol. 240. & est imprudentium,
dicere de aliqua, quòd sit improbab. num. 11.
fol. 241
Quid tenendum de opinione sui magistri, amici, cõ-
fessarii, vel Prælati. num. 13. & seq. fol. 242
An opinio probabilis ex hoc, quòd à multis tene-
tur. ibid. num. 15. Et an probabilior, quò à plu-
ribus. num. 18. & 19. fol. 243

Opinio

Opinio communis facit jus, & habet excusare. n. 16 fol. 242.
In materia tamen favorabili, præfertur opinio unius doctoris, omnibus aliis, & etiam cõmuni. num. 24. fol. 244
In conflictu opinionum, quæ præferenda. n. 20 fol. 243.
In delectu opinionum, habenda Authorum discretio. num. 6. fol. 42
Quando dubitatur de opinione alicuius Authoris quid faciendum. num. 26. fol. 244
De eadem re possunt esse diversæ opiniones. n. 28. fol. 254. & eadem persona potest habere diversas, ac in agendo & consulendo, nunc unam sequi, nunc alteram. ibid. num. 29
Vana opinio non sufficit ad iustum titulum. n. 9. fol. 14.

Oracula.

Privil. data per oraculum, sunt omnia eiusdem efficaciæ, ac data per scripturam. num. 20. fol. 27
Oracula sunt omnia confirmata. ibid. Et habent naturam constitutionum ibid. num. 21.
A pluribus pontificibus sunt revocata num. 38. f. 51 Sed revocatio effectivè pauca afficit. ibid. n. 39

Ordines.

Ordines minores conferre potest Abbas, etiam non benedictus. num. 1. & 2. fol. 188. suis monachis, etiam novitiis, clericis sibi subditis, & Regularibus aliorum Ordinum. ibid. vsque ad. n 6
Abbas Cisterc. potest conferre Ord. Diaconatus, n. 7. fol. 190. Et simplex sacerdos, ex commissiõe papæ, potest omnes conferre. ibid. n. 9. & seq;
Regular. possunt accipere ordines, à quo Episcopo maluerint. num. 1. fol. 192
Possunt invitare ad sua monasteria, quem maluerint Episcopum, à quo ordinentur. ibid. n. 3
Possunt ordinari ante ætatem iure requisitam n. 8. fol. 193. Extra tempora, & eodem die plures Ordines recipere. ibid. num. 6. & 7. & num. 2. fol. 238.
Prælati Regul. possunt dispensare cum suis in interstitiis. num. 4. fol. 192. Et ut ad ulteriores Ordines ascendant etiam si fortè minùs legitimè, priores susceperint. num. 5. Et in qu[...] aliis impedimentis. ibidem fol. 193.
Et non sunt revocata supramemorata omn[...] legia. num. 13.
Prælati regul. possunt pispensare cum su[...] nùs legitimè aliquem Ordinem suscep[...] illum exerceant. num. 1. fol. 195. Et [...] aliquam censuram contraxerunt, [...] legitimè aliquem Ordinem. ibid.

Papa.

Est proprius sacerdos omnium fidelium. n. [...]
Multi electi fuere ex tenui familia. n. [...]
Papæ concessiones intelliguntur semper [...] alieno. num. 28. fol. 203. & indepen[...] Episcopis. num. 7.
In Papa est summa potestas ad leges fere[...] fol. 247. Non potest errare in bullis pr[...] dub. 7. num. 42. Prima eius intentio [...] re cuique ius suum. num. 4.
Eius, & sedis apost. propugnatores sunt [...] & ipsius interest, eos manutenere. n. [...] A congregationibus monasticis accepit [...] charitativum subsidium, cum multo e[...] modo. num. 5.
Vnus papa an possit ligare successores num. [...] An formam aliquam servandam pr[...] num. 40. fol. 265. An secum dispensare [...] vatione huius formæ ibid. num. 41. [...] proponuntur exempla. dub. 7. n. 16. [...]
Papa an possit aliquam rem elevare ad [...] tum, ad quam tunc non possint succe[...] nus extendere.
Papa non potest revocare suos contractus, [...] num. 21.

Pauper.

Paupertas religiosa habet suam latitudi[...] fol. 275.
Pauperes Christus adlegit in suum col[...] Paterfamilias ad nuptias suas voca[...] & 11. fol. 309.
Pauperum sunt varia privilegia, & à [...] ctata. num. 1.
Pauper potest in prima instantia citare [...] curam

curiam principis. num 2. fol. 76
...perum causæ sunt ante alias examinandæ. n. 4 fol. 77. Gratis. num. 5. Et etiam gratis ab advocatis defendendæ. num. 6. fol. 77
...tenetur providere pauperi de advocato ibid. num. 7. Non valenti producere testes subvenire. n. 8. Apellanti, acta gratis exhibere. n. 9.
...excusatur, à lapsu fataliũ apellationis ibid. num. 10. Item & à restitutione impensarum, & ...tuum. num. 11. fo. 77
...tenetur mittere ad pauperem pro testimonio. num. 13. fol. 77
...tas tenet locum fisci. num. 15. fol. 77
...factum pauperibus, reputatur in causam ..., & habet privilegia causæ piæ. n. 16. f. 77

Pena.

...Regul. possunt subiicere facinorosos pœnis ...ribus, quàm sint solitæ, num. 9. fol. 217.
...damnare ad triremes, vel carcerem per... ibid. num. 10
...men habent ius vitæ & necis. ibid. n. 11
...rtem cuiusquam non possunt consentire. ib.
...mici doctrina damnata refertur. num. 11. ...217

Præcedentia.

...præcedentiam servandæ locorum consuetudi... vel observandum quid fiat Romæ, vel atten... possessio, vel respectus habendus ad prio... originis. n. 1. fol. 158
...iter Clerus sæcularis præcedit Regula... etiam in ipsorum Ecclesiis. num. 4. fol. 199.
...tamen in quibusdam. ibid. n. 5
...Regulares præcedunt non Mendicantes. n. 6 fol. 199
...Mendicantes Ordines præcedunt quatuor an... ...tes, & inter hos Dominic. ibid. n. 9. & 10
...ne minorum præcedunt, qui sunt de ob... ...tia, ibid. n. 11. Et Capuccini tenent no... ...locum. num. 12. fol. 200
...Ordines non Mendic. Lateranenses præce... ..., num. 13. fol. 12. gratiâ potiùs, quàm ... ibid. num. 17
...præcedentiæ inter Benedictinos & Augustinianos. a. num. 18. usque ad 34. fol. 200
Inter Monachos præcedunt Bened. & inter hos nigri. Alii verò debent sibi cedere respectivè pro ratione antiquitatis. n. 34. & seq. fol. 205
Abbas Cassin. debet præcedere omnes Abbates de iure, quidquid sit de facto; post Abbatem verò Cassin. immediatè locum debet accipere, Abbas S. Augustini Cantuar. n. 38. fol. 205. Alii Abbates debent sibi respectivè cedere pro ratione suæ promotionis absque respectu ad suos Ordines vel Congreg. n. 14. fol. 200
Abbates præcedunt simplices Monachos vel Canonicos cuiuscunque sint Ordinis. ibid. n. 16
Quando verò in eadem civitate sunt plura Monast. eiusdem Ord. præcedunt fratres eorum se invicẽ pro ratione antiquitatis, eorundẽ. n. 39. f. 206

Præscriptio.

Quid sit fol. 10. quæ ad illam requisita. fol. 11
Æquiparatur iudicatis & transactis. num. 18
Et facit tutum in conscientia. num. 19. fol. 8
Omnia quæ sunt jurisdictionis, possunt præscribi: nõ autem quæ sunt Ordinis. Quamvis & in his possit præscribi libertas. fol. 11
Omnia privilegia, quæ possunt concedi, possunt etiã præscribi. ibid. n. 7. Et tamen privilegia vel bona Regularium nemo potest præscribere. n. 4. fol. 59. n. 18. & 19. fol. 97
Præscriptio non extenditur. num. 12. f. 12
Et nunquam currit, nec habet locum respectu Cassinensium. num. 4 fol. 59
Præscriptionis jura possunt retorqueri. num. 3. f 23

Prælatus.

Nomine Prælati quis intelligendus. num. 1. fol 207.
Prælati regul. habent jurisd. & administrationem multis titulis. ibid. num. 2. Sunt in dignitate constituti. n. 5. fol. 208. Et possunt esse delegati Papæ, ac judices sinodales. ibid.
Priores locales Monasteriorum æquiparantur in eis Provincialibus. num. 10. fol. 209
Prælato Monasterii absente omnis eius authoritas devolvitur ad Vicarium. ibid. num 11. quantùm oporteat eum abesse. num. 13. fol. 209
In Prælatos eligendi inter Regulares, qui sint asueti ob-

ti observantiæ. num 8. fol. 331

Princeps.

Non utitur servitiis ignobilium. num. 5. fol. 61. Sed ex quo aliquis admittitur ad eius servitium, censetur Nobilitari. num. 4. fol. 61

Non potest Ecclesiam sua lege includere, nec illi privilegio favere. num. 3. fol. 7

Est tamen advocatus Ecclesiarum. n. 51. fol. 68

In quarum causis habet jus interveniendi. num. 54. fol. 69. Et de facto multi laudabiliter sic intervenerunt. num. 55. fol. 70

Principis voluntas semper præsumitur talis, qualis de jure debet esse. num. 14. fol. 29. fictione autem iuris inducitur in eo voluntas universalis, per quam incurrit cum omnibus sibi subalternis in sua ditione, & supplet defectus errantium ad gesta validanda in utilitatem publicam. n. 4. & 5. fol. 13

Princeps nunquam intelligitur velle derogare iuri tertii. num. 13. f. 92

Potest rem suam alteri tollere. num. 4. fol. 36

Hoc quomodo intelligendum. num. 19. fol. 37

Quod in principe indecens, impossibile. n. 3. fol. 47

In principe sola voluntas est causa sufficiens privilegii. num. 8. fol. 8. Sed non potest sine causa revocare. num. 8. fol. 47. Et tunc debet privilegiatum compensare. num. 6. fol. 47

In principe causa semper præsumitur iusta. num. 8 fol. 37.

De potestate principis dubitare, nefas num. 6. f. 37 Et nemo potest illi dicere, cur ita facis. num. 7

Non potest contra illum præscribi plenitudo potestatis. Nec ipse potest illam abdicare, exhaurire. num 9. & 10. fol. 37.

Principi incumbit conservatio familiarum illustriũ suæ ditionis, & bonorum avitorum in eis. n. 18. fol. 145.

Princeps habens nominationem beneficiorum, non potest nominare, nisi in illis Provinciis, quas possidebat tempore factæ concessionis. n. 24. f. 23

Aliqui Principes fuêre sollis suis exturbati, quòd plus æquo se Ecclesiasticis negotiis immiscuerint. n 64 f. 72. Et propter vitia. num. 24. fol. 349

Privilegii Natura.

Privilegium quid sit & quæ huius nomina num. 1. & sequentia.

Non potest esse conforme iur. ibid. sed semp addit. n. 9 & 10.

Aliqua tamen non plùs concedunt, quàm jure liceat. Imo & aliqua minùs.

Quare data talia privilegia.

Vnum privil. quando dicatur alio potent

Privil. adversatur præscriptioni. num.

Constituit privatam legem. num. 5.

Tollit obligationem legis num. 7

Quomodo differat à lege n. 6. Quomodo satione. num. 13.

Privilegii effectus ibid. & num. 5.

Privilegia Regul. sunt iurata. num. 6.

Et transierunt in contractum. num. 35. 11. fol. 259. & num. 6.

Privilegia concessa per oraculum habent constitutionum num. 38. fol. 51. & ibi Et sunt eiusdem efficaciæ. num. 19 Item & omnia sunt eiusdem efficacia ris, quàm Cruciata. num 8

Privil. Concessio.

Qui potest ferre legem, potest dare privil fol. 7. Non datur autem privilegium sa. fol. 8. Sed in Principe sola volu tatur causa sufficiens.

Privil. non datur nisi subditis ibid. num.

Papa sua dat independenter ab Episcopis

Generalis concessio omnia comprehendit.

Impetratio privileg. generat malam fi qui præscripsit. num. 2.

Privil. concessum hoc ipso censetur adim reiicitur. num. 4.

Singulis annis innovantur Cassin. sua num. 13.

Regularibus concessa sunt privilegia quadruplicis generis. num. 7.

Et horum multa pars propter observantiã

Infestatio autem Episcoporum & Clerus fuit illis augendis. num. 10.

...communi verò ob varias alias causas, de quibus ...num. 9. fol. 8
...legia Regul. fuerunt illis concessa de mera li...alitate Sed. Apost. De plenitudine potestatis ...proprio, & ex certa scientia.
...diversis aliis clausulis & formis adhuc effica...ibus. De quibus num. 23. & seq. fol. 18
...m. 16. ac. seq. fol. 260

Privil. Diversitas.

...legiorum alia dicuntur oracula, alia consti...ones, seu per Bullam data. num. 36. fol. 51
...alia sunt inserta juri, alia extravagantur, ...que inter ex differentia. fol. 3. & 24
...alia sunt localia, realia alia, iuxta alia, & ...tum natura. fol. 4. & 5
...sunt singularia, collegialia alia, & de ...dem natura. num. 15. fol. 5

Privil. Confirmatio.

...rmatio dicitur duobus modis. n. 1. fol. 24
...duobus modis. num. 5. fol. 25
...firmatione privil. arguitur concessio. n. 3. ...25
...privil. Regularium fuerunt confirmata sub ...sis clausulis. ibid. num. 9. & seq.
...ate talis confirmationis, si aliqua erant re...ata, censentur restituta. n. 12. fol. 26
...per hanc confirmationem censentur innova...illa, quæ aliàs specialem requirunt expressio...m. ibid. num. 11
...oracula. num. 20. fol. 27

Privil. Extensio.

...extenduntur propter significationem vocis. ...connexionem materiæ, aut Personæ, aut dispo...ionem juris. num. 1. fol. 21
...insertum iuri extenditur instar ipsius iuris. ...m. 2. fol. 3
...viri extenditur ad uxorem. num. 2. fol. 21
...parum ad Virgines. num. 2. fol. 21
...m. 7. num. 22
...ad familiam. num. 6. fol. 22
...rum, Nobilium, Militum & Pauperum ad ...gulares. num. 10. fol. 22
...tum & Nobilium ad Clericos. ibid.
Monachorum ad moniales. num. 11
Professorum ad Novitios. n. 10. & Abbat. n. 14. f. 22
Viventium sub una Regula ad viventes sub duabus aliis. num. 13. fol. 22
Non fit tamen extensio ad posthuma. num. 21. f. 23
Neque item extenduntur privilegia inquisita per præscriptionem. c. 3. §. 2.
Neque item extenduntur in præiudicium tertii, aut Reipubl. n. 20. fol. 23
Neque ad aliam personam. ibid.

Privil. Communicatio.

Quid sit, & à quo facienda. num. 1. f. 15
Quomodo intelligenda. n. 27. f. 19
Vir eius in quo consistat. num. 2. fol. 15
Quando communicatur privilegium, communicatur ipsa gratia absque respectu ad modum utentium. ibid. n. 3
Non tamen plùs vel minùs datur, quàm sit in originali. num. 4. fol. 16
Communicatio privil. inter Regulares fit duobus modis. ibid. num. 6
Et complectitur etiam præscripta. num. 5
Concedenda num. 21 fol. 18
Exorbitantia. num. 2. fol. 238
Quæ specialem requirunt mentionem. fol. 18
Et etiã illa quæ prohibentur communicari n 24 f. 18
Privil. unius Ordinis communicantur omnibus aliis unius Provinciæ, aliis eiusdem Ord. n 7. fol. 16
Et unius Monasterii, aliis eiusdem & Provinciæ & Ordinis. num. 8. & num. 2. fol. 236
Vnde omnia privil. sunt iam omnibus communia. num. 9. fol. 17
Et num 26. fol. 19. num. 8. fol. 239
Quem finem habuerint Pontif. in concedenda Regularibus privileg. communicatione. n. 7. f. 239
Communicatio non habet locũ, ubi agitur de damno tertii. num. 28. fol. 19
Neque in his, quæ statui repugnant, n. 30. fol. 20
Neque ubi sequeretur absurdum. num. 32. fol. 20
Neque in his, quæ non sunt concessa intuitu Religionis. num. 34. fol. 20
Privilegia Cassin. quibus sint communicata. n. 10. fol. 17

Camald. quibus num. 11
Lateranens. quibus num. 12
Mendicant. quibus num. 19
Societat. Iesu quibus num. 13
Dominican. quibus. fol. 19. & 20
Minorum, quibus num. 17. & n. 40. fol. 21
Minimorum, quibus. num. 39. fol. 20
Trinitar. quibus. num 38. fol. 20
Congregationes monasticæ habent communicationem privil. Mendic. num. 19. fol. 17
Congreg. Portugal. S. Bened. quam communic. habeat. n. 14. fol. 17
Quam Fulienses. ibid. num. 15
Quam Cœlestini. num. 16. & fol. 28. n. 20
Quam Augustin. ibid. & n. 4. fol. 237
Quam Camald. num. 20. fol. 18
Et ibi de aliis pluribus.

Privil. Retorquutio.

Privilegia possunt in allegantem retorqueri, & quo iure. num. 1. fol. 23
Retorquutio habet locum in præscriptione. fol. 23
In actore & reo. De quo proponuntur exempla. num. 5. & 6. f. 24
Non habet verò locum respectu causæ piæ. f. 24
Neque in insertis corpori iuris. fol. 4. & 24
Neque in concessis motu proprio. num. 9. f. 24

Privil. Vsus.

In casu privilegiorum reperitur magna perplexitas, & unde num. 1. fol. 41
Non facilè utendum privil. ibid. & quare. n. 2
In usu privil. sufficit opinio probabilis. n. 5. f. 42
Et item ad continuandum usum. fol. 12
Ad quod item sufficit præscriptio etiam post detectum errorem. ibid.
Regulares possunt uti suis privilegiis in utroque foro, & extra Confessionem. n. 14. fol. 42
Et num. 16. fol. 107
Privilegiis concessis pro partibus infidelium nefas uti ubi Ecclesia floret. num. 36. fol. 20
Contra usum privil. obiectiones. n. 2. fol. 252
Et responsio. n. 22. fol. 283
Regulares possunt ut suis privilegiis sine speciali licentia suorum Superiorum, num. 20. fol. 43
Et non possunt Superiores hunc usum illi nec impedire. ibid.
Neq; Episcopi, aut Magistratus temporal.
Privilegiatus non utitur privilegio privilegiatum. num. 16. fallit in sibus. num. 17.
Privilegio modificato in uno Ordine, alii sequi modificationem. num. 21.
Vt privil. dicatur esse in usu quid requ. fol. 26
Incredibile usum ullius fuisse gener. sum. num. 14.
Vsu privil. non turbatur Ordo Hierarchia, & quare, num. 23.
Privil. revocato uti nefas. num. 30.
Etiam non recepta revocatione. ib. Sec. opinione.
Non usus privilegii inducit præsumptionis tionis num. 10.
Qui non fuit usus aliquo tempore suo test ad illud redire. n. 7.
Etiamsi habuerit usum contrarium.
Et etiam in odiosis. ibid. num. 9.
Vsus contrar. in privil. quomodo dicatur
Resolvitur plerumq; in simplicem non
Et aliquando inducit præsumptionem nis.
Et in eo includitur præscriptio. ibid.

Privil. Probatio.

Privilegia non sunt facilè adstruenda num. 28.
In his facilius præsumitur falsitas. ibid. fol. 2
Quando est dubium de aliquo, quid fol. 42
Ad probandum privil. an sufficiat mationem. num. 4.
Quoddam privil. probatum per solos lo mentionem facientes. num. 6.

Privil. Amissio.

Meretur quo amittere privilegii Crivien, vitam alienam, si sua si non concessa usurpat. Ob

...ientem, vel si incipit esse aliis nimis damnosum. fol. 45
...l. amittitur effectivè sex modis, & non licet ...illud redire. num. 1. & 2. fol. 46
...sio verò non præsumitur amissum, n. 3. ibid.
...legium amitti ad cessationem causæ, quomo... intelligendum. num. 1. & seq. f. 54
...huius axiomatis explicationes. n. 12. & seq.
...simpliciter favorabile nunquam amittitur ...simplicem non usum. num. 4. fol. 56
...requisita ad hoc, ut per non usum amit... aliquod. num. 3. & 6. fol. 56
...l. amittatur per contrarium usum, quæ re... num. 6. fol. 58
...res nullum privil. amiserunt, seu per non ... num. 13. f. 57
...contrarium usum. num. 7. fol. 58
...desolatus non amittit sua privilegia. S. 1. c. 2
...si authoritate Superioris destruatur. ibid. ...m. 12. & 13. fol. 5
...terium non gaudet ampliùs privilegiis Con...gationis, à qua separatur. num. 11. fol. 55
...amittit privil. Nundinarum, si per 10. ...nullas celebravit. num. 1. fol. 56
...universitas, quæ nullum doctoravit, amit... privil. doctorandi num. 2. fol. 56
...relaxati, an ob id amittant sua privileg. ...m. 7. & 9. fol. 54. & 55
...datum ob paupertatem non amittit, quis ...quam factus est dives. num. 13. fol. 55
...datum ob multitudinem prolis non amittit, ...pars moritur. num. 14. fol. 55
...datum ob dignitatem eâ abdicatâ, num. 16. fol. 56

Privil. Derogatio.

...uri insertũ, quando censeatur derogatum. num. 2
...quid requisitum. num. 7. fol. 4
...legium potest derogari per formam æquiva...lentem, num. 10. fol. 40
...rium tamen verius. ibid.
...derogatur alicui privil. Regularium, hoc ...restituitur. num. 25. fol. 19

Quando in derogatione requiriter specialis mentio quid observandum. n. 8. & 9. f. 39 & 40
Derogatio privil. non obligat, nisi juridicè notificata. num. 15. fol. 249
Et acceptata. num. 18. fol. 250
Iniustum derogare privil. propter privatorum culpas. num. 22. fol. 355
Pontifices aliqui à Deo puniti, quód derogaverint privil. Regul. Item & Episcopus num. 20. & 21 fol. 255
In derogationibus privil. sæpe contingit subreptio, num. 20. fol. 250
Privil. Regul. non expedit derogari, n. 12. fol. 253
Effectivè nulli fuit hactenus sufficienter derogatum, num. 1. & 2. fol. 258
Nemo tenetur abstinere privilegio, nisi de derogatione pro certo constet, num. 1. f. 245
Et non dicitur constare, etiamsi plures Authores de ea testentur, num. 10. fol. 246
In allegandis privil. derogationibus erravêre multi Authores, num. 3. f. 245
Vnde non tenetur Regularis sibi facere conscientiã, etiamsi Authores aliqui ipsi proponantur de eiusmodi derogatione. ibid. n. 3
Imò etiamsi ipsas Bullas & constitutiones derogator. legat. ibid. n. 4
Princeps qui derogat alicui privilegio, facit contra suam dignitatem. num. 3. f. 47
Et peccat, si sine causa derogat. ibid. n. 8
Secus si cum causa, quo casu debet uti compensatione, num. 7
Tenet tamen derogatio facta etiam sine causa. n. 12 fol. 48
Privil. causæ piæ an possit derogari. ibid. n. 13
An concesso non subditis. num. 15
An concesso ad instantiam Regis. num. 14
An si transiit in contractum. num. 18. f. 48. & num. 25. f. 49
In derogatione privil. quatuor observanda. n. 26. fol. 50. & num. 2. fol. 247
Privil. manet semper in suo virore, quamdiu non derogatur sufficienter. num. 31. f. 50
Et ipsa derogatio intimatur legitimè. n. 33. f. 51

Et quid ad hoc requiratur. num. 31. & seq. fol. 50 & num. 20. & 23. fol. 261
Licitum in quibusdam casibus non deferre derogationi. num. 34. fol. 51
An privil. Regularium possit derogari. num. 2. fol. 47. num. 35. fol. 51
Et num. 18. & seq. fol. 260. & num. 36. f. 264.
Quid tenendum de derogationibus Tridentini. n. 16. fol. 26. & n. 39. fol. 104
Quid de derogationibus aliorum Conciliorum. n. 15 fol. 26. & num. 14. fol. 194
Quid de derogationibus Bullæ cœnæ. dub. 7. n. 62
Quid de derogat. Gregorii XIII. ibid. num. 63
Quid de derogat. Vrbani VIII. num. 67
Quid de derogat. Cardinal. ibid. num. 73
Quibusdam privileg. Cassin. non potest derogari. num. 19. fol. 112
Nullæ derogationes comprehendunt Monasterium Cassinens. num. 15. fol. 260
Nec alia quæ sunt capita. ibid.
Neque Congreg. Camald. & S. Mauri. num. 25. fol. 19. & num. 24. f. 261

Privil. Suspensio.

In anno sancto Iubilæi suspendi privilegia Regularium putant aliqui. num. 1. fol. 274
Item & per Bullam Cruciatæ. ibid. num. 4
Melius negant alii. ibid. num. 2
Vbi explicantur ipsius Bullæ clausulæ. num. 5
Et item extrav. quemadmodum. num. 20
An verò suspendantur per specialia Iubilæa nihil certi potest definiri. ibid. n. 6

Privil. Renuntiatio.

Potest quisque renuntiare suo juri. num. 1. f. 52
Sed ad hoc requiritur ut sit certus de tali iur. ib. n 2
Et ut omnes interesse habentes consentiant. ib. n. 4
Et ut renuntiario acceptetur. ibid. n. 5. f. 52
Non potest quis redire ad id, cui semel renuntiavit. num. 16. fol. 333
Clericus non potest renuntiare privilegio clericali. num. 8. fol. 53
Nec Religiosus privil. sui Ordinis. ibid. num. 6
Neque omnes fratres unius Monasterii. n. 9
Neque omnes Prælati. ibid. n. 10
Sin autem, possunt ad illud redire, si non ramento renuntiaverint. ibid. num.
Solum Capitulum potest renuntiare ibid. num. 11
Vbi, an deinde possit reassumere, num.

Communia de Privileg.

Privilegia Regul. computantur inter num. 2.
Ea possident tanquam jura quæsita, num.
Et sunt in eorum Ordinibus radicata.
Et propter multiplices confirmationes clausulas, sub quibus sunt sic confirmata cessa, habent etiam excellentiam cialem, num. 9.
Et num. 16. & seq.
Privilegium potest appellari quælibet cipis, vel quidquid tribuit novum quid. num. 1. & 11.
In omni privilegio semper attendenda tiam gratiæ, & formam præscriptam & 10.
In gratiis non arguitur à paritate fol. 43
Privilegia Regular. non possunt præjudicare fol. 98

Potestas.

Potestas morte concedentis extinguitur fol. 9
Qualis potestas data Regularibus per num. 10.
Et an possint in eis delegare.
Plenitudine potestatis quibus tribuitur
Eius effectus.
Per hanc censetur Princeps dispensare.
Nihil potest opponi ubi eius clausula fol. 37
Tollit omnia contraria, num 14
Et purgat vitium subreptionis, num.
Nunquam censetur Princeps de plenitudine procedere. num. 16.
Imò nec potest indifferenter.
Sin autem, peccat, & tenetur ad restitutionem num. 18.

...ité fit, quod ex verisimili ratione. numer. 4. fol. 240
...lum dicimur posse, quod iure, n. 11. fol. 48
...uod justè. num. 5. fol. 340

Processio.

...lares non possunt obligari ad Processiones, nisi ...orporis Christi, num. 11. fol. 239. & num. 25 ...l. 291
...pus Cavæ volens obligare Monachos Caven... S. Trinit. ad Processiones fuit condemnatus ...Congreg. num. 3. fol. 292

Professio.

...sio religiosa est novus Baptismus. n. 3. f. 79
...mittuntur omnia peccata. num. 1. fol. 79
...tur maior gratia, quàm in Baptismo, n. 9. ...l. 89
...tur simul dona supernaturalia, & spiritus ...ginis, num. 10
...ma præcedentia in ea absorbentur. n. 12. ...l. 11
...rgit omnem maculam, etiam ingratitudi... num. 14. & 15. fol. 82
...à patria potestate, num. 18. fol. 83
...Matrimonium ratum, num. 20. fol. 83
...irregularitatem à defectu natalium. n. 16
...tamen aliàs. ibid. fol. 83
...bile, hominem non redditurum rationem in ...iudicii de peccatis commissis ante Profes...nem, num. 7. fol. 80
...ab. quòd si quis facta Professione statim morere...tur, iret ad cælum sine purgatorio, & alia satis...factione, quantiscunque peccatis priùs oneratus, num. 1
...bile, eandē gratiam infundi aut augeri, quo...tus aliquis renovat suam Professionem, nu. 11. ...l. 11
...fessio facta ante annum, valet ubi non servatur ...d. num. 3. fol. 316
...fessus tempore sibi à jure vel privilegio concesso, ...non dicitur ante tempus Professus, num. 6. f. 316
...fessio facta in Monasterio, ubi non servantur ...essentialia, est nulla. num. 4. fol. 343

Pontificalia.

Vsus Pontificalium est propriè Episcoporum. num. 1. fol. 221
Mendicantibus est illicitus. num. 31. fol. 20
In Abbatib. damnatur ab aliquibus. numer. 1. fol. 221
Defenditur tamen. ibid.
Vestium prælatitiarum usus variè fuit concessus, vel consuetudine præscriptus à nonnullis, numer. 5. fol. 221
Abbas quem Episcopus recusavit benedicere, potest exercere Pontificalia, perinde ac si esset benedictus, num. 4. fol. 85
Et à non benedictis per privilegium, exercentur in multis Congreg. ibid. n. 6
Regulares possunt, quem maluerint Episcopum invitare ad sua Monasteria pro exercendis Pontificalibus. num. 2. fol. 91
Abbates possunt exercere pontificalia in locis sibi pleno iure subiectis. Et quando locus dicatur talis, num. 10. fol. 93
Abbas veniens ad celebrandum pontif. potest per viā benedicere num. 8. fol. 222
Non tamen debet associari à monachis. ibid
In quo usus est varius num. 7.
Abbas potest solemniter benedicere, in tribus officiis, & in præsentia cuiuscunq; n. 8. & 9. f. 222
Abbas solemnit. celebrans potest sibi Sedem statuere, & desuper baldachinum. ibid. num. 10
Habere sibi assistentes, quot & quales. n. 12. fol. 223
Et in sine missæ dare indulgentias. num. 13. fol. 223
Et v. indulgentiæ num. 1. fol. 156

Qualitas.

Quando in uno subiecto sunt duæ qualitates potentior contrahit alteram. num. 27. fol. 203

Regula.

Habet vim legis, & juris communis, in quolibet Ordine. num. 23. fol. 298
In omni dispositione intelligitur semper excepta. num. 6. fol. 147
Papa non potest aufferre Monachis hoc quod per regulam illis conceditur. num. 36. fol. 153
In Regula S. Bened. sunt aliqua essentialia, & Monacho,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nacho ad salutem non sufficit, servare præcepta decalogi, num. 8. fol. 224
Abbates S. Bened. possunt declarare regulam, statuta super eam edere, & edita mutare. n. 1. fol. 223

Regulares.

Regulares Ordines simul cum privilegiis orti sunt. num. 1. fol. 252
Et non sunt instituti præcisè ad orandum. num. 16. fol. 297.
Ad Religionem admitti diversæ personæ prohibentur. num. 17. fol. 76
Regularem qui se dicit, & non est, reus est falsi. num. 3. fol. 72
Regulares non renentur respondere si vocentur in jus seu ab Episcopis, seu legatis, seu nuntiis, aut quibusvis officialibus Curiæ Romanæ. n. 1. f. 137
Neq; possunt puniri ab Episcopis in casibus, in quibus Trid. derogat exemptioni. num. 2.
Regulares sunt cives locorum, in quibus habitant. num. 2. fol. 62
Et magis cives. num. 4. fol. 72
Regulare veniunt nomine Clericorum Nobilium. Militum, & Pauperum, num. 6. & seq; fol. 61.
Regulares habent privilegium canonis. n. 8. f. 63.
Et an incurrat duplicem censuram, qui offendit regularem Sacerdotem. num. 11. fol. 63
In quibusdam Regularibus suspicio non habet locum num. 9. fol. 73
Regulares non subiiciuntur penis vilium. n. 15. f. 74
Excusantur, dum delinquunt contra leges n. 5 f. 75
Sunt privilegiati circa facultatem testandi. n. 8. fol. 75. & num. 9. ibid.
Possunt in prima instantia appellare ad curiã principis circa quod diversa est locorum observantia. num. 3. fol. 76
Tenent locum fisci. num. 15. fol. 77.
Regular. non est tutus in conscientia, si non servet essentialia sui Ordinis. num. 2. fol. 345
Imò etiam si illa servat, sed sola, num. 5. fol. 344
Regulæ, an possint obligari ad reformationem. n. 1. fol. 345.
Quid faciendum si conventus est divisus in votis ibid.
Quod aliquis teneatur solùm intra monasterium servare reformationem, opinio etiam... fol. 347.
Quæ reformatio vera. num. 5. & seq.
Regulares cum scandalo viventes possunt monasterio expelli, num. 18
Monasteria Regularium non possunt ... qui sunt eiusdem Ordinis pro quo ... fundata. num. 27.
Regulares etiam inviti possunt obligari ad reformationem, aut ad aliquas ... vantias, in quibusdam casibus, & ... num. 13. fol. 342. & num. 36.
Regulares relaxati an amittant privileg... & 9. fol. 54. & 55.
Regulares non sunt semper instituti ... portant nomen aut servant regulam ... & seq; fol 201.
Regulares reformati fruuntur omnibus ... privilegiis, quæ suo Monasterio compe... tereformationem. num. 38

Rescriptum.

Rescripta omnia expediuntur duobus ... fol. 34. Quibus sumculis bulla in eis ... ibid. num. 15.
Falsitas causæ impulsivæ vitiat rescript... fol. 30.
In obtinendis rescriptis sæpe committitur ... num. 1. fol. 272. Et sic obtenta non vi... tiri effectum num. 5.
Regularis potest recipere rescripta apost... cundùm ea dispensare, ac si haberet ... ëloratus num. 1.
Regulares non possunt obligari ad recipi... via Apostolica, sive institutam concern... aliud, ibid num. 9.

Roma.

Non venit nomine Italiæ num. 64.
Causæ ob quas dispensatur quis re... Roma... solutione num. 40. & seq; fol. 117. Qu... test ire, non tenetur mittere ibid. ... accedere ad Episcopum nisi ubi ita ... tur, ibid. num. 52.

...reservati pro Italia, non sunt pro Roma. n. 20 fol. 114.

Sacrorum contactus.

...lares in sacris non existentes, possunt cum licentia suorum Superiorum tangere calices, & ... alias sacras num. 1. fol. 228. Quod in necessitate, etiam secluso privileg. licet ibid. n. 2. & 3

Scriptura.

...est de substantia actus num. 18. fol. 27

...ptura, verba debent servire intentioni. n. 10. fol. 42.

...sula insueta, reddit suspectam num. 2. fol. 32

...obscurus non sufficit ad abrogandum privilegium clarum. num. 4. fol. 131

...scriptura semper vitatur superfluitas, & ...seu dispositionis nullitas. num. 1. fol. 28

Simonia.

...Congreg. Cassin. possunt pacisci super beneficiis uniendis suæ Congreg. & super Monasteriis commendatis, absque periculo simoniæ. n. 1. fol. 126.

...simoniacum, non dispensat pro retinendo beneficio, nec super fructibus restituendis n. 71 fol. 120.

Servitium.

...ris non potest trahi ad servitium cuiusquam personæ, extra suum Ordinem num. 8. fol. 138. ...v. officium.

Servitor.

...tores regular. familiares, & domestici sunt ...empti ab Episcopis. num. 9. fol. 135

...ligantur censuris, & interdictis locorum. n. 8. fol. 162. Possunt admitti à Regular. quibus serviant, ad omnium divinorum præscriptionem. n. 11. & n. 15. fol. 163. Et etiam ad sepulturã n. 17. cit. Et omnes eorundem indulgentias lucrantur num. 28. fol. 158

Item, & Medici, syndici, ac procuratores num. 30 fol. 139.

...tores famuli, domestici, &c. Regularium. ab ...possunt absolvi ab omnibus casibus, censuris, & ...regul. quantumvis enormibus, & reservatis num. 13. fol. 100. & num. 39. fol. 212 Item eligere possunt semel confessarium à quo generaliter absolvantur. num. 2. 99

Serviens regi, est ipso facto nobilis num. 3. fol. 61

Regulares non possunt trahi ad servitium cuiusquã personæ. num. 6. fol. 138

Studium.

Privil. concessum studenti Theologiæ, extenditur ad studentem canonibus num. 4. fol. 4

Regularis occupatus studio theol. vel canonum, satisfacit obligationi horarum, dicendo certum numerum psalmorum num. 36. fol. 153. & num. 1 fol. 226.

An idem dicendum de studente philosopiæ num. 38. fol 154.

Regulares debent studere linguis fol. 226 num. 3. & non sunt promovendi ad gradum doctoratus, vel prælaturas, nisi illis studerint. ibid. n. 9. Et in illis periti sunt præferendi aliis, in eiusmodi promotionibus. ibid. num. 3.

Scholaris qui non studet, non gaudet privilegis vniversitatis numer. 20. fol. 6.

Successio.

Monachi habent ius succedendi suis agnatis, perinde ac si mansissent in sæculo. num. 1. fol. 143

Item & quidam alii Regulares, ibidem n. 2. Alii verò non. ibid. num. 9. fol. 144

Hæc tamen potestas fuit in quibusdam locis, per speciales leges limitata, in quibusdam penitus sublata num. 10. fol. 144. Vbi de eiusmodi legum iustitia variæ sententiæ. num. 12.

Consanguinei Regularium vendicantes sibi successiones, ab intestato illis delatas, non sunt tuti in conscientia ibid. num. 13. Et possunt ipsi Regul. uti contra ipsos occulta compensatione num. 16 fol. 145.

Leges excludentes Regularem à successione non comprehendunt Regularem Episcopum. n. 21. fol. 145

Monasterium succedit novitio professo, secundùm leges. num. 10. fol. 207

Sed illæ leges alicubi sunt modificatæ, alibi penitus reiectæ num. 2. fol 316

Testamentum.

Testamentum intelligitur de bonis præsentibus, tempore

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pore conditionis. num. 35. fol. 23
Ad irritandum prius testamentum, sufficit cognoscimentem testatoris num. 11. fol. 40
Olim Monachi poterant testari num. 17. fol. 276
Legatum factū puellæ, si nubat, debetur ei, si monasterium ingrediatur num. 4. fol. 21
Legatum factum pauperib. aut Regularib. habet privilegia causæ piæ num. 16. fol. 77.

Transitus ad alium Ordinem.

De iure licitum transire ad strictiorem, etiam sine licentia num. 9. fol. 228
Quis ordo dicendus strictior, & quo sensu, num. 10. fol. 229.
Ad mitiorem, vel æqualem non licet, nisi ex causa num. 11. fol. 229
Quæ debet causa verificari contradictoriè n. 27. fol 232. exceptis quibusdam casibus n. 28. fol. 233
Item ad transeundum ad alium Ordinem debet peti licentia, num. 2. fol. 228. An à prælato solo, vel simul à Conventu num. 31. fol. 233. Quid faciendum si quis discessit, & non petiit num. 30 fol. 233.
Nemo debet facilè transire de suo Ordine in alium num. 33. fol. 234
An potestas transeundi etiam ad strictiorem, æqualiter competat Conversis seu Oblatis, & professis ad Chorum num. 32. fol. 233
Quæ causæ transeundi ad alium Ordinem, num. 15. fol. 230.

Tributum.

Iure regni omnia obnoxia tributis. num. 33. fol. 65

Validitas.

Gesta per errorem valent, & princeps censetur sua extra ordinaria potestate supplere ut valeant. num. 3. & seq. fol. 13
Gesta virtute privilegii, quod agenti ignoto competere, valent. num. 75.
Item & gesta virtute privilegii cuius revocatio invincibiliter ignoratur num. 29.
Absolvens à peccato, non validat actum irritatur num. 70.
Formâ non servatâ, corruit actus num. 7.
Sed in foro conscientiæ tenet. num. 12.
Et à fortiori, si sola solemnitas fuit omissa fol. 42.
Gesta per intrusum nunquam valida

Votum.

Vota omnia Regular. absorbentur in [illegible] num. 12. fol. 81. Et possunt in eis [illegible] suis Prælatis, vel confessariis num. [illegible] num. 2.
Regulares possunt dispensare in omnibus [illegible] servatis Episcopis n. 8. fol. 122. Non [illegible] reservatis Papæ. Nisi in quibusdam casibus [illegible] ibi enumerantur fusè & ibid. tradita [illegible] doctrina num. 16. & seq.
In votis non dispensatur in præiudicium [illegible] num. 13.
Irritare votum, commutare, vel dispensare competat. Et quæ inter hæc differentia fol. 123.
An votum suum possit quis per seipsum [illegible] num. 15.
Votum coniugis potest coniux irritare. [illegible]
Regularis qui dispensat cum coniugato [illegible] lici castitatis, non tollit obligationem [illegible] lùm suspendit, num. 11. f. 168. Et [illegible] satus in quibusdam casibus ad illud [illegible] vare ibid.

Colleg. Soc. Iesu Paderb.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




PRIVILEGIA
REGVLARIVM
ET
COMMENTARIA
IN REGVLAS
CANCELLARIÆ
APOSTOLICÆ
C III
8


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
4786
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


PRIVILEGIA
REGVLARIVM
ET
COMMENTARIA
IN REGVLAS
CANCELLARIÆ
APOSTOLICÆ
Et
Preces Imperiales
C. III
8